modum: alle. Spec. de ſtatu mo. ver. 19. & glo. quam dicit ſing.
27. q. 1. c. de viduis. il 1. quæ dicit bona eſſe in poteſtate, & diſpo-
tione illius, q eſt ſuperior in ordine, vt ſic diuidat, & diſtribuat
prout ſibi videtur. Putat tamen dom. Ant. quod ſi eſſent plura
monaſteria ſub vno capite, & profeſſio determinaretur ad lo-
ca particularia, quia monachi de particulari loco nunquam re
mouentur, quod tunc bona applicabuntur ad particularem lo-
cum, vbi ingreditur, quod ſatis placet; quia ceſſat cauſa prædi-
cta, & eſt cauſa, quare bona ingreſſi aggregantur monaſterio,
66 ſecundum onus monaſterij imminens. 16. q. 6. c. de lapſis. † Bo-
na vero eorum, qui profitentur certam regulam in ſpecie, vt
ſunt iſti, qui profitentur regulam, & in certo monaſterio alij
non ſuppoſito, modo prædicto applicantur illi monaſterio, &
ſic intelliguntur iura communia, vt iſtud c. & auth. ingreſſi, &
67 auth. ſi qua mulier, cum ſi. † Sed in iſtis oritur dubium. Quid ſi
monachus clauſtralis vnius monaſterij efficitur Prior alterius
prioratus, reuocabilis tamē ad nutum Abbatis, vel ſuperioris,
vtrum hæreditas ſibi delata, vel bona aliunde ſibi obuenientia
acquirantur monaſterio principali, aut prioratui? Vide plenif
ſime per Fed. conſi. 24. vbi determinat, quod prioratui, ſi bona
prioratus ſunt diuiſa a bonis monaſterii. Et hoc habes, q licet
bona adueniētia per actum profeſſionis acquirantur monaſte
tio, vbi ingreſſus facit profeſſionem, alia tamen bona acquirun
tur dignitati, cui præſidet acquirens, vel vbi translatus eſt; licet
ſit inde remouibilis ad nutum, quod multum limitar c. vnū,
18. q. 1. vide motiua pleniſſime per Fed. vbi ſupra. Et ad aliud
dubium magis forte, vtrum hæreditas acquiratur loco, vbi re-
ligioſus erat tempore delationis, uel additionis. Vide pleniſſime
per Fed. conſi. 26. vbi videtur concludere, quod loco additionis,
& faciunt no. per Arch. in c. 11. 8. q. 1. Sed in contrarium faciunt
no. per Innoc. hic, ubi dicit, quod omnia iura ingreſſi, inconti-
nenti applicantur monaſterio, adeo quod ſecundum quoſdā,
mortuo monacho additionē, pōt monaſteriū adire hſditatem,
c de quo inf. ſubijciam. Aliud e dubium no. circa idem eſt, quan-
do tēpore delationis hæreditatis monachus, uel frater erat mo-
naſterio incapace, ut puta inter minores, ſed tempore additionis
erat translatus legitime ad ordinem S. Benedicti. Vide Fed. con
68 ſi. 20. † Item eſt dubium, quid ſi ingrediens monaſteriū moria-
tur

ADDITIONES.

a Quod bona. Et quod fratres incapaces bonorum poſſint capere, ut uendant,
& ex illis pecunijs in neceſſarijs ſibi prouideant. tenet pulchre examinādo
Arch. in c. quia ingredientibus. 19. q. 3. & dicit ſe de hoc dicturum in c. de ui
duis, 27. q. 1. & dicit idem Imo. in l. apud Iul. 9. ff. in fi. ff. de leg. 1. allegando
gl. in d. c. 1. de reli. do. in 6. Item adde, quod monaſterio incapaci bonorum,
poteſt relinqui pro alimentis. Ita dicit Ang. in l. ſi Stichum, §. ſtipulatio, ff.
de uerb. oblig. De quo uide per Bar. in l. ſi ſeruos, ff. de ali. & cib. leg. & uide
tex. & ibi Bar. in l. legatum, ff. de capi. dimi. & in l. ſi metallum. ff. de his, quæ
pro non ſcrip. haben. Item uide Arch. in c. de uiduis. 27. q. 1. circa medium no
dicit, quod quicquid dicant hodie talia monaſteria incapacia bonorum no
lunt habere bona ingredientium, non ut retineant, ſed ut uendant, ſed ſub-
iungit Arch. quo iure iſta faciunt, generaliter enim pretium ſuccedit loco
rei, ut ff. de uſuf. l. quia qui pretio, & ff. de trib. l. procurator. §. plane item ad
de, quod frater minor eſt incapax emolumenti & tituli, unde ſi inſtituatur,
eſt perinde, ac ſi homo mortuus inſtitutus fuiſſet ſecundum Bar. ibi. cam
quam, in 2. col. & 3. col. C. de fideicō. ubi ponit de multiplici incapacitate,
item frater minor non excludit ſubſtitutum, ſecundum Bal. in l. cum acutiſ-
ſimi, C. de fideic. Adde, an Fratres Minores ſint capaces relictorum per eum
dem Abb. conſ. 46. 2. lib. quis ſuccedat fratrib. Minoribus, uide Romā conſi.
296. & an ipſi ſuccedere poſſint, per eundem conſi. 277. Quid autem de fra-
trib. S. Auguſtini, uide per eundem conſi. 235. & Cald. conſi. 10. quid de Fra
tribus de monte Carmelo. uide Lap. alle. 6.

An bona ingredientis monaſterium omnino incapax bonorum, applicētur
monaſterio, uel cui dicas, qd ſi monaſteriū eſt capax, abſque dubio illi ap-
plicantur, ut in auth. ingreſſi, & ibi plene de materia, C. de ſacroſanc. eccl.
Sed ſi monaſterium omnino eſt incapax, ipſa bona debent uendi, & in ue-
ceſſitatē monaſterij conuerti, ut per Spec. in titu. de ſtatu mona. in ver. 5. &
per Bal. in ad di. & per do. Card. in cle. exiui de paradiſo, in § prouide. in 4
de ver. ſig. Vltra autem neceſſaria, & pro indigentia monaſterij, applicantur
bona uenientibus ab inteſtato. Et ideo dicebat do. Card. in d. clem. exiui. in
§. cum uero, de uerb. ſign. quod bona ingreſſi religionem S. Francisci, quæ
eſt incapax, & in particulari & in communi, applicantur uenientibus ab
ſtato, non autem eccleſia, uel monaſterio, quod ille eſt ingreſſus.

b Fratres. Quod fratres Minores ſint incapaces, tenet Card. in conſi. 102. ibi
ſuper dubijs, in 2. dubio. Abb. in conſi. 17. incip. dubium ſuper quo. col. 2. in
1. vol. Rom. in conſi. 268. incip. in caſu propoſito, & in conſi. 216. incip. in du
clarationem. De Mendicantibus vero vide Card. in conſi. 66. incip. in dubio
præmiſſo, circa fin. cum alleg. per Alex. in l. apud Iulianum. §. conſtat. col. 2.
ff. de leg. 1. Pet. de Anch. in conſi. 55. inci. Ioan. And. & Raph. Cuma. in conſ.
fil. 159. incip. viſo. Et Alexandrum in conſi. 83. incip. eximio domine, colu
in 1. volumi.

c Secundo dubitatur. Pō dera quia videntur duo dubia. Primū an poſſit conce-
di in extraneos. Secundo, an videatur conceſſum, ſi verba hoc important,
vidi dubitari de vxore, eo caſu, quo verba comprehendunt etiā extraneos,
& hoc per d. §. emphyteuſim. And. Barb.

d Generaliſſimo. Adde Cald. conſi. 23. de reg. vbi etiam de inf. dicen. Et ad
quem ſpectent de iure communi bona ingredientis monaſteriū, vide Lan-
alleg. 129. & cui acquirantur bona tranſeuntis ad aliud monaſterium, vide
per eundem alleg. 62.

Circa hoc, an applicentur bona ingreſſi monaſterio ſi liberetur ab iſto mo-
naſterio, & aliud forſan ingrediatur, iuxta formam capitu. licet, de reg. vel
ſi forſan ſit expulſus a monaſterio, an ſint ſibi bona reſtituenda, vide Bald.
in addi. Specu. in tit. de ſtat. mona. in ver. 4. & Spec. in verſ. 7. & uer. 25. vbi
dicit Spe. quod bona remanent monaſterio, a quo eſt expulſus. Sed Bald. in
addit. de qua ſup. dicit, quod bona ſunt ſibi reſtituenda. Tamen vide d. Can.
in cle. 1. in §. quia vero, in 3. q. de ſtatu monac. vbi dicit, quod talia bona
ſunt applicanda monaſterio, ad quod accedit, vel illi monaſterio, in quo ſi
eſt expulſus a primo petatur per diœceſanum, & vide Specu. in tit. de ſtatu
mo. in 2. ver. 2. ver. 23. & vide do. Abb. in c. quanto, de offi. ord. & per Card.
in c. quod a te, de cle. coniug. Ant. Fran.

e Aliud. Item adde quod Frater Minor qui eſt incapax, licet officiatur epiſco-
pus, vel alias capax bonorum, pp hoc nō recuperat bona ab his, qui fuerē
ferunt patri ingreſſo pp ipſius fratris minoris incapacitatem. Ita determi-
nat Bar. in tract. minori. in 4. lib. in antepen. quæſt. Pro quo faciunt, quæ le-
tiſſime ſcripſit poſt do. Anto. do. Bar. de Bellenzi. in c. quia diligentia de cle-
ctio. Et vtrum ſi filius efficitur frater minor, deinde exijt monaſterium ſibi
& intrauit monaſterium capax bonorum, an ſuccedere poſſit patri? Vide
Bar. in d. tra. min. in 4. lib. in pe. q. Et q d ſi inſtitutus & ſubſtitutus in teſto. ſi
ne inſtōnis reperitur capax, & ante euentum inſtōnis ingreditur monaſte-
rium mendicantium incapax bonorum, tandem tpe euentus ſubſtitutus ha-
te ex diſpenſatione Apoſtolica eſt Ab. vel monachus in monaſterio capaci
bonorum, an poſſit ſuccedere ex ſubſtitutione? Bal. in l. ex facto, §. ſi per fi-
lium tex. ff. de vulg. & pupil. concludit quod ſic.

Adde quod uoluit Ro. conſi. 263. ſup. alleg. Ang. conſi. 91. etiam alleg. Vide
Abb. conſi. 111. inf. alleg.

a tur intra probationis annum? a Cy. & multi alij in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccle. tenent, q ipſius bona ſpectant ad monaſte-
rium, quia moriendo ibi, videtur mori voluiſſe, vt monachus.
Item dom. Ant. dicit ſe putare, q illa bona pertineant ad mona
ſterium ratione vltimæ voluntatis, quia illa bona videtur con-
tuliſſe monaſterio, ſi ibi remaneat. Bar. in auth. ſi qua mulier, in
fi. dicit, quod pro monaſterio videtur caſus in c. fi. de ſucc. ab in-
teſt. dicit tamen hoc relinquendum canoniſtis. Certe illud c. ſi.
b hoc non probat. Ego dicerē, ſic q aut iſte intrando probationis
cauſa, b expreſſe bona ſua cōtulit ipſi monaſterio, ita, q fecit ra-
tione tranſitus: & tunc, cum ſimus clari de intentione, q data
perſeuerātia volebat ea eſſe monaſterij, nec amplius in vltima
voluntate ea reuocauit, poteſt ſubſtineri prædicta opi. Aut ex-
preſſe non contulit, ſed ſimpliciter intrauit cauſa probationis,
& tunc non video, quo iure ſaluetur illa opi. Cum enim iſte nō
fuerit religioſus cum effectu, de ſent. excom. c. religioſo. lib. 6. &
ſic bona nec tacitè, nec expreſſe tranſiuerint ad monaſterium,
& adhuc habeat facultatem condendi teſtamentum, ergo de-
ceſſit ab inteſtato, & per conſequens venient proximiores. Vide-
mus enim in clerico ſeculari, qui magis eſt aſtrictus eccleſiæ,
quam exiſtēs intra probationis annum, tranſmittere bona ſua
in conſanguineos, ſed in defectum in eccleſiam ſuam. in c. fin.
12. q. 1. fortius ergo iſte, qui non eſt clericus, nec religioſus cum
effectu. d. c. religioſo. & facit c. beneficium. de reg. lib. 6. † Nunc
dubitatur de quibuſdam rebus. An tranſeant, vel tranſire poſ-
ſint in monaſteriū ex teſtamento, vel ab inteſtato. Et primo, de
c bonis feudalibus. c Io. And. hic dicit, quod ſi feudalia d talia de-
d bent ſeruitia, quæ poteſt monaſterium per ſe, vel alium exhibe
re, tranſibunt in monaſterium, argum. C. de Epiſc. & cler. l. quiſ-
quis. & l. ad ſimilitudinem. Si verò talia ſunt ſeruitia, quæ p mo
naſterium exhibere non poſſunt, redibunt ad dominum: argu.
C. de cad. toll. l. vna. §. ne autem. ff. de ſolu. l. inter artifices. & re-
mittit ad Spec. de ſtat. monac. verſic. 45. Cy. in auth. ingreſſi. di
ſtinguit, quod aut feudum habet annexum ſeruitium reale, aut
perſonale. Primo caſu tranſit, quia non eſt proprie feudum, vt
in vſib. feud. de forma fidelitatis. Secundo caſu, ſi eſt tale ſeruiti-
um, quod clericus poteſt honeſte præſtare, tranſitin monaſte
rium. Si autem incertum ſeruitium eſt præſtandum, tūc ſen
e quod nō tranſit, quia videtur electa induſtria perſonæ. Et ſe
cundum hanc diſt. credo limitandum, & reſtringendum tex. in
§. qui clericus. in vſib. feud. ſi de feu. fuc. controuer. vbi ſim-
pliciter dicitur, q ſi feudatarius efficitur clericus vel monachus
amittit feudum. Et miror, quod Doc. de illo tex. nullam fecerūt
mentionem. † Quæro quid de emphyteuſi, nunquid tranſeat
in monaſterium? Io. And. tenet, quod ſic. argum. l. peto Luci Ti
tij. §. 1. ff. de leg. 2. Et licet, ſecundum eum, ſit arg. in contrarium,
in Auth. de alic. & emphyt. § . 1. colum. 9. remittit ad Spec. de lo-
ca alias de emphyt. § . nunc aliqua. ver. 120. vbi plene reperies.
& in verſ. ſeq. Bar. in d. Auth. ingreſſi. dicit q de hac quæſtione
eſt tex. in d. Auth. de alic. & emphyt. § . 1. vbi dicitur, quod tran-
ſit in eccleſiam, niſi dominus reuocet: ſed ſi dominus vult, po-
teſt reuocare, ſecundum eum. Et idem tenet Spec. in loco præ-
alleg. & ibi dicit Ioā. And. q de hoc non eſt quæſtio ſecundum
Dy. quia in d. auth. eſt caſus. Et h. d. verum, & æquum, maximè
ponderatis pactis, quæ ponunt de non alienando in eccleſias,
milites, vel potētes. & idem ſentit Spec. eodem §. ver. 116. quia
f uior efficeretur conditio domini, ſi tranſiret in eccleſiam, q
non ſic de facili perdit ius ſuum. † Quid autem ſi recipit in feu
dum pro ſe & ſuis, nūquid intrando monaſterium tranſeat cū
eo? Vide ple. in Spec. in §. prælleg. a. ver. 153. & ſeq. vbi videtur
g velle, quod tranſeat in eccleſiā, & quāto tempore, ibi, vide. D.
Anto. putat contrarium, quia monaſterium nō eſt verus filius,
verba contrahentium ſtricte debent intelligi, l. quicquid aſtrin
gendæ. ff. de verb. oblig. quod ſatis placet, ne contrahentes de-
f cipiantur fauore religionis. de do. c. per tuas. † Quæritur, quid
de vſufructu f exiſtēte apud ingredientem, nunquid tranſeat in
mona-

ADDITIONES.

a Probationis annum. No. de eo qui moritur intra annū profeſſionis, vide Raph.
Fulgo. d. auth. ſi qua, vbi tenet contra Iac. Pet. & Cy. vide Io. de Imo. in c. 2.
de teſt. vbi idem ſequitur. Vide do. Pet. in d. c. 2. vbi ſequitur Cy. & cap. cum
eſtatum, de cle. & in ſua diſputatione, quam fecit Paduæ, & in d. c. 2. de teſt.
& in conſi. 15. ego tenui contrarium per noua motiua in d. c. vide ibi omni-
no. And. Barb.

Hoc caſu de eo, qui moritur intra annum probationis in monaſterio, cui
eſt applicanda eius bona, putarem aliter eſſe diſtinguendum, quia ſi certū
eſt, quod iſte intrauerit ſimpliciter ex cā probationis & morte præuētus pē
dente tpe probationis, nullam facit profeſſionem, crederem bona applica
ri ſeruientib. ab inteſtato, ſi nullam fecit diſpōnem, quia ex quo erat in mo
dum ad profeſſionem, non poſſumus dicere, q ante profeſſionē
fecerit vel expreſſam, bona ſint acquiſita monaſterio, quæ non acquirunt
ſimpliciter ingreſſum, ſed per profeſſionem, vt in auth. ingreſſi, & in
plesier, nō declarato, q illud fuerit ingreſſus cā ſtandi in probōne, & hoc
ſi quis uniuerſaliter. C. de ſacroſ. eccl. Si verò eſt ingreſſus monaſterium ſim
pliciter, ſi quis iura concedant ſibi annum ad p̄bandum, vt in c. licet, de re-

tunc ſi moriatur ante lapſum anni probationis nulla facta diſpōne de bo-
nis ſuis putarem q habuerit animum permanendi in religione, & per cōſe
quens, quod bona ex tali ingreſſu, qui vſ factus animo permanendi in reli-
gione, applicarentur ipſi monaſterio, per not. in d. auth. ingreſſi. ideo puto
multum fore cogitandum ſuper hoc.

b Probationis cauſa. Cum Abb. tranſit do. Benedictus Capra, in conſil. 145. in-
cip. punctus, quidam iuuenis. de quo articulo, vide plene per And. Sicul. in
c. 2. inf. de teſt. Sep. Sab.

c Feudalibus. Vide Bal. in l. cæterum. in vlt. col. de iud. vbi dicit quod in ſucceſ-
ſione feud. monaſterium non hſ loco filij. Item vtrum monachus vel cano-
nicus reg. ſuccedat in feudum. vide Io. de Lig. in c. ſi. de conſtit. in vlt. col. Et
adde ad hoc ſing. dictum quod ponit Bal. in extrauag. de pace Conſt. in ver.
libellariæ. in fi. vbi dicit, quod mutus, ſurdus, & furioſus, & ſimiles ſuccedūt
in feudo, ſi feudatarii non tenentur præſtare operam, vel ſeruitium perſo-
le, ſed commodum pecuniarium, puta ſpallam porcelli, niſi pactum vel cō-
ſuetudo patriæ aliter diſponeret, quod firmat do. Ant. in c. cum apud, circa
fi. de ſpon. & remittit ad materiam feudi. in auth. Epiſcopum vel Ab. §. mu-
tus. & eſt vltra eum tex. i c. 1. in ti. an mutus vel aliter imperfectus, vbi eſt ēt
tex. an remaneat feudum paternū. & circa illud, quod dixi de monacho. Ad
de omnino gl. in d. l. de quib. ff. de leg. vbi dicit, quod ſi de cōſuetudine mo
nachus non ſuccedat in feudo, extenditur ad canonicum regularem. Et de
monacho an ſuccedat in feudo, vide gl. in l. 1. C. de legi. Et adde, quod Mod.
hic tenent indiſtincte, quod feudum non tranſeat in monaſterium, quia p
hoc fieret deterior condō domini, cum feudum nunquam poſſit redire ad
dōm p p mortem vaſalli, quia eccleſia nunquam moritur, quod forte cōti-
giſſet ſi transferrētur in eccleſia & de quæſtione, hic poſita, vide per Bal. in
c. quæ in eccleſiarum. de cōſti. vbi etiam ponit quid econtra, ſi dns feud. in-
grediatur monaſterium. Item de iſta q. in teris, videlicet an feudum tráſeat
in monaſterium vide per Arch. in c. ſi qua mulier. 19. q. 2. vbi tenet idē, quod
no. Inn. hic & per Hoſti. in ſumma de immu. § . in quantum. 4. col. ver. ſed nec
illa immunitas. per Bal. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & late per eum in ſua
repe. l. de quibus. ff. de legib. Itē ad prædicta vide Bal. in c. 1. circa fi. ſi de feu
do fuerit controuerſia.

Adde an feudum tranſeat in eccleſiam. Fran. de Arc. conſi. 14. Cal. conſi. 4. de
feu. vide etiam Ang. conſi. 273.

An feudum per ingreſſum monaſterij reuertatur ad dominū, vel tranſeat in
ipſum monaſterium, vide Bal. in l. qui ſe patris. in 10. col. C. vnde lib. & in c.
1. de eo qui arma belli. depo. in vſi. feu. vbi tenet quod non tranſit in mona-
ſterium. & pro hoc facit, quia feudum etiam per omnia relinqui nō poteſt.
c. 1. § . donare. quæ feuda olim poterāt alienari. vbi per Bal. & hſ in c. de co-
gni. feu. in vſi. feu. vbi per Bar. Cœp. Veron. in 23. diffe. & per Bal. in c. 1. in 6.
col. de pace iuramen. firman. vbi vſ eſſe caſus de hoc, q eſt verum ét de cō-
ſenſu filiorum vaſalli legantis ſm Bal. in c. 1. in 6. col. de prohi. feu. alie. per
Fed. & idem tenet Iac. Aluarot. in c. 1. an agna. vel ſi. & vide Spec. in titu. de
feu. in § . quoniam. in ver. 19. & per Bal. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & in l.
2. C. cōia de leg. & per Pau. de Caſt. in conſil. 151. Eſt tamen verum, q feudū
poteſt cōcedi monacho, & ſi illud concedatur ei, tale feudum bene acquiri
tur monaſterio. imputatur enim domino quare ipſum feudum monacho ꝓ-
ceſſit, ut no. uoluit Bal. in l. cum oportet. in vlt. col. C. de bo. quæ lib. ſciebat
enim vel ſcire debebat, quōd quicq d acquirit monachus, acquirit ipſi mo-
naſterio, vt in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. & in c. cum ad monaſteriū. de
ſta. mon. Et ad prædicta vide Bar. in l. 1. in 2. q. C. de leg. vbi dixit, qd feudum
non debetur monacho, ſi ingreditur monaſterium poſt inueſtituram acce-
ptam. & per conſequens patet, quōd non tranſit in monaſterium, & ad præ
dicta vide etiam Alex. in conſi. 30. & 136. in 1. parte conſiliorum.

d Feudalia. Vide late per Alex. in cōſi. 10. incip. viſo inſtrumento. in 5. col. Old.
in conſ. 224. incip. factum tale eſt. Seb. Sap

e Quæro quid de. Et an ad iſtam qui de Bar. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. &
quod tranſeat, tenet Arch. in auth. ſi qua mulier. vltra mediū. 19. q. 3. de quo
vide omnino per Bald. in authen. ingreſſi. in 6. columna. ver. quid in em-
phyteuſi.

f Vſufructu. Quod vſusfructus tranſeat in monaſterium per ingreſſum religio
nis. tenet Arch. in d. c. ſi qua mulier. 19. q. 3. Et an vſusfru. quem habet patet
in bonis aduentitijs filii, finiatur, ſi ipſe pater ingrediatur monaſteriū, vide
omnino per Bal. poſt gl. in auth. ingreſſi. in 5. col. uer. 7. quæro. C. de ſacroſ. ec
cl. ubi dicit, quod vſusfr. inſeparabilis non tranſit in monaſterium, ſed tran
ſit vtilis vſusfr. ſeu commoditas. Adde, quod bona offerentis ſe eccleſiæ ſe-
culari, vel alicui hoſpitali vel capellæ, non acquirunt illi loco, niſi ſe offe-
rēs ea offerat, ſecundum Bal. in auth. ingreſſi. in 1. col. ver. 3. op. C. de ſacroſ.
ecc. & ibi in, ſeq. co. ver. vlt. op. Idē dicit de intruſis in monaſterium propter
delictum, quod bona ſua non acquirantur monaſterio. Et de iſtis qōnib. an
per ingreſſum monaſterij feudum, emphyteuſis, vel vſusfr. amittatur: habes
per gl. Cy. & Doc. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. Bal. ponit in tit. ſi de feu.
contro. cap. 1. § . qui clericus in fi. & in l. ſi quis presbyter. C. de Epiſc. & cleri. tex. & ibi per Bal. in c. 1. circa princ. de mil. vaſal. qui belli arma depoſuit.
Et quanto tempore retineat feudum monaſterium quando vaſallus ingre-
ditur monaſterium, vide per Spec. in tit. de loc. §. nunc verò aliqua. ver. 55.
ad quem in hac quæſtione ſe remittit Do. in c. 1. de immu. eccl. in 6. Item ad
materiam adde, quod per ingreſſum monaſterii nō transferuntur in mona
ſterium iura collegij, ſecundum Io. An. in c. beneficium. de reg. in 6. & ſequi
tur ibi Do. in 5. col. Adde an emphyteuſis tranſeat in monaſterium, Petr. de
Anch. conſi. 421.

An vſusfructus, qui debetur monacho ante ingreſſum monaſterii, per ingreſ
ſum finiatur, uel debeatur monaſterio ex perſona ingreſſi, vſque ad quod
tempus. Dicas, quod tranſit in monaſterium, & apud monaſterium perma-
net vſque ad mortem naturalē ipſius monachi, ut uoluit, gl. in auth. ingreſ-
ſi. & ibi Bar. in fi. col. & Bal. in 1. col. C. de ſacroſ. eccl. Et idem Bal. in auth. ex
cipitur, in uer. quærit gl. nunquid ſi pater. C. de bo. quæ li. & in l. 2. C. de bo.
ma. & in l. ſi. C. de uſu, & ha. & luxori uſumfructum. ff. de uſuf. leg. & habe-
tur per Spec. in tit. de ſtatu mona. ver. 17. & per Bald. in c. 1. §. qui clericus. ad
fi. de cōro. feu. Et quid ſi uſusfructus relinquatur monacho poſt ingreſſum,
an ſibi uel monaſterio acquiratur. Dicas, quōd acquiritur monaſterio, & nō
monacho, ad uitam tamen ipſius monachi, ut eſt gl. in auth. ingreſſi. not. gl.
magna & no. Doctor. in d. cum ad monaſterium. Tenet Bar. in d. auth. ingreſ
ſi. in ult. col. & uide Bal. in l. quicquid. in 1. q. C. de bo. mater. ubi dic. quod ſi
uſusfructus eſſet relictus monacho contemplatione monaſterii, etiam mor
tuo monacho, remaneret penes monaſterium, neque finiretur morte natu-
rali ipſius monach. Anto. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

monasterium? Ioan. And. quod sic, & durabit secundum eũ in vita ingredientis tantum, Inst. de acqui. per arro. §. vsus etenim & vsusfruct. & seq. de vsufru. §. finitur. Vide hoc per gl. 9.q.vlti.c. si qua mulier. & idem tenet glo. & Spec de statu mona. ver. 46. idem tenet gl. in auth. idem est. C. de bo. quæ lib. Idem Bar. & alij in auth. ingressi. & hoc teneas. † Quæro, qd de bonis collatis ingredienti ea lege, vt alienari non possint? Ioan. And. dicit, q transeut in monasterium, argumen. ff. de fun. do. l. 1. ff. de leg. 3. l. pater. & in eo, quod legitur, & not. de iu. pat. c. ex literis, licet sit argumen. contra ff. de leg. 2. l. peto Luci Titi. §. fi. cui cõtrario quidam adhærent. Cy. tenet primum in authen. ingressi. quod satis placet, quia hæc est alienatio legis, & accessoria ad p sonam ingredientis, facit quod legi. & no. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum oblig. † Sed quæro, quia sup. vidimus de bonis, quę acquiri possunt monasterio ratione ingressus, tam ex testamento, quam ab intestato, nunc quæro, quo iure hæc bona acquirãtur monasterio? Et scire debes, quod quæstio ista potest esse duplex. Primo ratione bonorum, quæ proueniunt tempore ingressus. Secũdo ratione eorum, quæ obueniunt post ingressum, ratione tam ẽ ipsius ingressus: vt hæreditates legitimę vel testamentariæ, seu donationes, vel similia. De primis sentit Innocen. q monasterium venit iure hæreditario Dicit enim q differentia est inter monasterium hæredem, & alium, quia mo
a nasterium habet dominium, & possessionem a omnium bonorum, quam cito factus est monachus, argumen. in l. si adoptauero, ff. de preca. & est expressum de dominio in l. fin. C. de sacrosan. eccl. facit quod leg. & not. in c. 1. a. de consue. aliàs autem hæres non fit dominus, quousque adierit hæreditatem, quantuncunque tamen adeat, non intelligitur possidere ipsa bona, nisi rerum ipsarum hæreditariarum corporalem possessionem nactus fuerit. l. cum hæredes, ff. de acq. pos. quod no. in eo, quod vult monasterium incontinenti acquirere nedum dominium sed etiam possessionem bonorum ingredientis religionẽ. Nec intelligas hoc generale esse in omnibus, quorum monasteriũ est hæres, quia resisteret no. in c. 1. de consue. & in d. l. fi. Sed p cedũt in bonis ingressi, quia ex quo monasterium acquirit possessionem personæ ingredientis, per consequens acquirit possessionem omnium, quę habet ingrediens, quia non potest ille aliquid possidere, ex quo transit in potestatem alterius. Sicut dicimus in eo, qui per arrogationem transit in potestatẽ alterius, d. l. fi adoptauero. Et idem vult glo. no. 29. q. vlt. c. si qua mulier.
75 Hoc etiam vult Bart. in d. auth. si qua mulier. † Sed discrepat à dicto Inn. in hoc, quod sentit monasteriũ succedere iure hæreditario, quod etiam voluit gl. in d. auth. præalleg. Dicit enim ip se Bar. q ex quo monachus viuit, & potest adhuc conueniri de gestis prius, ita q datur libellus contra eum, in auth. causa, quæ fit cum monacho. C. de epis. & cler. non potest dici, qd habeat iure hæreditario, sed pertinent ad ecclesiam iure naturalis acquisitionis. Sicut dicimus de bonis eius qui arrogatur, Institut. de acqui. per arrog. per totum. hoc placet. Nec obst. iste text. dum dicit, Non dicitur decedere sine hærede, &c. quia hæc fuit allegatio partis, nec est vera, vt supra gl. fin. vbi plene dixi. Item hoc consideratur hic respectu fideicommissi, quod veniebat restituendum post mortem istius instituti, & tunc ille institutus de cesserat cũ monasterio, quod faciebat euanescere substitutio-
76 nem. Prima tamen solutio subtilior, & verior est. † De secundis bonis, quæ obueniunt, post ingressum occasione ingredientis, dicit Inn. quod ipsa bona delata monacho melius capit monasterium, quàm monachus. No. sin. hoc dictum. quia ex hoc sentit, quod nedum bona existẽtia tempore ingressus acquirũtur statim monasterio, sed etiam omnia iura competentia eidem monacho in specie, vel competitura, acquiruntur ipsi monasterio. Et per hoc soluitur quæstio Io. An. qua quæritur, quis adeat hæreditatem monacho delatam ex testamento, vel ab intestato? Nam secundum hoc adibit ipsum monasterium, & nõ monachus. Circa hoc tamen sunt duæ aliæ opp. Quidam, enim cõ
b parant monachum filiofam. b qui adit hæreditatem sibi delatã iussu patris: & si non vult adire, potest adire ipse pater. ff. de acqui. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. iuncta. l. cum non solum. C. de bo. quæ lib. A lij comparãt cum seruo, qui potest nolle adire, & potius pati se excoriari, & sic nihil acquiritur domino: nec ipse dominus potest adire, l. cum proponas. C. de hære. instit. Et quod æquiparetur filiofam. tenet Bar. in l. 1. colum. 5. ff. de vulg. & pup. Tertij dicunt, quod si monachus vult adire, sed monasterium vult repudiare, præfertur monasterium secundum Iacob. de Aren. ff. de succes. ed. l. 1. §. per seruum. Hæ omnes intricationes cessant, secundum Ioan. And. si dicamus sic, velle & nolle monacho deficere, quod hæc omnia per monasterium sint agenda, per quod etiam solueretur hæc quæstio se-
77 quens. † Moritur monachus, hæreditate sibi delata non adita, quo casu dicit prædictus Iacob. quod si hæreditas erat ascendẽtium, trãsmissa est in monasterium, quod habetur loco filii. C. de his, qui ante apertas tab. l. 1. in Auth. de sanct. Episc. §. sed & hoc præsenti. Si verò erat hæreditas extrancorum, dicit ipso iure excluſum monasterium, sed poterit restitui, sicut minor. C. de sacrosanc. eccl. l. fi. ff. de acquiren. hæred. cum quidam. de minor. l. ait prætor. Ioan. And. dicit, & bene, quod ista omnia cessare videntur, si dicamus vt supra potius monasterio, quã monacho delatam hæreditatem, quod videtur etiam placere hic do. Ant. & bene facit c. pen. 19. quæstio, vlt. alleg. per Inn. vbi patet, qd licet ante ingressum potuisset qs suis demeritis exhæredari, post ingressum tamen hoc non licet, quasi monasterium hoc casu puniretur. Pro hoc allego etiã hic in d. §. illud in Authen. de mona. vbi indistincte dicitur, quod post ingressum nõ debet aliquo modo iste habere rerum administrationem. Et g hoc puto Fed. non bene dicere consi. 20. vel 26. vbi dicit, quod si tempore delatæ hæreditatis, quis erat monachus, & postea ta decisio esset optima, vt Inst. de leg. §. ex diuerso. vbi patet, quod seruus hæres institutus non acquirit ei, in cuius potestate est re pore delatæ hæreditatis, sed ei, cuius est tempore additionis: vide tamen motiua Fed. & quod scribit Archi. in c. vno. 18. quæstio. 2. vbi ponit, quid si monachus fuit institutus hæres sub cõditione, & tempore conditionis extantis est translatus ad alium lo cum. Concludo ergo, quod omnia acquiruntur monasterio, & monasterium ager pro illis rebus his actionibus, quibus egisset
d sterium, d in quantũ in ad ipsum peruenit de bonis ingressi, se
e cundum Inn. & Ioan. And. ff. de adop. l. si arrogator, & idem ex vbicunque patrimonium alicuius ad aliquem peruenit. l. 2. C. de

ADDITIONES.

a Possessionem. Monasterium acquirit possessionem bonorum ingressi absque aliqua apprehensione, &c. ita idem tenet do. Ant. hic, & in c. ex literis. de cohab. Host. & Pet. de Anch. in cas. de test. de quo per Archi. in c. si qua mulier. 27. q. 1. gl. ibi. 18. q. 3. p Spec. in tit. de sta. mon. §. 1. uer. 61. & per Bal. & Sal. in d. auth. ingressi. per Bar. in l. qui autem varias. §. aut si is. & l. cum hæredes. 5. ff. ubi etiã hoc tenet Rom. de acq. poss. & in l. si adoptauero. ff. de preca. Et per Ioan. de Lig. in c. cum simus. de reg. iu. vbi dicit, quod monasterium nõ potest agere in terdicto recuperandæ, quoc præsupponit possessionem, quia eam nunquã apprehendit in bonis ingressi. & uide Pet. de Anch. in rep. reg. fine posterior. ne. in 37. col. & alleg. Ioan. And. in hoc c. presentia. & Bal. in d. auth. ingressi. in 3. colum. uer. 3. op. Adde, an monasterium debeat adire, Alexan. cons. 88. 2. lib.

Possessionem. Vide Abb. in consi. 4. inc. succincte & conclusiue, col. 2. & Ioan. Alex. in l. cum hæredes. in pri. n. 3. de acq. pos.

b Vtrum monachus æquiparetur seruo, uel filiofam. Et adde, quod monachus æquiparat seruo, in c. cum olim, il. 2. de priui. ubi omnino uide Bart. in 20. colum. uer. quo ad decimum & ult. C. qui admit. Concludit, quod monachus æquiparatur seruo uel filiofa. prout uertitur utilitas monasterii. uide Bart. in l. 1. ff. de stip. ser. Et quod monachus æquiparetur seruo, etiam Paul. de Cast. in l. 1. ff. de iur. de lib. allegando Inn. in d. c. cum olim. circa fi. & gl. in c. non dicatis. 12. q. 1. Sed Ro. in l. quicquid. ff. de acq. pos. dicit, quod æquiparat seruo, uel filiof. prout occurrit utilitas monasterii. Et dicit quod de hoc plene dixit in ea l. qui hæres. §. 1. eq ue filius. & in his potest adde seruus. ff. de acq. hær.

Adde, an monachus æquiparetur seruo, &a n, i, ipso inuito, Abbas possit adire hæreditatem: Ang. consi. 91. consi. 133.

An monasterium æquiparetur seruo uel filio, ca. uide Bar. & Imo. in l. 1. in fi. ff. de usufructuarius. ff. de stip. seruo. Ant. Franc.

c Adibit monasterium. Tu vide plene de hac q. & seq. iunctis præced. Bal. in l. q. 10. C. qui admit. ad bo. pos. & Paul. de Cast. in consi. 1. Zach.

An monasterium possit adire hæreditatem delat. um monacho, quando monachus non vult, uel non pot adire, quia sit absens, uel furiosus, uide Bar. in tit. de sta. mona. in uer. si hæreditas. & Bal. in l. 1. 1. o. q. C. qui admit. & Bar. in l. 1. in 1. q. in 5. col. ff. de uulg. & pup. & Cy. in l. 1. in. C. de bo. quæ lib. uide Bal. in l. Deo nobis. §. hoc etiam, in 2. col. C. de epis. & cle. & Bal. in l. fi. C. de bo. quæ lib. Et quid si monachus, cui delata est hæreditas, mor. tur, uel hæreditas pus ante aditam, uel repudiatam hæreditatem, quis tunc possit adire, Bal. in d. l. 1. 10. q. C. qui admi. Ant. Fran.

d Monasterium. Nunquid in aditione monasterii requiratur consensus monachi, uide Fel. in c. ex rescripto in 1. col. infra de iureiur. Et an quid Abbas possit repudiare hæreditatẽ inuito monacho, tradit Bal. in l. bonorum. in. 2. col. C. qui admi. in l. is, qui hæres. §. fi. ff. de acq. hær. Ang. in consi. 8. & consi. 9. & Ias. in l. legatum, ff. de leg. 1. Et nunquid mortuo monacho a quo fuit possit adire hæreditatem, uide Bal. in l. inde Neratius, ff. ad legem Aquil. est uerum, donec permanserit monachus in illo monasterio: na in fine monasterium, non esset amplius obligatum creditoribus, ut dicit. Bart. in adul. §. fi. ff. de adul. Quod ego intelligo, quando monasterii monachus bona sua bona restituisset, quod quando fit, plene habes in c. quod a te. de consanguineis. Seb. Sap.

e Et adde Bar. in l. fi. ff. de adop. ubi dicit, quod monasterium subijt omnes onera ingressi, & ideo dicit Bar. in l. fi quis a liberis, §. item rescriptum. ff. de ag. quem retulit do. Abb. in c. transmissa, super gl. in uer. quæstio mota. & filiofint leg. quod monasterium tenetur alere filios ingressi, licet oblatus uideatur dicere Bar. in tractatu de alimentis. in pen. col. & uide hic per Ant. qui dicit, quod monasterium tenetur soluere debita ingredientis de qualitate bonorum, quę transtulit in monasterium. Item adde hic per Ro. in l. quod seruus. in fi. ff. de acq. pos. ubi dicit, quod si monasterium habet bona iniuste quæsita per monachum, poterit monasterium cogi ut satisfaciat illis, a quibus monachus iniuste quæsiuit. Et hoc dicit Bal. se not. spec. in tit. de statu mona. §. 7. 48. & uer. 50. Item uide quod Bal.

78 de impubl. & aliis substitutio. † Et per hoc sentiunt Docto. hic, quod libellus concipietur contra monasterium. Legistæ verò sentiunt, quod contra monachum, vt in d. Auth. causa, quæ fit cum monacho. Hæc opin. Docto. nostrorum plus placet, q
79 d. §. illud. † Vltimo, vt nil ad materiam subiectam deficiat, potest quæri, quid si non teneat ingressus, vel reuocatur legitimè ex post facto, nunquid reuocentur bona tacitè, vel expressè col lata? Vide per Canonistas in c. quod a te. de cle. coniu. per Bar.
80 in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl. † Item quid de bonis clericorum tam ecclesię regularis, quàm secularis? Vide gl. no. cum no. 27. q. 1. c. vt lex continentiæ. & plenè per Bar. in d. authẽ. ingressi. vbi sentit, quod potest quis dare omnia bona sua eccle siæ seculari, cui se dedicat, vt nihil sibi remaneat: nihilominus potest facere testamentum, non tamen in præiudicium ecclesiæ, sed hæredis, qui poterit, si voluerit hæreditatẽ damnosam adire. Nã hæreditas potest esse sine aliquo corpore, cum sit nomen iuris l. hẽditas. ff. de pet. hær. Et no. quia hoc facit pro his, q ipse no. in l. fi. C. de pac. & contrarium no. per eum in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. oblig.

ADDITIO.

Balan. 3. colũ. ver. sed quid ecce. Et de hoc vide p Imo. in cle. ne in agro, 16. col. ver. deinde quærit, de sta. mo. Item vide sanctum Tho. in 4. sen. distin. 38. q. 2. arg. 3. circa medium, vbi dicit, quod si ingredientes monasterium intendunt statim obligari, non possunt amplius exire, & monasterium tenetur soluere debita sua. Sivero non intendebãt statim obligari, possunt exire monasterium, & soluere debita sua, de quo vide omnino per Doc. in c. præter ea. & Bar. in l. in arrogationem, per illum tex. ff. de pecu. & plene per Bald. in d. auth. ingressi, in 5. col. ver. quæro sexto, C. de sacrosan. eccles. Adde, an monasterium teneatur ad debita Abb. consil. 111. Et an de male acquisitis, vel possessis per monachum ipso existente in seculo, & illo transferente in monasterium, possit monasterium conueniri. Et an stetur confessioni factæ in vltima voluntate per ipsum monachum, vel religiosum, vide Angel. consilio 233.

An monasterium teneatur soluere creditoribus monachi, vel illis dimittere bona ingressi, vt ei satisfiat, vide Bal. in addit. Spec. post Spec. ibi in tit. de bona. in ver. quæritur, & vide Cy. in l. si peculium. ff. de pe. leg. & Inno. de ob. ad rat. ubi concluditur, quod sic, quod est verum, si fe & sua obtulit monasterio, sed si se obtulit, & non sua, non tenetur, Bald. singu. in l. 1. C. de her. vel ac. ven. & in addi. Spec. in tit. de reo, in uesir. monachus, an possit. Et vide D. Car. in cle. 3. in 6. q. de procu. Et an teneatur monasterium ex cõtractu, vel delicto Abbatis, vel monachi, uide gl. in c. cum dilectus de ord. cog. Inno. in c. cum olim, de priui. & Bal. in auth. ingressi, in 6. q. ubi etiã per C. de sacrosan. eccl. & ibi concluditur, quod sic, quod etiam uoluit glo. in d. l. si peculium, in §. 1. de pecu. leg. tamen nõ tenetur monasterium vltra quã habuerit de bonis monachi. Quod etiam voluit Bar. in auth. si qua mulier, C. de sacrosanc. ecc. & tenet Car. in d. cle. 3. & uide eundem in cle. 1. in §. item rescripto. ff. de statu. mona. ubi dicit, quod mona. non tenetur nisi fit fa ctum locupletius, uel nisi quatenus sit uerum in utilitatẽ monasterii. Et ad quod monasterium tenetur ad omnia onera monachorum, & ad collationẽdas pro ipsis monachis, ut uoluit Bal. in l. onera, & in l. fi. ff. de adop. per Alex. in l. is, cum quo, ff. de aq. plu. arc. Et an monasterii teneatur alere filium ingressi inopem, habetur per Dy. & Bar. in l. si quis a liberis §. item rescriptum. in fi. ff. de lib. ag. & per Spec. in tit. qui fi. sint leg. in §. 1. uersicu. quod si interest.

SVMMARIVM.

1 Quid sit territorium bonor. & districtus.
2 Quod spectat ad aliquem de iure speciali, dicitur illud spectare de iure.
3 Item terminus potest præfigi ad duos actus, eodem tempore concurrentes.
4 Actio probatoria dicitur peremptoria.
5 Testis prius falsitatis cum, corruptione potest opponi post publicatas attestationes & sententiam.
6 Presumptio leuis non excludit quem a facultate opponendi peremptoriam, uel quasi.
7 Infamia infamia facti non excluditur a testimonio in causa ciuili.
8 Leuis opinio, quæ sit.
9 Testis testium, quæ magis congruunt iuri communi, creditur.
10 Quasi possessionem alterius, dicitur aut violentiam committere, aut iniuste possidere.
11 Copula apposita tempori, a quo probatur possessio, denotat continuationem possessionis usque ad tempus præfinitum, secus ubi copula non apponitur.
12 Probatio euidentissima est, quæ fit per indubitata instrumenta.
13 Dominus pro hominibus suis potest agere, quamuis tales homines sint liberi.
14 Dominus non potest agere pro furto commisso subditis suis.
15 Iudex potest ex officio statuere terminum & si non petatur, & non statuit, non tenetur in syndicatu.
16 Citatio iudicis non valet, nisi fiat ad petitionem partis.
17 Probatio partis, dilatione a iudice non data, valet.
18 Renunciatio & publicatio attestationem non excludunt probationem fiendã per instrumentum & allegationes.
19 Confessio, causa excludit instrumentalem probationem.
20 Testis, quod testis sit iuratus in termino.
21 Testis potest accusari post sententiam & regulariter probatur indirecte.
22 Probatio falsitatis testium non retractat sententiam, quando iudex non fuit secutus eorum dicta.
23 Sententia lata ex falsis allegationibus, vel dolo contra absentem, vel contra minorem, vel ecclesiam, est nulla.
24 Corruptio testium sola sufficit ad retractationem sententiæ.
25 Retractatio sententiæ, quę non tenuit ob falsitatem, fit officio iudicis, quod durat triginta annis.
26 Retractatio sententiæ ob falsitatem quę tenuit, & directe fuit petita, fit per in integrum restitutionem.
27 Excipiens de falsitate, auditur perpetuo.
28 Agens contra testem ciuiliter ad interesse, agat intra 30. annos.
29 Agens criminaliter de falso, auditur intra 30. annos de iure ciuili, sed de iure cano, perpetuo.
30 Sententia erronea in crimnali potest retractari.
31 Proponens factum qualificatum, ad vtrunque probandum videtur se astringere, secus si non est qualificatum.
32 Probans factum sine qualitate, non probat id, quod intendit.
33 Duo, ad quæ non fuisset quis admissus distributiue, debet vtrunque probare deducens in libello.
34 Astringere potest quis se ad plura probanda in suum præiudicium, non autẽ in præiudicium publicum.
35 Interdictum, vti possidetis, datur quandoque contra possidentem & molestantem.
36 Practica pronunciandi super interdicto, uti possidetis.
37 Quæstio facti non dirimitur forte.
38 Sententia potest fieri contra dominum, & contra administratorem, si administrator est generalis.

CAP. IX.

Licet. In interdicto, vti possidetis, obtinet qui iustiorem titulum probat. ita communiter summatur. Sed certè hæc summatio est nimis generalis, & videtur requirere titul. in hoc interdicto contra id, quod habetur insti. de interdict. §. retinendæ. ideo summo sic. Si actor & reus in interdicto retinendæ possessionis probãt, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat, titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. h. d. no. & probatur satis hoc summarium in ver. ex præmissis. ponderato ver. maxime. Diuiditur Decr. ista In quinque partes. In prima processus decisa narratio. In secunda ibi: Porro. Fauen. exceptio contra testes ecclesiæ, & ipsius ecclesiæ responsio. Papæ interlocutio, & interlocutionis ratio. In tertia ibi. Post. hoc corruptionis & falsitatis noua exceptio, ipsius probationis & reprobationis commissio. In quarta ibi: Quanquam testes Fauentinorum impugnat. primo probatorios, secundo reprobatorios. In quinta ibi: Ex præmissis. allegando concludit pro ecclesia. Casus liter. Inter Archiepiscopum Rauen. ex vna parte, & commune Fauentiæ ex altera quæstio vertebatur super iurisdictione, honore, & districtu, in villa S. Petri, & quibusdam castris, & terris alijs, quæ de iure ad Rauen. ecclesiam pertinebant. Procuratores vtriusque partis propter hoc ad sedem Apostol. accesserunt, Lite contestata super prædictis per procuratores prædictos, & iuramento calumniæ præstito, quia vtrique parti erat, plurimum onerosum testes producere coram papa, mandauit papa, Epõ Placentino, vt intra tres menses reciperet, quos vtraque pars tam super principali negotio, quam in personas testium duceret producendos, statuendoque partibus terminum, in quo cum attestationibus apud sed. Apostol. se præsentent. Tandem partes cum attestationibus comparuerunt coram papa, attestationibus publicatis, Syndicus Fauentinorum proposuit se velle in personas testium ex parte altera productorum quædam objicere, & probare: Syndicus archiepiscopi econtra respondit illud fieri non debere: Papa interloquendo decreuit ipsum non audiendum, cum intra tres menses, vt in literis domini Papæ mandabatur, id facere non curauit. Post hoc Syndicus prædictus obiecit in testes productos, qd corrupti falsa dixissent, Papa dicit, quod talis exceptio non solum, ante sententiam sed etiam post, potest opponi, quamuis crederetur, quod talis exceptio per excogitatam malitiam ad differendum negocium proponeretur, dam admisit: mandans quibusdam iudicibus, vt testes, quos super hac exceptione pro curator Fauentinorum duceret producendos, reciperent intra mensem. Indulto ex tunc altero mense procuratori ecclesiæ Rauent. infra quem ad reprobationem illorum testes produceret coram eis; iudices prædicti receptis testibus prædictorum, attestationes ad dominum papam remiserunt, prout receperant in mandatis. Post hoc domin. papa examinauit testes hinc inde productos. Et quamuis procurator Fauent norũ multos testes produxerit super negocio principali, vix tamen ex illis sex tantummodo remanserunt, quorum quidam sibimet contradixerunt in seriem sui dicti, & quidam alii sibi in suis testimonijs singulares. Et alii, qui inducti fuerant ad reprobandum testes ecclesiæ Rauen. plures reprobantur, quia sibi inuicem contradicunt, & alii, licet pauci numero, malæ famæ sunt & opinionis, & ex alia causa repelluntur, quia non pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant id, ad quod eorum Syndicus se adstrinxit, videlicet, quod corrupti falsa dixissent. Qui & si de corruptione aliqua videantur dixisse, de falsitate nihil dicunt. Ex prædictis apparet euidenter, q ecclesia Rauen. per testes plures, quibus potius lux veritatis assistit, sufficienter probauit, quod a quadrag. annis & citra, supradicta loca possedit. per quod patet, quod si Fauen. a 50. annis citra, vt testes sui videntur deponere, aliqua perceperunt in locis prædictis, illa inceperunt recipere sine iusto titulo, cum duo insimul, & eodem modo in solidum eandem rem possidere non possint, & Fauentini titulum non ostendunt. Sed ex privilegijs Imperatorum, & Roma. Pontificum cōcessis ecclesiæ Rauen. colligitur manifeste possessionem ecclesiæ in prædictis iustam fuisse, & ita per consequens apparet, quod Fauētini minus iuste & sine titulo aliqua in locis prædictis occupauerunt. Quia vero syndicus eccleſię Rauen. petijt commune Fauentię a vi turbatiua, seu inquietatiua super præmissis prohiberi: papa videns in hoc casu non esse locum interdicto, vti possidetis, ita possideatis, cum probationes eccleſię Rauen. longe sint potiores, & ideo sit in interdicto superior, condemnauit commune Fauentiæ ipsi ecclesiæ super iurisdictione, honore, atque districtu, & aliis generaliter pertinentibus ad hoc in locis prædictis, quo ad possessorium iudicium, quo tantummodo actum est, sibi perpetuum silentium imponens; & prohibens eisdem, vt neque per se, neque per alios super prædictis præsumant aliquatenus ecclesiam molestare. Ber. Notabilia nomine, & facto.

1 possunt ex hoc tex. multa colligi. † Et primo, quod in loco temporali possunt ecclesiæ competere tria iura separata, videlicet iurisdictio, honor, & districtus. Iurisdictio potest capi largo modo, vt sumitur in l. 2. & 3. ff. de iurisd. omn. iud. & per glo. in clem. vna. de for. comp. Honor, quia illi de loco vocabant ecclesiam dominam, & ita, vt dominam honorabant eam, occurrendo

a nuncijs suis, eorundemque mandatis parendo. Districtus a idē est, quod territorium, vt in cle. ne Romani, de elect. Et territorium dicitur a terrendo. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum signifi. ita quod habebat potestatem exercendi iurisdictionem, nedum in incolas loci, sed etiam in omnes delinquentes, sinf. districtum, seu territorium. Qualiter autem ecclesia exerceat iurisdictionem temporalem, dic vt habetur in cap. fina. ne

2 cle. vel mo. lib. 6. † No. 2. ibi: De iure ad se spectare, &c. quod certum quid competens alicui de iure speciali, potest dici de iure spectare ad eum, nec vitiatur libellus, si illud non competat de iure communi, quod est valde not. facit, si potestas datur alicui a principe, vel a partibus terminandi aliquam controuersiam de iure, vt possit & debeat, vt commissarius, habere respectum etiam ad iura specialia. Debet enim illud verbum generaliter intelligi, maxime quando materia subiecta non subijcitur dispositioni iuris communis, vt hic erat, concor. bon. tex. in ca. 2. vt lit. pen. & c. 1. de eo, qui mit. in possef. vbi aliquid dixi, etiam tetigi super rub. de consuet. & vide per do. Anto. in c. Quinta-

3 uallis, de iureiuran. in fi. † Not. 3. ex hoc principio iuncta decq uæ ponitur in c. cum causam. infra. de testibus, quod idem ter

b minus b potest a principio præfigi ad producendum testes probatorios & reprobatorios, & sic est in facultate iudicis admittere testes super principali, ac reprobatorios simul. de quo dicam plene post Ioa. And. in c. ex parte, de test. & no. bene hoc, quia habes casum, in quo idē terminus potest præfigi ad duos actus. Quod procedit, quando illi actus possunt simul concurrere in eodem tempore, vt hic, alias si ordine successiuo essent expediendi, secus esset. vide glo. no. in c. sæpe, de verborum signi. in

4 versi. post dationem. † No. 4. ex versicu. porro, iuncto d. ca. cum causam. de testa. quod omnis dilatio probatoria censetur perē-

c ptoria, cita quod non apparente impedimento, non debet dari secunda dilatio. concor. l. fina. ff. de fer. & dilatio. cum ibi no.

5 faciunt no. in c. 2. de dila. vbi bon. glo. † No. 5. quod exceptio falsitatis testium cum corruptione potest opponi & directe probari post publicatas attestationes. Et hoc ideo, quia videtur articulus nouus propter attestationem corruptionis, de qua prius non fuerat capitulatum. de quo infr. & per glos. in cle. 2. de test. Et no. bene, quod huic exceptioni & probationi non obst. lapsus trienni præfixi ad probatorios & reprobatorios testes producendos, & hoc in odium falsitatis, quæ etiam post sententiam

6 potest opponi, vt hic. † No. 6. ibi, Nonnulli crederent, &c. quem non debere excludi a facultate falsitatem proponendi, & probandi exceptionem peremptoriam, vel quasi, propter leuem præsumptionem ortam contra opponētem. Secus dic, vbi præsumptio de malitia esset vehemens, de quo vide no. per Innoc. in c. post electionem. de concess. præben. vbi hoc concludit, & hic bon. tex. pro eo. In excludenda vero dilatoria, non exigitur tam vrgens præsumptio propter modicitatem præiudicij, vt ibi no. per eum. facit c. pia de excep. lib. 6. No. 7. ibi: De singulis circunstantijs subtiliter, &c. quod etiam parte non dante interrogatoria, iudex potest ex officio suo testes de causis & cir-

d cunstantijs singulis subtiliter interrogare, d & hoc ideo, quia hæc tendunt ad veritatem inuestigandam & habendam, & ad hoc iudex debet laborare 30. q. 5. c. iudicantem, & l. vbique. ff. de interro. ac. inf. de fid. instru. c. cum Ioan. de test. c. cum causam. Et not. tu canonista, quod subtilitas tendens ad veritatem eliciendam commendatur de iure canonico, concor. c. capelanus. de ferijs. & quod no. in c. dilecti. de iudi. No. 8. hic multa detrahentia fidei testiū. Primo, si contradicant sibi ipsis. i. quod quilibet testis contradicit sibi, secus si plures pluribus, etiam ab eadem parte productis, de quo dic, vt no. in c. nostra. inf. de test. Secundo, si sint singulares in dictis suis. inf. de testa. c. tam literis. & de electio. c. cum dilectus. Tertio, si sunt male famę. Quarto, si sunt leuis opinionis. & de istis vide in c. testimonium. de

7 test. & c. omnibus. 2. q. 5. † Et no. sing. secundum vnum intelc ctum, quod infamia efacti non repellit in toto a testimonio in causa ciuili, sed pendet ex iudicis arbitrio, considerata qualitate & quantitate infamiæ. Et ita potest intelligi tex. ibi. Nulla, vel modica, &c. Potest etiam referri, versicu. Nulla. ad versicu. Malæ famæ. & ver. Modica. ad ver. Leuis opinionis. & tunc probaretur, quod infamia facti ex toto repellit etiam in ciuili, de quo

intest. c.2. & de testam. c. requisisti, in fi. Satis mihi placet, ꝙ si ec-
clesia producit pro se, teneatur etiam testificari contra eccle-
siam, quia testis consistit pro vtraque parte, vt in c. nō sane. 14.
q.6. no. gl. in c. fraternitatis, ꝛ.eo. Si vero non adducit pro se, aut
deficiunt alij testes, & non compellentur clerici: tum per ra
tiones huius glo. tum etiam per tex. opt. in c. quanquam, 14.q.
2. Aut non subsunt alij testes super hoc verisimiliter informa-
ti, & compellentur, quia in defectum probationum cessat onē
ris priuilegium, vt in d.c.quanquam. & no. ꝛ.eo.c.si qui. & ꝛ. de
offi. cog. c.1. & per hoc tollitur contrarium sup. formatum de
5 iu. & delictum de testibus est prohibitorium. l.1. ff. eo. Hoc puto
verum, nisi sint clerici promouentes illā causam ecclesiæ. Nā,
contra non admittuntur in fauorem ecclesiæ, vt in c. insuper, ꝛ.
eo. Et non fortius, nec contra eam. Non enim debet procurator
suus ad testificandum contra dominum in eadem causa: licet
possit interrogari. Item placet limitatio Host. in libertis eccle-
siæ, ne de domo ecclesiæ exquirat aduersarius, ꝓbationes suas,
vt l. de proba. & C. de eden. l. qui accusare. † Præterea adduco
6 quæstionem, nunquid in causis priuatorum, clerici b possint
testificandum? Vide in hac materia tex no. in c. quam-
quam. 14. q. 2. vbi dicitur, quod in secularibus negocijs non de-
bent clerici adhiberi in testes in instrumento, nec etiam in iu-
dicio, si transeūdo aliqua viderint, vel audierint, nisi vbi testes
alios non reperiuntur. c Tunc enim in defectum admittuntur,
b cum alius, vt bonus æstimetur, & veritas occultetur, quo casu
etiam in proui dentia proprij Episcopi, vt aut coram se, & compe-
tentibus iudicibus, aut aliter honorifice testificentur, vt dicit
Host. Sed oritur dubium circa illum tex. vtrum possit testifi-
cari in præsentia iudicis secularis, coram quo vertitur quæstio,
aut coram Episcopo tantum? Laud. ibi sentit ꝙ poterit coram
iudice seculari, per verba illius tex. ibi. Aut aliter, &c. Sed cōtra
facit. n.q.1.c. testimonium, ibi: Nisi in ecclesia, &c. 2 2.q.vl.
colligas ex ecclesiastico. & vide omnino, quæ dixi in c.1. de iu.
vbi examinaui intellectum illius c. nullus. Arch. & Hug. in
c. quanquam, dicunt per illum tex. ꝙ est in optione Episco-
pi, ipse examinet testem per se, vel per alium, & depositi-
onem remittat per rabellionem, vel sub suo sigillo ad iudicē
suum, vel faciat examinari per illum iudicem causę: & ita intel
ligit verba illius c. Vel aliter honorifice testificentur, &c. Iu
xta vt c.1. de iura. calum. & hoc placet, & sic obseruatur, quan
do testes sunt in alieno territorio, vt in c. cōstitutus, de fideiuss.
Quidam enim potestatem potest habere iudex laicus in perso-
nam clerici, de foro compe. c.2. & c. vnico, de cler. coniug. li. 6.
Quid si vacillat, dum deponit coram iudice seculari? Vide
quod dixi in c. verum, de foro comp. Sed nunquid valeat depo
nere, & ponte deponit sine licentia sui prælati coram iudice se-
culari, vel alio iudice non suo? Credo, quod sic, quia hoc nullibi
7 reperitur expresse prohibitum, ex quo ponte deponit. Et ad c.j.
Arram. cal. dic, vt ibi dixi. Et pro hoc facit iste tex. & c. insup,
c. quoniam multis sim. vbi dicitur, ꝙ clerici possunt ferre testi-
monium in causa ecclesiæ suæ, & nil dicitur de licentia episco-
pi. & facit quod dicam in sequenti quæst. Item præsupposito, ꝙ
8 fecerint, in non habendo licentiam ab Episcopo; non ta-
men per hoc sequitur, ꝙ testimonium non debeat valere; quia
contra est quoddam accidentale, non autem de substantia te-
stimonij. & facit c.1. ꝛ.eo. & ff.eo.l.1. & multa prohibentur, quę
9 non fiunt. Et circa quæstionem, nunquid religiosi possint esse testes. Spe.co.ti.
de test. excipitur, ꝙ est monachus, & in ver. quid de mo-
nacho. tenet ꝙ sic. Et idem de Fratre Minore, & conuersis, & si-

milibus religiosis, quia non reperiuntur prohibiti, imo potius
permissi, vt in c.nuper, ꝛ.eo. & hic, & c. si Christus, de iureiurā.
cum sim. Idem no. gl. in Auth. de monac. §. cogitādum. & Bal.
in auth. ingressi. C. de sacrof. eccle. & sentit Spec. quod valeat te-
stimonium, etiam sine licentia Episcopi. Ego credo, ꝙ a princi-
pio debet habere licentiam prælati, cum etiam literas. non de-
beant legere sine licentia prælati. 12.q.1.c. non dicatis. sed si te-
stificati

ADDITIONES.

a Cessat dispositio. Adde tu plene de hoc per Iacob. Reb. in l.si quis, la 2. &
ibi in apost. Cels. i. C. de decu. lib. 10. Dy. in reg. decet, in fi. & ibi in apos. fi. de
reg. iur. lib. 6. & quod dixi in apost. ad istum, in c. post translationem. §. cæte-
rum, nu. 17. in ver. cessat, ꝛ. de renun. Zach.
Cessat dispositio, vide late per Dec. in c. cum cessante, eo. in ver. quarta con-
clusio, fallit. inf. de app. Seb. Sap.

b Vtrum clerici possint inter laicos testificari, vide de hoc per Bal. in apost. in l.
3. in 5. col. de test. Item vide D. Tho. 2.2.q.70. art.2. in fi. vbi dicit secundum
ordinem ministri altaris, non possunt compelli ad ferendum testimonium
in cā sanguinis. Et vide Spec. in tit. de teste. §. sequitur. ver. sed quid de pres-
bytero. Et D. An. an c. si qui testium, ꝛ. eo. & gl. fi. & ibi D. Abb. in d.c. fi. de iu.
calu. Sed cum clarum sit, ꝙ clericus non potest testificari contra laicum in
causa criminali, vt in d.c. testimonium. 11.q.1. quæro vtrum possit testificari
pro laico in cā criminali, & videtur ꝙ sic, quia sicut laicus prohibetur testi
ficari contra clericum in cā criminali, vt in d.c. de cætero. cum si. inf. eo. ad-
mittitur tamen pro clerico in cā criminali, vt est gl. fin. in c. clerici. 81. dist.
ergo ita vī dicendum in hoc casu. Contrarium credo hac ratione, ne clericus
pp suum testimonium faciat acculatorem deficere in probatione, quia
punitur pœna talionis, arg. eius, quod in simili dixit gl. no. in c. aliquantos.
51. dist. & do. Ant. in c.1. de postu. Cogita, quia non reperio hanc quæstionē
tactā per aliquem. Et adde hic Arch. 11.q.1. in c. testimonium, vbi dicit, ꝙ
in ciuili denunciatione testificatur contra laicum, & licet iudex contra eum
ad grauiorem sententiam processerit, non propter hoc clericus erit irregu-
laris, arg.c. prælatis de hom. lib.6. An autem aliquo casu clericus possit testi
cari contra laicum in causa criminali, vide per do. Ant. in c. dilectorum. in vl
ti. col. inf. tit.1. & dicit do. Abb. in d.c. de cætero. inf. eo. ꝙ tunc admittitur te
stimonium clerici contra laicum, quando delictum est commissum in loco,
in quo verisimiter non posset probari per laicos, quia hic clericus admittē
in subsidium. nisi ex iudicio criminali committatur pœna sanguinis.
An clericus testificetur contra laicum in cā criminali, vel ciuili, & econtra:
Dicas ꝙ in cā criminali non puto clericum aliquo modo posse compelli cō
tra laicum ꝓp periculum irregularitatis, quam posset clericus facile incur-
rere, iuxta ea, quæ hīr in c. sniam sanguinis, ne cler. vel mo. sed in cā ciuili
puto eum posse admitti ad testimonium, dummodo testificetur cum licen-
tia sui superioris, & iuret in manu sacerdotis, ut per Spec. in tit. de teste. §. 1.
uer. si. item excipitur, quod est monachus, & per Bald. in l. qñ. in 1. no. C. de
testi. & per Alb. de Ro. in auth. si testis productus dicatur. C. de testi. Et intel
lige, quod isto casu clericus, vel debebit examinari per iudicem ecclesiasti
cum, cui subest, vel per secularem, de commissione ipsius episcopi, per gl. &
Arch. in c. quanquam. 14. q. 2. vbi dicit Archi. esse in electione Episcopi, an
ipse examinet, vel alteri committat, & puto quod si committit examinatio
nē iudici seculari, quod cautius & honestius sit, quod iuret clericus in ma-
nu alterius clerici, quia clericus non potest iurare de iure can. in manu iudi
cis seculatis & laici, ut in c.1. & ibi per Inno. de iura. cal. ut uoluit ēt Bar. in
l. cum clericis. C. de epis. & cler. hī per Alexā. consi. 56. in 2. par. consi. Dicas
tamen, quod si aliter veritas haberi potest, non cogitur clericus testificari
pro laico, ut uoluit Host. in sum. de testi. in §. post Gof. in sum. & habetur per
gl. in c. super eo. de testib. cog. & plene per Io. de Imo. in c. dilecto, hec eod.
titu. vbi ēt dicit, quod episcopus cogeretur testificari in defectum aliorum
testium, ne veritas pereat. Adde tñ, quod dicunt Ang. Ge. & Imo. in c. dile-
cto, quod producens testes, dēt ipse probare, quod aliter veritas haberi nō
possit, nisi per testes clericos. De laico autem ut possit cōpelli testificari con
tra clericum, nisi alia causa in contrarium subsistat, non puto dubitandum,
quia testes regulariter inuiti coguntur iurare, & deponere. l. leg. Iul. ff. de te
sti. Fallit tamen in auditore Rotæ, ut in decis. Ro. dec. 94. inc. ad auditorem.
in no. de quo per Io. An. & do. Ant. in c. significauit. de off. ord. quod tamen
iam aliter non decido, sed me remitto ad ea, quæ habentur in d.c. significa-
cit. & in c.1. de testi.

c Reperiuntur. Vide do. Abb. in c. dilectorum. inf. de test. cog. & Fel. in c.1. col. 2.
uer. item in quantum dicit hic Host. co. ti. vbi ponit, quod priuilegiati, ut nō
teneantur testificari, non gaudent tali priuilegio, quando veritas aliter ha-
beri non potest. Seb. Sap.

d Vide omnino ibi gl. quæ dicit, quod per hoc non vitiatur actus, licet clericus
non perat licentiam iurandi ab episcopo, & tenet hic Ab. Sed in contrariū
facit, quia quando in actu requiritur licentia, necessario debet præcedere
actum, vt no. do. Ant. in c. cū consuetudinis. cum concor. ibi signatis. de con
suet. Sed dic, quod forte ista est leuis causa, ideo non vitiat. argu. in l.1. in fi.
ff. de uen. inspic.
Adde tu de veritate eorum, quæ scripsit hic Abb. uidendum Fran. de Aret.
in terminis eius consilio 160. in 9. argum. ubi allegat, etiam Ange. consi. al-
leg. ibi Ber.
An clericus debeat habere licentiam iurandi & testificandi a suo superio-
re, vide Spec. in tit. de teste. §. 1. uer. item excipitur. & Bal. in l. qñ. in 1. no. C.
de testi. & Alb. de Ro. in auth. si testis productus dicatur. eo. tit. de test. & hf
in c. monachi. 16. q. 1. & c. 1. de postu. & concluditur, quod si examinatur per
iudicem ecclesiasticum, non est opus habere licētiam, sed si per secularem,
debet examinari de commissione & consensu Episcopi, vel sui superioris,
cui est subiectus. c. quanquā, & ibi per gl. & Arch. 14. q. 2. Et dicas, quod est
in electione episcopi, an ipse examinet, uel committat examinationem lai-
co. Dicas tamen, quod licet non debeat deponere sine licentia sui superio-
ris, valet tamen testimonium, etiam sine illa, ut no. Inno. & reliqui post eū,
in c.1. ne cle. vel mo. & Bar. in Auth. de nup. §.1. & in Auth. de monac. in §.
cogitandum. & habetur per Lanfr. de Ori. in c. quoniam contra, in uersi. te-
stes. de prob. Ant. Fran.
Adde tñ, quod clericus non potest iurare in actibus iudicis laici, uel secu
laris, etiam de cal. ut per Inn. in d.c.1. & per Bar. in l. cum clericis. C. de epis.
& cler. Rebuffus per Alex. in concor. 2 par. consi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fisicati sunt, valet testimonium per supradicta, facit l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 1. Et satis est, ꝙ non reperitur tale testimonium a iure prohibitum, seu reprobatum: & potius est interpretãdum, vt res valeat, quàm pereat, in c. Abbate, de veri. sign. & l. quoties. ff. de verbo. oblig. Allego ad prædicta no. tex. in c. veritatis, ℨ. de dolo & contum. vbi extra causam monasterij etiam in causa criminali admissi fuerunt in testes Abbates, Priores, Præpositi, & alij religiosi, nec aliquid ibi dicitur de superioris consensu, seu licentia, & habes ibi bonum tex. de prælatis inferioribus citra episcopum. & vide quod no. in c. cũ pastoralis, in gl. 3. q. 7. ‡De episcopis dic, ꝙ quãdo opus est, ad eos mitti debet pro testimonio ferendo: tamen non compelluntur dicere testimonium, sed sponte possunt, vt in l. nec honore, cũ Auth. seq. quæ incipit, seu iudex. C. de epis. & cle. cum gl. sua canonizata 11. q. 1. c. testimonium. §. nec honore. facit c. fi. de iura. cal. Credo tamen, ꝙ in defectum aliarum probationum poterit etiam Episcopus compelli ad ferendum testimoniũ, p suum tamen superiorem, quia hoc casu, vt dixi, cessat omne priuilegium. & facit c. dilecto, ℨ. eo. vbi ob hanc causam deponitur iudex a iudicando, vt ferat testimonium, & in foro seculari, testimonium solius Episcopi sufficit, secundum singulare priuilegium Episcopis ab Imperatore tributum. 11. q. 1. secundum lec. Innoc. in c. nuper. ℨ. plene dixi in c. sicut. ℨ. de prob.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non confirmatur, si postea reperiatur inhabilitas testium: & idem in sententia.*
2 *Acta facta in vno iudicio, respicientia habilitatem, vel inhabilitatem personæ ad vnum finem faciunt fidem in alio.*
3 *Condemnatio de iure ciuili, repellit a testimonio ferendo, de iure canonico sufficit, quod possit conuinci.*
4 *Lex canonizata contraria canonibus, non est seruanda.*

CAP. XIII.

SVper eo. Crimen nunc probatum repellit testem, alias de illo crimine non damnatum. Communis diuisio. Secunda ibi: Respõdemus. Casus liter. Testes recepti sunt in aliqua causa criminali, vel ciuili, & opponuntur eis crimina, vt a testimonio repellantur. Quæritur quid iuris sit? Respõdet papa, quod si de criminibus illis non sunt conuicti, vel confessi, dummodo inde conuincantur, non sunt in testimonium ad mittendi. Quod dicitur hic, intellige prout traditur ℨ. eo. c. testi monium admittẽdi. Quod dicitur hic, intellige prout traditur ℨ. eo. c. testimonium. Ber. ‡No. ꝙ testis, quantuncunque toleratus tempore productionis, potest prætextu criminis obiecti, repelli, non solum in criminali, sed etiam in ciuili, secus si fuit descriptus in instrumento tempore tolerationis. Nõ enim reprobatur instrumentũ, si postea appareat inhabilis. a l. 1. C. de testi. Et idem potest dici, quando ad dictum testium inhabiliũ sententia fuit lata, vt non reprobetur, licet postea offerantur probationes super inhabilitate, vt in c. præsentium. inf. eod. tit. nisi fuerit appellatum. Nam tũc in causa appellationis possunt crimina obiici, vt est glo. no. in c. 1. de excep. super ver. sententiã, vel si probetur corruptio, seu periurium secundum ea, quæ dixi in c. sicut, sup. eod. Quid autem in iudice, nunquid possit repelli prætextu criminis, siue sit delegatus, vel ordinarius, vide plene no. in c. sciscitatus, sup. de rescrip. & aliquid per Innoc. in c. cum venerabilis, de excep. sed plenius per eundem in c. sciscitatus, præal. ‡Not. ꝙ conuictio, vel confessio facta in vno iudicio quoad certum finem, facit fidem in alio iudicio, quatenus agitur de habilitate pſonæ. Et est ratio, qui a quatenus b sententia, vel confessio inficit personam, sequitur eam, quocunq; se vertit, sicut infamia infamẽ, & lepra leprosum. 1. qõ. 1. c. cito turpem, & in l. ingenuum. ff. de sta. ho. & vide Fed. consi. 23. & plene per Inno. in c. causam, qui fil sint leg. facit c. testimoniũ, inf. eo. Secus quando alia acta, seu confessio non respicit persona, sed priuatam commoditatem alterius, tunc enim non faciũt fidem quoad alium. l. fi. ff. de interro. act. & in c. inter dilectos. §. nec attestationes. de fid. instru. & l. cum quæritur, cum duabus sequen. ff. de except. rei iudi. Oppo. contra text. & videtur non sufficere, quod alias non fuerint conuicti, vel confessi de crimine saltem in ciuili, vt in cap. testimonium, infra eo. Sol. secundum glo. 1. intellige hoc quando perseuerant in crimine, & distingue in materia, prout ibi plene not. ‡ Oppo. 2. & aliter. videtur enim, quod si perseuerent in crimine, nõ sunt repellendi, ex quo hactenus non fuerũt de crimine nũc obiecto condemnati, c ff. eo. l. 3. §. lege Iul. canonizata. 4. q. 3. c. si testes. §. item leg. Iul. & facit l. athletas. §. calumniator. ff. de his q no. infam. vbi dicitur, ꝙ calũniator notatur infamia, ita demũ si calumniæ causa damnatus fuit, nec sufficit calumniatũ fuisse. Sol. glo. quod secundum leges repellitur criminosus, ita' demum, si fuisset damnatus, vt in contrarijs, secundum canones autem satis est, ꝙ nunc possit conuinci, vt hic, & in c. testimonium, inf. eo. ‡ Ex quo no. ꝙ lex canonizata d contraria canonibus, nõ est in foro canonico obseruanda; & hoc ideo, quia Gratianus incorporãdo illam canonibus, non potuit præiudicare canoni, cum ad hoc non habuisset potestatem a Papa, iux ta not. in c. 2. de rescrip. Et dicunt hic Ala. & Vinc. ꝙ de iure canonico non sufficit omne crimen, sed oportet ad minus, ꝙ sit tale, ꝙ a promotione repellat, & tunc eum eo non fuerit dispensatum. Ego hanc materiam respectu vtriusq; iuris plene profequar in c. testamentum, inf. eo. dic, vt ibi. Extra glo. oppo. de c. parte Adæ, sup. eo. cum ibi no. vbi patet, ꝙ non repelluntur testes prætextu criminis obiecti, quin saltem possint recipi coram iudice seculari accusare, & testificari contra laicum, al. leg. 6. q. 6. 2. c. 1. Credo etiam, quod in crimine seculari, vbi non agretur ad pœnam sanguinis, posset clericus ferre testimoniũ contra laicum in defectum testium, ne malus, vt bonus repute tur arg. opt. in c. quamquam. 14. q. 2. & illud c. testimonium, intelligit gl. in c. 1. 51. dist. quando agitur ad vindictam sanguinis. Nec ob. prædicta, quia laici excluduntur, quando præsumuntur infesti clericis. 2. qõ. 7. c. laicos. & c. clericos. Quæ ratio cessat in clericis, cum præsumantur sanctiores, & patres spirituales ipsorum laicorum. 11. queſt. 3. c. absit. 12. quæst. 1. c. duo sunt genera.

SVMMARIVM.

1 *Clerici contra laicos non admittuntur in testes in causa, in qua venit imponenda pœna sanguinis.*
2 *Laici non admittuntur in testes in causa criminali contra clericos.*
3 *Laicus admittitur in testem contra clericum, vbi crimen clerici non potest probari, nisi per laicum.*
4 *Laicus admittitur in testem contra clericum, quando eius delictum est notorium.*
5 *Laicus testificans contra clericum in crimine, saltem facit indicium.*
6 *Laicus admittitur in testem contra clericum, quando agitur de crimine clerici, & in exceptis criminibus.*
7 *Qui ueniant appellatione suorum.*
8 *Iniuriam propriam, & suorum etiam criminaliter quis licite prosequitur etiam de iure canonico.*

CAP. XV.

DE cętero. [a] Laicus in criminali non testificatur contra clericum, accusat tamen pro sua, vel suorum iniuria. Primo ponit regulam a qua secũdo excipit. ibi: Nisi, & exceptionem determinat ibi, Nec tũc. Casus literalis. Quæritur vtrum laici recipiendi sint in testimonium, vel ad accusationem contra clericos. Respondetur, quod secundum canones, non sunt aliquatenus admittendi, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur, & tunc ad testimonium non sunt admittendi, 1 sed ad accusationem possunt admitti. B. ‡Not. 1. vnam regulam quod vbi agitur de crimine criminaliter, nõ testificatur cõtra cleri-

ADDITIONES.

a Appareat inhabilis. Adde Alex. consi. 70. 1. lib.
b Quia quatenus. De sententia, quod quatenus agitur de habilitate personæ, faciat fidem in alio, late prosequitur do. Alex. an l. sæpe. col. 12. cum plurib. seq. ff. de re. iu. vbi multa circa intellectum. l. ingenuum. ff. de sta. ho. & de æquiparatione, quam facit do. Abb. hic de sententia ad confessionem, vide Bar. in l. 2. in fi. C. de eden. vbi vult, quod in omnib. casib. in quib. sententia facit fidem in alio iudicio, ita & confessio. Seb. Sap.
c Cõdemnati. Tu vide ibi gl. in ver. vinculis, quæ per illum tex. dicit, ꝙ ex criminosus, nondũ cõdemnatus, repellitur a testimonio. Et adde Spec. in tit. de ſte. §. 3. in 8. col. ver. item opponitur quod est criminosus. Et licet adhoc, vt testis, repellatur a testimonio propter crimen, sufficiat, quod sit condemnatus, vel conuictus de crimine, vt dicit tex. in l. 4. §. leg. Iul. ff. de testi. tamen ad hoc, vt accusator repellatur ab accusatione, oportet quod sit condemnatus de crimine, ita dicit glo. fi. & ibi Bar. in l. qui iudicio. ff. de actiõ. & vide gl. in ver. mors. in l. 2. ff. de pub. iud. Adde etiã quod indigniter non recipere tertius, antequam sententia sit lata super indignitate, sed solum licitus, secundum Bal. & Imo. in l. ex facto. §. fi. ff. de vulg. & pu. qui dicunt esse ad hoc glo. fin. in l. his consequenter. §. 1. ver. pertinere. ff. fam. ercti.
Adde tu Alex. consi. 87. 2. lib. Et quid si appellauit condemnatus, an prædicte appellatione potest testificari? vide per eundem consi. 37. 3. lib.
An testes criminosi admittantur ad testificandum, dicas quod nisi exprimatur de crimine, contra episcopum admittuntur, & debet specifice exponi de tali crimine, ut per Bar. & Alex. in l. 3. in §. leg. Iul. ff. de test. & per Bald. in l. 1. in 2. q. C. de testi. & no. in c. 3. de test. li. 6. & est no. gl. in c. ipsi. & Bald. li. 2. q. 7. & habetur per Inn. in c. cum P. de accu. & per Bald. in auth. si contra ductus dicatur. C. de testi. & plene traditur in c. teſtimonium, hoc cod. tit. & intellige, quod repellit etiam si fit emẽdatus, ut per gl. in c. ipſi. quia dicas tũ, quod non omne peccatum mortale repellit a testimonio, vt per Abb. in c. inquisitionis. de acc. & habetur p Io. And. & Arch. in c. præsentium, de test. lib. 6. Et adde, quod sola pendentia processus super crimine, etiam si non sit cõdemnatus, habet eum repellere in alia causa, ut per Bar. in l. Barbarius, in gen. col. fi. de offic. præsid. ubi dicit, quod testis contra quem pendet processus de falsitate, non potest esse testis in alia causa, per glo. in l. C. de reis post. lib. 10. & uide quæ ple. traduntur per Spec. & ibi per Bal. in tit. de teste. in §. item quod est criminosus. Ant. Fran.
d Lex canonizata. Vide late per Fel. in c. 2. colum. 8. ver. leges incertæ, supra de rescrip. ubi ponit, an leges infertæ in decretis, censeantur approbatæ. Sed Sapia.

ADDITIO.

a Adde, quod ista Decre. habet locum etiam in clerico, qui habet solam primam tonsuram, vt contra eum in causa criminali ad accusandum vel testificandum non admittantur laici. Hoc probatur optime per istum tex. dum dicit clericum. iuncto. c. cleros. 21. dist. & hoc aperte tenet Dom. in c. sacerdotes. in q. 7. Et adde hic, quod laicus potest deponere pro clerico in causa criminali. glo. est 10. in c. clerici. & 1. dist. pro qua facit tex. cum glo. 18. quæ. 2. c. si vero. Pet. dicit, ꝙ in illis casibus poterit accusare, quibus sine pœna poterit verberare, q hñr in d. c. si vero. Io. And. in addi.
e Spec. in d. §. 3. dicit, ꝙ oẽs sunt sui, e pro quibus põt postulari, q sunt de tertio ordine nõ postulant, & enumerantur. ff. de post. l. 1. in fi. cum l. seq. Quod putat verũ, exceptis vltimis duobus ibi enumeratis, & enumerantur ibi hæ personæ, patroni, vel patronæ, & eorum liberi, frater, soror, socer, vxor, socrus, gener, nurus

clericum, & vide tex. no. iun. glo. in c. testimonium. 11. qõ. 1. qui ponunt regulam conuersam, quod nec admittuntur clerici cõtra laicum, cum criminaliter agitur. & allegat ibi glo. istum tex. qui tantum facit per casum conuersum, vt sicut laici non testificantur contra clericos, ita per identitatem rationis, nec clerici contra laicos, quod no. & satis bene facit ille tex. Dicit tamẽ Host. quod de crimine ecclesiastico poterit clericus, etiam coram iudice seculari accusare, & testificari contra laicum, al. leg. 6. q. 6. 2. c. 1. Credo etiam, quod in crimine seculari, vbi non agretur ad pœnam sanguinis, posset clericus ferre testimoniũ contra laicum in defectum testium, ne malus, vt bonus repute tur arg. opt. in c. quamquam. 14. q. 2. & illud c. testimonium, intelligit gl. in c. 1. 51. dist. quando agitur ad vindictam sanguinis. Nec ob. prædicta, quia laici excluduntur, quando præsumuntur infesti clericis. 2. qõ. 7. c. laicos. & c. clericos. Quæ ratio cessat in clericis, cum præsumantur sanctiores, & patres spirituales ipsorum laicorum. 11. queſt. 3. c. absit. 12. quæst. 1. c. duo sunt genera.

1 ‡ No. 2. principaliter, quod etiam laico prosequente iniuriam propriam contra clericum, non admittuntur laici ad testificandum, nec aperit iste tex. si sint alij testes, vel non, sed potius indistincte videtur excludere per illud verbum, Aliquatenus, & c.
2 Et quanquam Doc. alicubi non tangant, qđ memincrim: ‡ ego tamen soleo limitare hoc c. quando delictum, de quo clericus accusatur, fuit commissum in loco, in quo est clericorum copia. Quid enim si in villa, vbi esset vnus clericus? Certe impossibile est hoc casu probare delictum, & sic intelligendo hunc tex. indistincte remanebit impunitum, & dabitur clerico materia delinquendi, quare intellige, quod tunc admittantur laici in defectum ad testimonium. Nam ex hac causa admittuntur alias inhabiles, a vt probatur in c. fi. ℨ. tit. proxi. facit c. uenieus, in fi. ℨ. eo. vide bo. tex. iuncta glo. in ver. & si tres, ℨ. de elec. c. cum dilectus. saltem, quando ex numero & qualitate testiũ non sit præsumptio, ꝙ velint dicere falsum, vt in simili dicit tex. in c. in fide fauorem, de hær. lib. 6. Et vbi non potest haberi vera probatio, admittitur pæsumptiua, vt in c. præterea, ℨ. eo. & in c. tertio loco, & c. literis, ℨ. de præsump. cum sim. Multum tamen facit in contrarium l. prospexit. ff. qui, & a quibus. Sufficit enim ita scriptum esse. 6. q. 3. c. scitote. sed respondeo cum materia testiũ reperiatur a iure limitata modo prædicto, debemus & nos in casu nostro sic limitare, argum. l. non possunt. ff. de le. & c. cum dilecta. de confir. vti. vel inut. Et ineptum est regulam non falle re, vbi ratio naturalis suadet, vt est tex. iuncta glo. in Auth. vt si. prohi. ma. debi. & facit l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tut. vbi tex. arguit ex naturali iustitia. ‡ Secundo limito hoc cap. vt non procedat, quando delictum clerici dicitur notoriũ, & tũc etiam laicos admitterem ad testimonium. tex. adduco. no. in c. cum dilectis. de purg. can. ‡ Tertio limito, vt laici nñr nõ admittatur. l. ad plenam, pbõnem faciendam, sed ad indicium facien
3 dũ, c saltẽ vt subijciantur torturæ. ar. in l. capite 5. cũ ibi no. p Bar. ff. de adul. & ibi gl. & in l. quæro. ī fi. ff. de ædi. ædic. & quod no. in c. 1. ℨ. de pba. & sentit Inno. in c. qm̃, sup. eo. ‡ Quartam limitationem sentit hic Host. vt pcedat, quando agitur de crimine criminaliter, vt dixi: secus si ciuiliter, per c. 3. super eo. & hoc
4 dc. pcedere etiam si agatur ad priuationem beneficij: nam & nunc dicitur agi ciuiliter, per c. 3. ℨ. eod. & in c. per tuas. ℨ. de fide. & quia proptie accusatio tendit ad depositionem ab ordine, vt in c. qualiter, & quando. 2. de accu. Et pro hac limitatione est bon. tex. ℨ. eo. c. tam ex literis. Item si agatur per viam inquisitionis, vel denunciationis, argu. in d. c. tam literis, & c. qm̃, sup. eod. & sentit hoc Fed. consi. 23. & facit, quia his casibus nõ agitur ad pœnam naturalem delicti, vt d. c. qualiter & quãdo.
5 Quinquid autem his casibus admittantur laici ad accusandũ, d ad testificandum? vide quod dixi in c. ex parte Adæ. ℨ. eo. Quintam limitationem sentit gl. 2. hic vt admittantur laici in exceptis criminib. sed tu respectu accusationis clericorũ, dic, vt plene no. in c. cum P. de accusa. & 2. q. 1. c. in primis. & 2. q. 7. in fin. respectu uero testimonij, an admittantur laici cõtra clericos in exceptis criminibus, dic, vt ple. le. & no. in cap. per tuas, ff. ℨ. de fimo. vide in cap. in fidei fauorem. de hær. lib. 6. ‡ Vltimo limita hic, quia tex. admittit hic laicos ad accusationem clericorum, cum prosequuntur suam, vel suorum iniuriam, qui comprehendantur hic, appellatione suorum. Sol. vario modo exponitur per Do. in casu nostro non reperitur hoc a iure determinatum, & ad alios effectus multifarie exponitur. Nam secundum Acc. illi dicuntur sui, qui de eo testificari non possunt, vt no. C. ad Tur. l. pen. in fi. & vide per Spec. in tit. de accu. §. 3. in prin. Hostien. dixit illos suos, de quibus habetur. ff. de accu. l. 1. & 2. Goffre. intelligit suos omnes illos, pro quibus agere potest quis actione iniuriarum, quasi iniuria videatur sibi illata, ut ser
6 uus, filij, vxor, inſt. de iniur. §. patitur. ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. ſponsum. Item si quis defendit mortem propinquorum. l. hi tamen. ff. de accu. & sic intelligitur. 3. q. 11. cap. negant. Abb. vero dicit hoc posse intelligi de omnibus constitutis in potestate, vel non, dũmodo sint in j. gradu, alle. de sen. excõ. c. si vero. Pet. dicit, ꝙ in illis casibus poterit accusare, quibus sine pœna poterit verberare, q hñr in d. c. si vero. Io. And. in addi.
e Spec. in d. §. 3. dicit, ꝙ oẽs sunt sui, e pro quibus põt postulari, q sunt de tertio ordine nõ postulant, & enumerantur. ff. de post. l. 1. in fi. cum l. seq. Quod putat verũ, exceptis vltimis duobus ibi enumeratis, & enumerantur ibi hæ personæ, patroni, vel patronæ, & eorum liberi, frater, soror, socer, vxor, socrus, gener, nurus

ADDITIONES.

a Alias inhabiles. Adde, quod imo infames admittũtur, vbi aliter ueritas haberi nõ põt. Exemplũ ponit Sal. in l. ea quidẽ. in 1. col. ver. ad quintam quæst. C. de accu. qñ quis ludebat in postribulo, & fuit deceptus ob taxillos falsos hoc ẽt poterit probari per lenones, & infames pſonas, qđ dictum sequitur Alex. in consi. 64. inci. Viso themate in 1. vol. & Ang. Aret. in tract. malefi. in verbo, meritore di mal dadi. col. 1. Seb. Sap.
b Ibi, cuius uniuerſæ uicinæ populus, & hoc ẽt tenet ibi do. Abb. & idem dicit do. An. in c. cum non ab homine, in 7. col. & ibi ẽt do. Abb. de iu. Item ſcias, quod laici sunt idonei testes ad probandum infamiam contra clericum. h. d. D. Ant. post Io. And. in c. tam literis, in vlt. col. inf. eo. Adde de hoc Spec. in tit. de teste. §. 1. in 30. col. uer. item quod est laicus, cum seq.
c Optime facit quod no. Bar. in l. fi. ff. de in lit. iur. ubi uult, quod quotieſcũque priuilegiata probatio plene ꝓbat in ciuilibus, in criminalib. faciat indiciũ sufficiens ad torturam. sed ciarum est, quod in ciuilib. testimonium laici cõtra clericum plene probaret, ergo &c. In contrarium facit quod testis, qui prohibetur examinari pp̃ eius reuerentiam, contra quem producitur, examinatus nullum facit indicium, vt l. 2. & ibi Bar. ff. de quæſt. & tenet Bart. in l. maritus. eo. ti. & gl. in tit. C. de quæſt. sed una ex rõnibus, quare laicus prohibeat in crimine testificari cõtra clericũ, est propter reuerentiam, vt quia non est paris conuerſationis, uel gradus, ut in d. c. laicos. 2. q. 7. ergo &c.
Adde qualiter intelligatur, quod testes minus idonei admittantur propter defectum probationis Alex. consi. 64.
d Et generaliter an prohibitus accusare sit prohibitus testificari, uel cõtra, vi de plene per gl. 4. q. 3. in summa, quæ est magistra. Nã vĩ dicendum, quod sic per tex. in c. fi. inf. eo. & in c. ipſi Apoſto. & c. testes. 2. q. 7. Sed tu ad hoc uide tex. & gl. in c. licet, cir. fi. de fimo. facilius tamẽ pp̃ crimẽ repellitur testis a testificando, quam accusator ab accusando, vt no. gl. fi. & ibi Bar. in l. qui iudicio, ff. de accu. cuius uerba ſcripſi ſup. c. proxi. Et adde, quod ſicut minor 20. an repellitur a testimonio in causa criminali, ut est tex. 4. q. 3. c. si testes. §. item in testimonium, ita & minor 20. an. repellitur ab accusando, ut dicit gl. in l. libellorum, in uer. pupilli, ff. de accu. & Bar. in l. qui accuſare, eo. tit. Sed nunquid, ſicut laicus, qui prohibetur accuſare clericum, admittitur, ſi proſequatur ſuam iniuriam, vt est tex. hic, ita clericus, qui prohibetur accuſare laicos, vt in c. ſicut ſacerdotes, 2. q. 7. admittatur ſi ſuam, uel ſuorum in iuriam proſequatur? Dic quod non, glo. est ſing. in c. laicos. 2. q. 7. quod est uerum, niſi proteſtetur, quod non intendit ad uindictam ſanguinis, ita dicit Io. An. in nouel. in c. prelatis, ſuper ver. querelam, de ho. in 6.
An clericus poſſit accuſare laicum de crimine ẽt cum proteſtatione, quod non procedatur ad pœnam ſanguinis, uide quæ plene habentur in c. ſentẽtiam ſanguinis, ne cler. vel mo. & in c. repellantur. & ibi per Ioã. de Ana. de acc. & vĩ, quod magna ſit ſuſpicio, quia inter eos vĩ eſſe inimicitia, & vt plurimum ſolent eſſe adinuicem infeſti, vt ſentit text. in uer. infeſtationes, in prælle. c. repellantur. Dic, ut ibi plene tradi ſolet.
c Qui ueniant appellatione ſuorum, in caſu huius decret. Adhoc uide glo. 1. in l. ſi fœmina, quæ eſt l. pen. C. ad Turp. hic alle. p do. Abb. qui, dicit, quod illi intelliguntur, de quibus in d. c. ſi teſtes, ℨ. item, leg. Iul. q. 3. Et idem dicit Bar. in l. 1. C. qui accu. non poſſ. & Pet. de Anch. in repe. c. canonũ, in 6. prin. q. 1. 46. col. illius. q. uer. ſolet dubitari, ſup. de confeſſ. pro quibus ego allego caſum neque ab eis, neq; ab aliquo canoniſta põderatũ, ln c. de crimine, iunct. c. de certis. 15. q. 3. ſed Bald. in l. neganda in fi. C. qui accu. non poſſ. dicit, quod qñ ſit mẽtio de ſuis, intelligit de ſuis cõiunctis uſque ad quartum gradũ. Pro quo facit l. ad petitionem. C. de aduo. diuer. iud. & auth. ſententiam. C. de epiſ. & cle. & glo. in c. requiſiuiſti. de teſta. & gl. in c. 1. 12. q. 3. Sed Flo. in l. lege iu. ff. de teſt. ubi refert Bu. dicere quod appellatione ſuorũ, cõtinentur illi, qui nõ coguntur teſtificari uſque ad quartum gradum, &c. Et qui ueniant appellatione ſuorum, uide tex. in c. fi. de verb. ſign. lib. 6. & Do. poſt gl. in c. ſtudeat, cir. fi. 50. diſt. Item adde hic quod no. Bar. in l. fin. in ver. ſed qui dicuntur extranei, ff. de priua. deli. Quæ aũt dicantur ſuæ eccleſiæ, uide gl. & do. An. in c. pro illorum, & quod ibi no. de præb. Qui aũt ueniãt appellatione proximorũ, uide opt. tex. in c. quãuis, de adulterij. C. de adult. ita ad literã do. Bar. de Bel. hic. Ego addo circa prædicta, unam notabilẽ regulam, quod ubicũque in aliqua l. vel diſpoſitione fit mentio de ſe, vel de ſua perſona, uel ſimilibus uerbis, quod talia uerba cõprehendũt, nedũ pſonam propriam, ſed ẽt alios, quos circa ſe neceſſario habet, puta uxorẽ, & filios, & ſimiles, tex. eſt de hoc no. & forte quem nunquam audiuiſti alias in l. 3. §. ſed qđ diximus. ff. de pe. le. & iſtam reguiam didici a do. Ial. de Mayno Mediol. præceptore meo, dum Papiæ legeret, l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.
Adde q ueniãt appellatione ſuorum, do. de Ro. deciſ. 460. de renun. in nou.
Qui ueniãt appellatione ſuorũ. Dicas, quod in hac materia accuſationis, de qua hic tractatur, ſui dicuntur, parentes, patroni, patronæ, & eorũ liberi, frater, ſoror, ſocer, uxor, ſocrus, gener, nurus, utricus, nouerca, & priuignus, qui oẽs dñr ſui in materia accuſandi, uel ꝓſequẽdi iniuria ſuã, uel ſuorũ. Itẽ amicus intimus, uenit appellatione ſuorũ, ut ſin. dicit Bal. l. 1. in 22. col. C. qui accu. non poſ. de quo uide p Alex. in l. 1. in fi. ff. de pub. iu. & in l. 2. ff. de accu. In alia aũt materia, qui dicãtur ſui, puta in materia ſucceſſionis, & tranſmiſſionis hæreditatis, illa non adita, uel non agnita, dicas, quod ſui dñr, qui ſunt in poteſtate teſtatoris, ſiue eius, de cuius ſucceſſione tractatur, ut Inſti. de hære. qua. & diffe. §. ſui autem hæredes. & §. ſed his ꝑmittit prætor. & in Iunica. C. de his, qui ante aper. tab. Et generaliter q ueniãt appellatione ſuorũ, uide per Bar. in l. cũ ſuæ. ff. de leg. 3. & in l. ſi ita, in §. ea. l. in uit. col. ff. de uerb. obli. ubi ponit quid de eccleſia, & uide per Spec. in ti. de accu. in §. 3. in prin. an & quando deſunt filii appellatione ſuorũ ueniãt fratres, uel agnati, uide Pau. de Caſt. in conſi. 351. & uide tex. in cle. cauſam iunct. gl. in uer. ſuorum, & ibi per do. Card. in 1. q. de cle. ubi dicit, quod ueniunt etiam procuratores & factores ad effectum, ut dicatur locus non eſſe tutus propter metum talium perſonarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nurus, vitricus, nouerca, priuignus, pupillus, furiosus, & fatuus. Mihi placent omnia, præter istas tres personas vltimas, quia isti non possunt dici sui, ex quo sibi non attinent. licet alias illis sit
8 miserendum, & fauendum. † Et no. ex hoc, & ex tex. q licite ēt de iure cano. quis prosequitur etiam criminaliter iniuriam ꝓpriam, & suorum. facit c. & qui emendar. 45. dist. & vide quod no. in c. si is qui prælatus. 23. quæst. 4. & per Doct. in c. olim, de iureiur. & in c. grauis, de rest. spol.

SVMMARIVM.

1 *An illud capitulum debeat intelligi, quod vltra tertiam productionem non possint quarto producitestes, nisi cum solemnitate, an vero post tertiam dilationem?*
2 *In concessione secundæ & tertiæ & quartæ dilationis, seruatur solemnitas capituli, ultra tertiam, & debet probare se fuisse impeditum in alia dilatione.*
3 *Testes producti in quarta productione, concessa sine solemnitate, probant, si non fuit contradictum, uel appellatum.*
4 *Testium receptio facta post conclusionem, nulet. si pars non opponit.*

CAP. XV.

a EN causis. a Legitur principaliter duobus modis secundum lectu. communem, & verbis congruentem. h. d. In causis ecclesiasticis & ciuilibus possunt fieri tres productiones testiū, quarta autem non admittitur absque solemnitate legali. hoc primo. Super dictis testium pōt post ipsorum publicationem publice disputari, hoc secundo. & duo sunt dicta, secundum ibi Et super. Nor. 1. ꝙ causarum quædā sunt ecclesiasticæ, quædam ciuiles. Ecclesiasticæ possunt dici dupliciter, vel quia spectant ad ecclesiasticum forum, vel secundo dicuntur ecclesiasticæ spirituales & criminales. Ciuiles autem dicuntur illę, quæ aguntur in foro seculari. Item quæ aguntur de rebus temporalibus. & vide bon. glo. & plenam. ii q. 1. in summa. No. 2. ꝙ regulariter causæ ecclesiasticæ regulantur in iudicio ad instar ciuilium, facit per locum a speciali, clem. dispendiosam, de iu. & c.
b 1. de iura. calum. lib. 6. No. 3. ibi: In legibus, &c. quod causę tā ecclesiasticę regulantur in iudicio secundum leges ciuiles, ex quo non contradicunt canonibus, &c tam in ordinādo, quam in decidendo, attenditur ius ciuile, iuri canonico non contrarium. Et pro hoc dicto est tex. in c. 1. & 2. de no. ope. nunc. adeo, q vbi ius ciuile expresse non disponit, potest tamen adduci per simile, vt notanter probatur in c. authoritate Martini, de ꝓcess. præben. li. 6. & loquitur de illa solemnitate legali, quæ habetur in c. vltra tertiam, j. co. & originaliter in auth. eod. tit. §. quia vero. Vlt. no. quod licet testes recipiantur in secreto, in c. venerabili. j. co. de dictis tamen eorum postea potest publice disputari, vt hic. Simile in electionis scrutinio, quod fit in secreto, postmodum tamen publicatur, & super eo publice disputatur, vt in c. quia propter, cum ibi no. 3. de elec. & hæc potuit esse ratio dubitandi. Nam videbatur, quod deberet secrete disputari de dictis, sicut recipiuntur in secreto. Sed alia ratio imminet in receptione, quia primo casu dubitatur de falsitate, 3. eod. c. 2. secun-
1 do vero non. † Oppo. & videtur, q plures productiones possint fieri in causa: cum dilatio data ad productionem testium, cedat commodo debentis producere. Nam dilatione pendente, iudicis officium quiescit, j. de app. c. significante. & l. siue pars, C. de dilatio. Glo. metu contrarij, vt arbitror, exponit tex. ibi. Productionem, i. dilationem. Et sic intelligendo de quarta dilatione, vnde intra primam, secundam, & tertiam dilationem, potest quis toties testes producere, quoties voluerit, sed quartam dilationem nō habebit, nisi cum omni solemnitate, de qua j. eo. c. vltra tertiam. Et hoc verum secundum glo. nisi obstet renun-
c ciatio e productionis testium, vel si multitudo testium est producta, tunc enim nedum quartam non habebit, sed nec etiam tertiam, nec secundam, j. eo. c. significauerunt, & c. cum venissent, cum si. Deinde ponit gl. secundum intellectum, vt intelligatur in productione, secundum ꝙ verbum sonat, videlicet vt in cā non possint fieri vltra tres productiones testium, nisi cum solemnitate legali: dicit tamen primum seruari de facto. & illud dicit Ioan. And. tenendum. Host. plus placet iste secundus intellectus, vt tres productiones fiant in vna dilatione, ar. ff. de verb. sig. l. ter enixa. vnde ibi litera non dicit dilationem, sed ꝓ-
d ductionem, q quæ sunt diuersa. Tres ergo fiēt productiones intra vnam dilationem, quarta fiet cū solēnitate. Et dr prima, cū quis colligit testes, quos pt habere, & præsentat iudici eos, cum vero colligit alios, & eos præsentat, dicitur secunda, & sic de tertia. Solent etiam a principio testes producendi nominari, secundum eum, quia forsan ei non est possibile sic simpliciter præsentare, sed productiones postmodum debent fieri de nominatis. & videtur sentire Host. ꝙ intra quamliber dilationem, potuerunt fieri tres productiones testium. do. Ant. aperte, non eligit, sed videtur sentire cum primo intellectu gl. ille tamen intellectus, si bene iura ponderantur, non videtur procedere. Primo, quia non in omni casu procederet. Finge enim, quod pars fuit impedita intra primam, secundam, & tertiam dilationem, ita quod nullos testes produxit, dicemus ne, quod non habet quar-
tam dilationem, nisi cum solemnitate legali? Certe falsum est, quia frustra tunc iuraretur, quod nō didicerit testificata &c. patet ex forma c. vltra tertiam. prælleg. Tamen ista vltima litera simpliciter denegat quartam sine solemnitate legali, ergo non debet intelligi in dilatione. Item intelligendo tex. in dilatione, sequeretur quod tres dilationes simpliciter, & sine difficultate possent dari, tam in causis ecclesiasticis, quā in ciuilibus, quod etiam est falsum, vt patet ex l. oratione. & l. fi. ff. de fer. & ex notatis in c. 2. de dila. vbi vide per glo. & ideo credo tex. intelligē-
dum, prout iacet, & nedum intra vnam dilationem, sicut sentit Hostien. sed etiam in tota causa, non possunt fieri vltra tres productiones testiū, nisi cū illa solēnitate legali. Et ita proprie loquitur iste tex. nullā faciēs mētionē de dilatione: habens ergo vnā
dilationē, vel plures ex cā, nunquā admitteretur ad quartā, quæ
ctionē, nisi cū illa solemnitate legali. Et est ratio, ga ex iterata to-
ties, productione est prēsumptio, q fuerit per cuncta tus dicta testium, & ga forte illi non probabant, est inductus ad productionē aliorum, illos prius subornando, iō exigitur iuramētum huius psumptionis purgatiuum. Et ex hac ratione infertur, qđ si fecit plures, productiones testiū, si adhuc non fuerūt examinati, non hēbit locū dispō huius c. quia cessat rō subornationis, & dictorū pcuctationis. Idē si fuerunt examinati, sed fecit istas, productiones in actu ptinuo, ita qđ non potuit scire dicta illorū an te, productionem, quā nūc vult facere. arg. in l. ptinuus actus ff. de verb. obl. intelligatur ergo tex. de trib. productionib. cum effectu factis. & ita pprie loqtur tex. in auth. eo. §. quia vero. vnde sumpta fuit hæc decr. & qñ interuallo facto post tres productiones, & receptionē, productorū, vult facere quartā. Quid aūt si noīauit multos testes; nō tñ, produxit oēs sit, sed fecit tres, productiones, nūc vult facere quartam? Die, qđ non admittetur sine vlla solēnitate, ga eadē est rō, licet in veritate non oīno, & hoc iō, ga potuit malitiose plures noīare, & figmētis dandus non est locus, de cuius c. quāto. Et ꝓ prædicto intellectu facit auth. at qui semel, licet non mouetur ꝓdictis rōnib. Ex his hēs clare intellectū huius c. & eius rōnem. Et infero, qđ si habuit tres dilationes, & impeditus, nō potuit facere nisi vnā, vel duas, productiones testiū, & in nūc, phādo ipedimētū, petit quartā dilationē, qđ illa dabit absque illa solēnitate legali, ex quo non fecit tres productiones testiū. Nā, vt dixi, iure cauet de ista solēnitate adhibēda solum in
2 quarta, productione, & non dilatione, & rōnem ꝓdixi. † Sed ꝓp. nūqđ dabit ista quarta, productio, seruata dū taxat solēnitate illius c. vltra tertiā? Inn. dr, qđ nō, sed oportet, qđ ꝓbet se impeditum
c fuisse, & idē dr i ꝓfessione sdæ, & tertiæ, ga licet prima det ingrādi cognitione cāæ, tū secus in secda, & tertia. Aduerte hoc dictū Inn. ꝓcedere capiēdo, productionē ꝓ dilatione, sed capiendo verbū sonat, cessat hęc suppletio Inno. Ex quo. n. est adhuc intra dilationē sibi ꝓcessā, pt facere quartā, iurādo solūmodo, put ibi dr, & ex hoc apparet, q iste secds intellectus probabilior est, cū iura canonica, & ciuilia, nō reqrant in hac quarta productiōe, nisi illā solēnitatē, vt patet hic, & in c. significauerūt, & c. vltra tertiā, j. eo. & auth. at qui semel. prælle. & tamen in ꝓcessione

ADDITIONES.

a Materiam huius decret. vide examinatam per Legistas in auth. qui semel. in 3. col. C. de prob. & si est commissa alicui examinatio testium nominatoꝝ, & ipse semel examinauit nominatos, nō poterit iterum eos examinare. Ita dicit do. Ant. in c. licet vndique. in fi. de off. delega. & ita dicit determinat per gl. & Do. in c. in causis, de off. deleg. Item de intellectu huius c. & vltra in tertiam vide multum latissime per Host. in summa. de dila. §. & quibus cirea prin. ver. vī tñ q in ciuilib. & sequentib. Item vide, quod late tetigit Lap. all. 82. fm quotam meam, vbi ponit latissime, an dispositio huius decr. habeat locum in causa matrimoniali.

b Quod causæ. Vide Alber. de Ros. in 1. par. statutorum. q. 9. & Gem. in c. 1. 10. de testib. Pet. de Anch. in c. 1. 6. char. versi. his itaque præmissis, supra de constit. Seb. Sap.

c Vtrum sola renunciatio in cā impediat quartam productionem cum solemnitate, do. Ant. hic concludit q sic, licet Innoc. contra. Sed vide Specia. in de teste. §. qualiter, in 3. colu. ver. quarta autem productio. Et de hoc vide Bar. in auth. qui semel. in 4. col. ver. circa secundum. C. de proba. vbi distinguit, an ante renunciationem, vel conclusionem potuit testes producere, & tunc non admittatur: aut non potuit, vel ignorabat se posse produ. et tunc admittetur ad producendum cum hac solemnitate.

d Quomodo sumatur hoc verbum, productio, vide plene per do. Anto. in extra tertiam. inf. hoc tit. in 4. col. ver. venio ad secundum, qui concludit cum gl. & Bar. in auth. at qui semel. C. de prob. & intelligitur, pro vt verbum sonat, quod tamē intellige, vt ibi. Et vide gl. 1. in c. induciæ. §. spacium, ro vero judicantes, & ver. qui semel. 3. q. 3. vide Io. And. in fua fum. de teft. in ver. tra quot dilationes sunt testes producendi. & de hoc vide multum late Archid. in d. §. spacium, in 2. col. vbi videtur tenere, q in casu huius decr. tantum debeat dari vna dilatio, sub qua multæ fiant productiones, sequendo Phal. Gof. & Host. in hoc c. Sed poltea refert, q Tho. in suo libello in tit. de dila. tenet q dabuntur plures dilationes. & de hoc vide per Bal. in 1. in 1. co. C. de dila. vbi dicit, qđ secundum canones intelliguntur tot dilationes, sed secundum leges intelliguntur multæ productiones sub vna dilatione. & vide gl. mag. uerfus fi. in 1. in pecuniarijs. ff. de ferijs.

e Fuisse. Vide Lap. alle. 82. incip. in cā matrimoniali, vbi dicit, q quando testes non sunt examinati, nō impedit quarta productio. vide de hac materia Georgium Natā. in rep. cle. sæpe, de uerb. sign. Seb. Sap.

sione secundæ dilationis requirant aliam causæ cognitionem, vt in d. l. oratione, & l. fina & no. in d. c. 2. de dila. ergo debent intelligi hæc iura de quarta productione, & non de dilatione, cum super dilationibus sit specifice prouisum, argumen. in l. 1. & si capitur productio pro dilatione. † Quæro, qđ si detur quarta productio sine solemnitate, nunquid valent attestationes? In
nocen. refert opin. Quidam dicunt quod non, argumen. c. 2. supra eod. in fi. Secundi dicunt contra, nisi fuerit appellatum, inf. eodē, significauerunt. Tertij dicunt, quod licet contradicatur, & appelletur, iudex tamen sine solemnitate ista, vel cum causa, potest concedere quartam, & quintam, nisi sit conclusum & renunciatum testibus, & dicta ipsorum alteri parti sint edita. Sic aliter seruari debet hæc solemnitas, per d. §. quia vero, vnde extrahimpta hæc decre. Dicit tamen Innocen. quod licet hoc videatur verum, tamen securius est iudici nunquam dare quartam sine solemnitate, & dicunt isti vltimi, quod concurrentibus prædictis. s. conclusione, renunciatione, & editione, attestationum, non dabitur etiam secunda sine hac solemnitate: nam eadem est ratio, ergo &c. de const. c. translato. Dicit tamen Innocen. quod prædictus §. quia vero, non videtur facere vim in conclusione, vel renunciatione, sed solum in editione facta alicui parti, vt tunc si seruanda illa solēnitas. Aduerte, quia Innocen. & alij, quos refert, solum considerauerunt illum §. quia vero, ad corticem, & non aduerterunt ad iura canonica, quæ magis specifice prouident super hac materia, & declarant intrinsecam materiam illius §. quia vero. Vnde considerandum est, quod in iure, maxime nostro, habemus aliquos terminos in duo exclusiuos productionis testium, vt est conclusio in causa: nam post conclusionem in causa, etiam instrumenta produci non possunt, fortius nec testes, vt probatur in c. cum dilectus. 2. de fid. instrumentor. nihil enim amplius potest produci, quod consistat in iure, vel facto, vt ibi no. & in c. pastoralis, de causa poss. & propr. Ex quo infero, quod etiam si pars vnam, vel nullam testium productionem feciſſet, ex quo tamen permisit in causa concludi, non est amplius locus productioni testium, etiam cum solemnitate legali, & sic male dixerunt prædicti do. quos refert Innocen. vt supra dixi, Idem dico de publicatione attestationum facta de consensu partium, vel renunciatione, vt amplius non sit locus productioni testium super eisdem, si pars, vt no. plene in c. fraternitatis, inf. eod. & c. cum venisset. Quandoque vero isti termini non interuenerunt in causa, sed data fuit dilatio pro testibus producendis, & tunc si tenes primam lect. dic, quod non debet dari quarta dilatio sine illa solemnitate legali, quia est præsumptio, ex quo habuit tot dilationes, & intra eas aliquos produxit testes, quod fuerunt eorum dicta percuncta, vt colligitur ex c. vltra tertiam. infra eod. & idem dic, si tenes secundam lect. vt hæc præsumptio oriatur ex
3 sæpe iterata productione testium, interuallo postmodum interueniente, ante petitionem quartæ productionis, vt sic non admittatur quarta productio sine illa solemnitate legali: nec curā dum est, an editio actorum fuerit facta alteri parti, vel non. de hoc enim non curat ille tex. nec super hoc se fundat c. significauerunt. & c. vltra tertiam. inf. eo. sed solum ex sæpe iterata productione. Et ad §. quia vero, dic, vt ibi factum narratur, sic casu accideret, vbi vltra tres productiones factas per alteram partem, altera pars habuerat copiam dictorum testium, sed idē est, si copiam altera pars non habuisset, dummodo petens tres productiones prius fecisset, vt patet ex ratione illius §. qui hoc ponderat, in prin. & ex isto c. & c. significauerunt, & capitu. vltra tertiam. inf. eod. titu. Nunc veniendo ad quæstionem principalem supra positam, an valeant attestationes receptæ in quarta productione data sine solēnitate legali. Breuiter concludo, quod si non fuit contradictum, & appellatum, valent. videtur enim receſſum ab illo termino excluſiuo, sicut in simili, & forsan casu dicimus, quod valet testium receptio facta post conclusionem, si non fuerit contradictum, vt no. domi. de Ro. decidit am in dicto c. cum dilectus. Item de communi consensu partium possunt acta incidi, & de nouo omnia ꝓduci, vt l. acta. ff. de reind. Facit c. cum causam, inf. eo. & quod no. inf. eo. c. præterea. Et hæc sunt etiam de mente do. Anto. hic: si autem fuit contradictum, & appellatum, non tenebunt attestationes, quia deest legitima causa appellandi, si denegatur quarta productio cum solemnitate d. c. significauerunt, ita & fortius videtur legitima causa appellandi, si concedatur sine solemnitate, cum hoc dicat, &c.

ADDITIO.

a Attestationes. Vide hic do. An. in ver. 3. quod valeat productio testium facta publicatis attestationib. si pars non opponit. Et idem dicit do. Ant. inf. eo. c. vltra tertiam, in 5. col. ver. si autem, vbi limitat hoc dictum. & ad idē est glo. in ver. producere, in cle. j. de test. & vide do. Ant. inf. e. c. fraternitatis. in 24. col. verſ. fallit quarto. An autem valeat productio testium facta post terminum assignatum, parte non opponente, vide per Bart. in l. ante sententiam, circa fi. ff. de app. & per Bal. in l. 2. C. de epiſcaud. vide ad hoc Imo. in c. fraternitatis, inf. e. ti. qui idem dicit q do. An. hic, & est ratio, quia taciturnitas in iudicialibus, pro consensu hꝫ, vt est tex. in l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. & in c. 2. de acc. in 6. Sed tu contra istam opi. instare potes virgentib. rationibus, prout tradit hic do. Fran. de Are. in suis recol. sed tandē post longissimam disputationem, tenet opin. communem pro qua adducit rex. in clemen. constitutus. in fi. de ele. iuncto c. vt cir. eo. tit. in 6. Adde Alexan. consi. 72. 3. lib.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non debet excommunicari, sed omnes de uniuersitate bene possunt.*
2 *Testes deponentes contraria circa actum iterabilem & per multiplicationē actus, si possint reduci ad concordiam sunt reducendi, nisi per confessionē partis, uel testium apparet de unitate actus.*
3 *Concordia circa testes est facienda, etiam ubi pars produxit plures & meliores testes.*
4 *Testes producti ab una parte, & instrumenta, uel priuilegia, & unus testis tantum, semper reducendus est ad concordiam.*
5 *Testes, an reducendi sint ad concordiam, ut probent, an ut euitent pœnam periurij.*
6 *Iudicandum est pro reo in dubijs.*

CAP. XVI.

a Cum tu. a Si fieri potest, ꝓcordanda sunt dicta testium, quæ videntur ꝓtraria. Vel summa specialib. sic
Si

ADDITIO.

a Cum tu. Pro intellectu huius decr. vide omnino, quæ notauit dom. Bar. de Bel post do. Ant. in c. in nostra, in 3. colum. inf. eo. vbi ponit an testes reducantur ad concordiam, quando sunt in numero impari. Item vide sing. cautelā ad saluandos testes à periurio, quam tradit glo. fi. in c. Artaldus, in versi. me sciente. 8. q. 3. & vide quod ibi notant. & quod no. do. Anto. in c. cum ecclesia. §. nos igitur, in 5. col. de causa pos. & proprie. & vide in materia huius decre. notabilia verba, quæ scribit Imo. post do. Ant. in cle. 1. super gl. in ver. simul. de app. & vide gl. fi. quæ est in verbo pariter. & quod no. do. Ant. in c. bonæ, il 1. de ele. Item vide tex. & gl. in c. nihil obstat, de verb. sign. & gl. in verbo veritas. in c. dudum, de cōuer. coniu. & tex. in c. quotidie, de consec. dist. 2. Adde hic in materia quod no. Bal. in 1. item videndū, ff. de peti. hære. Ang. in 1. antiqui. ff. si pars hæredi. peta. gl. in 1. ān operis, ff. locā. Bar. in l. si plures, ff. de inoff. Cy. in l. testium, in 5. col. de testi. ubi etiam Bal. dicit, quod si unus testis dicat aliquem fuisse præsentem, & alter neget, reducuntur ad concordiam, ut unus intelligatur de præsentia corporali, & alius de præsentia intellectuali, & ibi etiam vide Bal. in 3. col. uer. modo hic insurgit dubium. Et idem dicunt Bal. Ang. Imo. in l. hæredes palam, in princi. ff. de testi. Imo. in c. cum oportet, de accu. Item scias, q si testes deponunt, & unus per uerbum adfuit cum d. & alius abfuit cum b. gratia contrarietatis euitandæ, fiat concordia, ut ille qui deposuit per uerbum Adfuit, intelligatur depoſuisse per b. fabfuit, ita dicit Bar. in l. quoties. C. de digni. li. 12. Item scias, q si unus testis dicat homicidium fuisse tali die commiſſum, alius alio die, inducuntur ad concordiam, ut unus intelligatur de die, in quo fuit manualiter commiſſum, alius de die, quo fuit habitus tractatus homicidij. tex. est fing. in c. periculose, de pœni. dist. j. & ibi gl. quem tex. etiam alleg. gl. hic. Item si unus dicat, quod Titius erat frater Sempronij, alius dicit, q erat filius fratris, propter euitandam falsitatem, reducentur ad concordiam, quia propter euitā dam falsitatem filius fratris poterit dici frater, secundum Bar. in l. Lucius, §. quæsitum, de leg. 3. Et pro hoc dicto facit quod late sumendo, filia fratris mei, dicitur soror mea. tex. est in c. quæritur. 22. q. j. Item si instrumentum dicit, q fuit actum die 11. Ianuarij. & testes probant quod eadem die partes aberant, an saluetur, ut dicatur actum fuisse die 11. Ianuarij. f. exeūte Ianuario, non intrante, vide pulchre p Bal. tactum in extrauag. de pac. Constan. super uer. die Lunæ exeunte Ianua. & vide eundem in eadem extrauag. super uerſi. opizoni in fi. ubi omnino vide. Et adde, q si testes deponunt filiū institutum in maiori, filiam in minori, & alii tres dicant eos æqualiter instituros, reducuntur ad concordiam, ut illud uerbum æqualiter, intelligatur de tempore, quo fuerunt instituti, & sic referatur ad tempus, non ad quantitatem portionis, ita dicit Bar. in l. finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. & vide omnino in hac materia concordiæ testium. Bal. in 1. constitu. C. §. quibus, & But. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & vide Bar. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de uerb. oblig. Facit ad hanc materiam tex. cum glo. in uerb. iuri communi. in c. cum dilectus. de consuetu. Item adde quod no. do. An. in c. translato, in fi. 2. col. uer. no. pro concordia, de constitu. & in c. 3. col. uer. no. ut salues testes, & qualiter concordentur testes, quorum unus dicit, quod fuit infra annum, alius intra annum, uide do. An. in c. plerunque, in pe. col. uer. no. pro concordia, de referip. Et de ista geminatione actus propter concordiam testium, uide quod no. do. An. in c. eam te, in 3. col. in uerſi. expediam, de reſcri. Item adde hic Bar. in l. si statuta, ff. de iniu. ubi dicit, q si unus ex testibus productis dicit, quod fuit factū in ostio, alius dicit, quod fuit factū iuxta ostium, reducuntur ad concordiam exponendo uerbum, in, ꝓ uerbo, iuxta, & ille qui dicit factū in ostio, intelligatur, idest iuxta ostium. Item adde hic quod no. Imo. in l. diuortio, in princ. ff. sol. matrimonium loquitur de testibus deponentibus factum fuisse tempore guerræ. Ité si testis deponit, quod Sempronius poſſedit agrum Titii tali tempore, non propterea uriatur eius dictum, licet alii testes dicāt, quod illo tēpore ager non erat Titii, quia saluatur dictum illius testis, dum dicit agrum Titii, f. qui modo est Titii, licet tunc temporis non esset. Ita determinat do. Anto. in c. omnes. in ult. col. 1. dist. Item adde in hac materia concordiæ testium, quod no. Bar. in l. 1. in prin. j. col. ver. & pro hoc poteſt sustineri, ff. de oper. no. nūc & Do. 20. dist. in sum. in fi. & ipse idem Do. in c. quamuis ultra medium. 2. dist. & quod no. idem in c. lator, in fi. 23. dist. Item vide qđ no. do. An. in c. dilecti, in prin. ult. col. de excep. & in c. cum Viuonien si, in prin. pen. col. de elec. ubi ponit de concordia testium, quando unus dicit, quod fuit primus, alter dicit, quod fuit tertius. Item adde, quod testes probant, licet in modico inuicem discordent, ita determinat do. An. in c. 2. circa fi. de reg. Item ad dē, quod si unus testis dicit, quod percussit cum petra, alter dicit, quod cū saxo, illi testes sunt concordes, ut no. Do. in c. si quis uiduam. 30. dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quis probat actum gestum post appellationem, & aduersarius probat, q̃ ante, præfertur prima probatio, & actus iudicatur non tenere, nisi secundus probet, q̃ ante omnem appellationem Primo decisè narrat factum. Secũdo diffinit ibi: Cum constet. Casus litera. Quidam præpositi, & canonici sui ex vna parte, & Archiepiscopus ipsorum ex altera, super quadam sententia excommunicationis causam habebant adinuicem: ex vtraque parte testes producti fuerunt, tandem causa delata est ad dom. papam, vnde ipse, testibus examinatis, dicit, q̃ testes cappituli iurati dixerunt, quòd sententia excommunicationis lata fuit post appellationem. Et testes Archiepiscopi simpliciter iurati dixerunt, q̃ sententia excommunicationis lata fuit ante appellationem. Papa vero dicta testium volens interpretari benigne, ne periurij notentur reatu, decreuit sententiam illam non tenere, quia vtrunque esse potuit, scilicet quod & ante sententiam ex citit appellatum, & super illa deponant testes Capituli. Et post eandem sententiam iterum fuit appellatum, & super illa deponunt testes Archiepiscopi, & sic diuersum tempus impedit cõ-
1 tradictionem testium. B. †No. q̃ licet vniuersitas non debeat excommunicari. c. Romana § in vniuersitatem, de sentẽ. excom. lib. 6. in singulos tamen de vniuersitate ferri potest, licet nemo excipiatur, vt puta. Excommunicamus omnes canonicos talis ecclesiæ. Ratio diuersitatis colligitur ex c. si sententia, de sentẽ. excom. lib. 6. intellige tñ q̃ omnes, & singuli sint capaces. hoc
2 dico propter no. in d. §. in vniuersitatem. † No. 2. vnam bonã & notabilem regulam, q̃ vbi testes actoris & rei videntur deponere contraria circa actum iterabilem, & per præsumptionem multiplicatis actibus, possunt reduci ad concordiam, reduci debent, & tunc præsumitur actus multiplicatus. & sic intelligendi sunt testes deponere super diuersis actibus, vt hic. quod intelli ge, nisi constaret de actus vnitate per confessionem partium, vel ex dictis ipsorum testium. Primum probatur in c. cum Ioãnes, de fide instr. vbi est bo. tex. Secundum probatur ex dictis illorum testium, qui deposuerunt contra Susannam. Nam ex eo, q̃ deponebant a de eadem hora, colligebatur vnitas actus, ideo a diuersitas in loco commissi adulterij inducit contra eos præsumptionem falsitatis, nec facta fuit præsumptio multiplicatis actibus. De hoc vide glo. no. 11. quæstio. 11. c. nihilominus. Et ex illa glo. colligitur, quòd similis concordia sit fienda, alioquin obstante, in testibus eiusdem partis, quod aperte sentit Io. An. in addit. Spec. eod. tit. §. iam de interrogatorijs. ver. quid si vnus testis. quod no. Item no. q̃ si testes vtriusque partis reducuntur ad concordiam, intelligendo q̃ deponant super diuersis actib. non solum euitant periurium, sed etiam probant illos diuersos actus, super quibus præsumptiue deponunt, ex quo super quolibet actu datur plena probatio, vt hic aperte probatur, dum denunciatur excommunicationem nõ tenuisse propter appellationem præcedentem. Ex quo infertur, quod si per duos testes probem, q̃ commisisti adulteriũ in tali loco, per alios duos probem, quòd commisisti in alio loco, probatum est adulteriumbis fuisse commissum, quod aperte sentit Ioann. Andr. in loco præallega. in Specul. Not. quod in dubijs semper fienda est benigna interpretatio. & illa dicitur benignior, per quam quis euitat pœnam, seu delictum. Hoc intellige, nisi immineat periculum animæ; quia tunc illa est benignior, quæ est tutior animæ, vide bonam glos. & not. in capit. vno, de scru. facit capitu. iuuenis, de sponsa. & de hoc aliquid. infra. Venio ad gl. quæ primo colligit argumen. pro testibus concordandis, saltem quoad sensum, si non possunt concordari quoad literam, vt hic optime probatur. Non enim reducuntur ad concordiam respectu diuersorum, & vide in hoc bonam glo. in c. dudum. de conuer. coniuga. super ver. substantia, & ff. de verb.
3 oblig. l. stipulatio ista. §. hi quoque. † Sed contra hoc opp. videtur. n. q̃ data contrarietate testium non debet præsumi actus ge
b minatus, cum facta non præsumantur. b de off. deleg. c. cum in iure. cum sit potius standum melioribus, seu plurib. testibus, vt in c. in nostra, ẽo. Sol. glos. 1. in c. 1. cum contingat, ẽ. de offic. deleg. & mirabiliter limitat, & restringit istum tex. quando pro
c bationes sunt omnino pares. c Si autẽ alia pars haberet plures, vel meliores testes, tunc procederent contraria. Idem ibi sentit Innocen. licet nõ multum firmet. Sed Bar. sequitur in l. 2. §. creditum, ff. si certum peta. & dom. Card. hic. Sed glo. in dicto cap. in nostra, sentit contrarium, vt indistincte fiat concordia, si fieri potest, sed in defectum recurrendum est ad qualitatem testium, idem tenet glo. no. 4. q. 3. c. si testes, & sequitur dom. Anto. hic. Et hoc plus mihi placet, tum quia litera ista loquitur indistincte, tum quia ratio literæ, ne testes periurij reatu notẽtur, semper militat, siue testes alterius partis fiat plures, siue meliores. Non obst. si dicatur, quod actus pluralitas non præsumitur, vt in contrario. Fateor enim, quod non præsumitur, vt in contrario. Fateor enim, quod non præsumitur simpliciter, alio nõ apparente, sed hic oritur præsumptio ex probationibus factis. Et pro hoc text. ibi. Quia vtrunque esse potuit, &c. & ad hoc
d ego d allego tex. no. in c. cum Ioannes, de fide instrumen. Ibi enim probationes erant inæquales, & nihilominus facta fuisset concordia per geminationem actus, nisi per cõfessionem partis constitisset de ipsius vnitate, vt ibi patet expresse. Ex his habes modum reducendi testes ad concordiam. Sunt & alij modes non ita difficiles, puta intelligendo vnum testem proprie, di non alium impropric, vt quia vnus deponit de possessione alius de detentione, intelr enim q̃d ille deponat super possessione impropriæ dicta, i. super detentione, vt no. in d. §. hi quoque. & facit optime c. cum dilectus, de consuetu. Quandoque fit concordia, eximendo partem a toto. Exemplum in l. 1. §. sed & quod. ff. de his, qui deie. vel effu. Quandoque per repetitionem. Exemplum. Titius depositi Sempronium esse debitorem Martini in centũ, interrogatus quo scit, rñdet, q̃ tali die promisit quinquaginta, & tali die centũ. intelr enim, ne sit sibi contrarius, quod promisit sibi centum repetitis illis quinquaginta, & sic de istis. & vide Bart in l. 2. §. creditum, ff. si cert. peta. & aliquid in l. La-
4 beo. ff. de suppel. leg. † Sed nunc quæro vtrum hæc concordia, maxime per geminationem actus, sit fienda circa testes vnius partis tantum, si adinuicem discordant? Dic, quod sic, vt aperte sentit glo. in d. c. in nostra, & 4. q. 3. c. si testes, & apertius in d. c. nihilominus. 3. quæstio. 11. quæ notabiliter dicit, quod illi duo testes, qui deposuerunt contra Susannam, & discrepauerunt in loco, fuissent reducti ad concordiam, præsumendo geminationem actus, nisi deposuissent de eadem hora, ita quod non potuisset fieri in diuersis locis. Idem vult aperte Ioann. And. in additio. præalleg. vbi dicit, quòd si volens probare matrimonium contractum, induxi duos testes, & vnus dixit, quod fuit contractum in vno loco, alius dicit, quod in alio, est præsumptio, q̃d deponant de diuerso contractu, ne periurij reatu notentur. Facit quod supra dixi, vt intelligatur dictum vnius proprie, & dictum alterius improprie. & notatur in d. §. hi quoque. Item scn per subest ratio huius literæ. Et idem credo in priuilegijs, & instrumentis ab eadem parte productis, licet Ioann. Andr. aliud
c hic dicat per l. scripturæ, C. de fide instrumen. Sed certe præmum est verius, ex quo possunt ad concordiam reduci, vt est tex. apertus in c. inter dilectos, de fide instrumen. & tenet dom. Ant hic, & ad l. scripturæ. & ad c. imputari, Inst. de fide instrum. dicit, quòd loquuntur in aperta repugnantia. Facit c. nihil obst.
f infra de verborum signif. Idem dic f de dicto vnius testis, vt reducatur ad concordiam, si fieri, potest per rationem huius literæ.

ADDITIONES.

a Deponebant. Aduerte, quod Are. in consi. 71. incip. diligenter, in pen. colu. dicit, quod Docto. hic volant, quod quando vnus testis a literi contradicit, non stat vnus enernat dictum alterius, sed etiam vterque punitur de falso, & istam opin. dicit esse communem, tamen dubitat, ut ibi per eum. In contrarium tamen vide Bal. & Alex. in l. duobus, §. fi. ff. de iureiur. & Alex. in consi. 180. in vlt. col. in 2. vol.

b Non præsumantur. Quod non præsumatur pluralitas actuum, vide do. Salin l. 1. col. 3. C. de bon. poss. secun. tabul. Seb. Sap.

c Omnino pares. Vtrum a diuersa parte producti reducantur ad cõcordiam, si inter eos est dispar numerus. Adde, quòd opi. glo. in d. c. cum contingat, sequitur Innoc. ibi & Car. ibi, & Bal. in 1. consili. C. §. quibus. & Bartol. in insulam. §. fructus, ff. solu. matri. & eam reprobat hic sequẽdo do. Anto. sed Imo. in l. inter stipulantem. §. 1. de verbo. obliga. dicit, quòd in practica seruatur opin. Inno. in d. c. cum contingat. sed de iure contraria est ueritas. Et idem dicit ipsemet hic subiungens vnum verbum, quod mihi plus placet, quam omne, quod ab aliis dicitur. Dicit. n. quòd etiam, quando est disparitas in testibus fiet concordia non solum quo ad euitandum periculum falsi, sed ad probationem faciendam, pro parte tamen, quæ producit paciores, non fiet talis concordia, & ita intelligatur gl. in d. c. cum contingat. Et ita qui plures produxerit testes, obtinebit, & omnes hinc inde producti excusabuntur a periurio, & hanc opi. crede verissimam. & adde hic Balin l. insulam, in prin. ff. solu. mat. vbi sequitur dictum Inno. in c. cum contingat. & uide etiam Imo. in d. l. insulam. & illam opi. Inn. in d. c. cum contingat. sequitur Paul. de Cast. in l. 2. §. creditum, ff. si cer. peta.

d Adde, quando testes reducantur ad concordiam Ro. cõs. 301. Pet. de Anch. consi. 207. Ro. consi. 157. vbi quando non sunt reducendi ad concordiam, nec vt probent, nec vt falsum euitent.

De huiusmodi concordia testium, dicas videnda esse, quæ Barto. posuit, & post eum Alex. in l. 2. §. creditum, ff. si cer. pet. in illa q. de testib. deponentibus aliquid esse factum ante guerram, & aliqui etiam deponunt, quòd fuit factum post guerram, & nihilominus testes concordantur, sed non ad finem, ut probent, sed ad finem, vt euitent falsum, pro quo etiam uide Balin l. testium. C. de testi. in illa q. quando testis dicit actui, de quo testificatur, fuisse præsentem Titium, & Titius examinatus negat se fuisse præsentem, an testes dicantur contrarij, ita ut non possint concordari, & concludit, quod possunt & debent concordari, non ad finem, vt probent, sed vt euitent falsum. probare autem non possunt, quia ex eorum dictis primo aspectu contrarijs, redditur probatio dubia, quæ non releuat probantem. c. in præsentia, de proba. l. neque nateles. C. eo. titu. Et hoc tenet expresse Bald. in l. in exercendis, in 1. col. C. de fide instru. & pro ista q. adducebat subaliter do. Franc. de Are. tex. sing. in c. licet causam, in versic. per quod, &c. cum gl. singtit. 1. Ant. Franc.

e Vtrum diuersæ scripturæ contrariæ reducantur ad concordiam. & quod sic tenet Bar. in l. fi. §. Lucius, ff. de cond. indeb.

f Et adde hic tex. in §. qui falso, vel varie. 4. q. 3.

a ræ, a vt fiat benigna interpretatio, & vt periurij reatu non notẽtur, & sentit glo. præalleg. & Bar. in d. l. Labeo. facit glo. in d. §. fi quoque. Aduerte tamen ad vnum notabile, quod licet fiat concordia inter testes vnius partis, & alterius, non tamen fit in ter ductum testium, & confessionem producentis, vnde si dicta testium sunt nimis generalia, necessario non concludentia intentum partis producentis: tamen non sit reductio ad confes
b sionem partis, b quia pars non potuit in suum fauorem consiteri. 13. quæst. 2. in princ. Ita dicit Innocen. in cap. cum contingat, de offic. dele. & sequitur Bar. d. l. 2. § creditum. Ad hoc ego allego tex. no in cap. in præsentia, de proba. Dico tamen, quod cum confessione partis aduersę in his, in quibus potuit sibi præ
3 iudicare, bene fit, concordia, vt aperte probatur in c. cum Ioannes, præalleg. † Sed est notabile dubium, nunquid testes per geminationem actus reducantur ad cõcordiam, etiam vt pbent, an vt euitent tantum periurium. Glo. hic in ver. item est hic argum. videtur sentire q̃ non. collegit enim argum. ex tex. scilicet quod dubia probatio non prodest ei, qui eam induxit. Certe hoc dictum procedit, non respectu Archiepiscopi, sed respectu canonicorum. Hæc glo. est contra tex. cum per suam probationem & interpretationem, quæ fit, pronuncientur non excõmunicati, & sic obtinent intentionem suam. Sed forte habuit respectum ad eum, qui stat pro actu, cui incumbit necessitas probandi. Nam glo. intelligit istum tex. vt patet ex sequẽtibus, quod Archiepiscopus erat actor, vnde sua probatio tanquam dubia non sibi profuit. Sed aduerte quicquid senserit gl. in hoc sint dubitationes, maxime propter dicta legistarum in d. capit. creditum, & dom. Anton. multum hic instat, sed breuiter puto sic dicendum, quod per reductionem testium ad diuersitatem actuum, non remanet integra probatio super quolibet actu, & tunc fit reductio, non vt probent, sed vt euitent periurium, vt
4 no. Ioan. And. in addit. Spec. c præalleg. & Fed. consi. 162. Exemplum, quando testes remanent singulares, ad hoc cap. licet, de proba. & c. cum dilectus, de elect. vt sup. dixi. Aut remanet integra probatio super quolibet actu, & tunc si est certa, & clara probatio super quolibet actu, sit reductio etiam, vt probent, tex. est
d hic, & sentit Ioan. Andr. in prædicta addit. Si vero probatio d est æquiuoca, seu uecessario non concludens intentum producentis, & tunc non probat, ad hoc c. in præsentia. supra de prob. & optime probatur in c. inter dilectos, præall. §. cęterum, vbi priuilegium, quod videbatur contrarium, fuit reductum ad concordiam, non tamen in aliquo profuit producenti, ratione præ
e dicta, idem dic in testibus eadem ratione, & per hoc habes hãc materiam clare expeditam. † Vlterius ex glos. ista colligitur argum. quod in dubijs pro reo iudicari consueuit. Et ex hoc sentit, vt prædixi, Archiepiscopum hic fuisse actorem, quasi procurauerit ad iudicium, petendo suam sententiam confirmari, vel aliquid simile. Et hoc placet Goff. Sed Hostien. contradicit, dicens se habere notitiam facti, scilicet quod canonici procurarunt super iniusta excommunicatione. Sed ego quoad intellectum huius c. nullam vim in hoc facerem: nam, vt paret per prædicta, in quolibet intellectu procederet dispositio huius c. nec papa fundat se super fauore rei, sed ne testes reatu periurij notentur, & canonici obtinuerunt hic, non quia essent rei, vel actores, sed quia patuit excommunicationem latã post appellationem. Sed oppo. nunc contra prædicta, & contra tex. & videtur, quod in dubio papa potius debuit interpretari hos excõmunicatos, quia illa pars erat tutior propter periculum animæ euitandum. Glo. hic in vltima sui parte instat multum, & concludit hoc fuisse factum, ne testes reatu periurij notarentur. Ex communicatis enim potest prouideri, impendẽdo eis postmodum absolutionem ad cautelam. Hæc solutio glo. impugnatur per Docto. quia eodem modo euasissent periurij, si pronuncia fuisset bis sniatũ & semel appellatũ, & quare ergo psumpsit bis appellatũ, semel sniatum, quã e ẽ? Io. An. soluit duob. modis, vel secundum Host. & Tan. fuit hoc in odium irregularitatis, quia canonici postea celebrauerant, & licet forte excommuni sio fit fauorabilis, irregularitas tamen odiosa. Vel secundum Innocen. & Abb. hæc benigna interpretatio, vt excommunicatio potius non tencat, est fienda in foro iudiciali, contrarium procedit in foro animæ. Ex prædictis habes varios modos interpretandi in facto dubio. Primo, vt quamuis factum sit odiosum & pœnale, recurramus ad id, quod est verisimile, facit c. li terras, de præsump. Secundo, vt euitetur delictum, facit c. abbr. 11. q. 6. §. Item no. quod in dubio debemus interpretari, vt quis non incident in irregularitatem, est enim pœna iuris positiui, facit c. is qui, de sentẽ. excom. lib. 6. plene per Innocen. & Hostien. in c. audientiam, de homicid. sed respectu excommunicationis e est dubium. Nam ex verbis Host. & Tan. infertur, vt in dubio potius interpretemur eam tenere. Innocen. videtur hoc velle in foro animæ, sed non in iudicio. Ego credere, quod quatenus agitur de pœna excommunicationis, vt puta, an valeat collatio beneficij medio tempore facta, vel an sit dignus pœna, quia non eam seruauerit, vel quid simile, sit vera opin. Innocen. quia in pœnis mitior interpretatio, & c. regu. in pœnis, & regu. odia, de regu. iur. lib. 6. facit cap. dilectis, in fi. de appell. Sed quatenus agitur solum de ipsius vinculo, an tenuerit vel non, dico q̃ interpretamur eam tenere, quia hoc casu nullum periculum est in hac parte, cum possit petere absolutionem sine difficultate, & in alio posset periculum imminere, quia forte in hac interpretatione tutus, nunquam peteret absolutionẽ, ergo accipienda est hæc pars tutior, vt videtur de hoc, casus in c. illud, de cler. excomm. mi. facit cle. exiui, de verb. signif. & c. illud, de præsum. 11. q. 3. c. sententia pastoris, & c. vnicũ, de scru. & hoc sentit glo. dum dixit, quod est medicinalis. Secus ergo vbi esset pœnalis, vt præcedenti membro, vel vbi aliter imminueret delictum, seu pœna, vt hic secundum intellectum glos. dom. Anton. ponit aliam solutionem ad principale contrariũ. dicit enim quod ex quo canonici probauerunt excommunicationem latam post appellationem, fundata fuit eorum intẽtio, & licet per reprobationem Archiepiscopi, qui erat reus, probatio vtriusque partis redderetur dubia, nihilominus pronunciatum fuit pro actore, cum probatio sua non sit elisa, iuxta no. per glo. in clemen. fi. de rescr. & Bart. in l. non solum, ff. de noui oper. nunc. vide circa hoc, quod plene dixi in cap. in præsentia, de probatio.

ADDITIONES.

a Huius literæ. Idem sentit Bar. in l. 1. in prin. col. 1. ff. de ope. no. nuncia. vbi reducit ad concordiam dictum vnius testis, qui primo dixerat in palatio episcopi, postea dixit in hoc palatio. vide ibi Alexan. & Mod. Seb. Sap.

b Ad confessionem partis. Vide Abb. in c. cum Ioannes. infra de fi. instrum. late Fel. in c. cum contingat. 5. de offic. deleg. Alexan. in l. inter stipulantem, ff. de uerb. oblig.

c Ibi Spec. dat vnam cautelam, vt volens quod testes non possint reduci ad cõcordiam, faciat, quod iudex interroget partem, vtrum actus, de quo quæritur, fuerit tantum semel gestus, & si confiteatur de unitate actus, non potẽrit postea concordia fieri per iterationem actus, per tex. in c. cum Ioã. de fide instrumen.

d Si uero probatio. Alia doctrina per Bal. in l. de quibus. colum. pen. ff. de legi. & in l. 2. C. de bono. possess. secundum tabu. & per Abb. in cap. cum Io. infra de fide instrumen. uidelicet, quod quando dicta testium possunt reduci ad concordiam congrua interpretatione uerborum, non solum euitant periurium, sed etiam probant. Si uero reducitur incongrua interpretatione, solum euitant periurium. Alia doctrina colligitur ex no. per Bald. in rubr. C. si ex fal. instrum. videlicet, quod si uerba testium reducuntur ad concordiam capiendo uerba improprie, non solum excusant a periurio, sed etiam probant, si uero improprijssime, solum euitant periuria. Et quæ sit improprijssima interpretatio, declarat Ang. in l. item uidendum, ff. de pet. hære. uidelicet illa, quæ tamen inepta, non seruaretur, allegata ratione recti sermonis. Seb. Sap.

e Excommunicationis. In foro conscientiæ, in casu dubio, facienda est interpretatio, ut quis sit excommunicatus; sed secus est in foro contentioso. ad hoc optime facit quod not. dom. Abb. post Innocen. in cap. ad audientiam, de homic. & de hoc uide glo. fin. in capit. consulti, de reg. & uide quod no. domi. Abb. in cap. nauiganti. in 2. colum. de usu. & pro hoc uide Archid. 8. quæst. 4. in summa. cuius dictum retuli post dom. Abb. in c. latores, de cler. excom. mini.

SVMMARIVM.

1 *Testis qui in eadem causa iterum producitur, iterum debet iurare, nisi super tota causa iurasset a principio.*
2 *Testis non præsumitur suspectus, aut inimicus ex iterata depositione.*
3 *Testes post publicationem, & in causa principali, & appellationis super eisdem articulis, vel contrarijs non possunt recipi.*
4 *Casus, in quibus recipiuntur testes post publicationem super eisdem articulis.*
5 *An sola publicatio sufficiat ad impediendum productionem testium.*
6 *Actus factus, qui fieri solet post litis contestationem, excludit dilatorias exceptiones.*
7 *Ratio quare timeatur magis de subornatione post publicationem, quam prius.*
8 *Articuli noui, dependentes, antiqui, contrarij, directe & indirecte, & quid sit articulus.*
9 *Excipiens de excommunicatione, si succubuit, potest postea probare de publica excommunicatione.*
10 *Qualitates, quæ de necessitate facti non includuntur in articulis, licet possent includi, non uidentur deductæ.*
11 *Testes super articulis contrarijs possunt recipi, vbi est timor subornationis.*
12 *Testes examinati super tota causa, non possunt amplius examinari, quia examinarentur super antiquis capitulis.*
13 *Testis debet iurare, quod in secreto tenebit dictum suum, & qualiter debet iurare, & an præsumatur iurasse tactis scripturis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XVII.

a ERaternitatis. a In causa appellationis super nouis & veteres producuntur, iuramento secundũ morem prius recepto. In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio, ibi: Diximus, &c. consultatio est bimembris. Secundum membrum ibi, Et an. Casus literal. Sententia lata est in causa, in qua renunciatum fuit testibus vtrinque, & conclusum in causa, appellatum fuit ab illa sententia, quæritur vtrũ in causa appellationis noui testes recipi possint super quæstione iudicata. & vtrum testibus in prima causa receptis, liceat aliquid de nouo proponere super ipsa quæstione? Respondet papa, quod si in causa appellationis noua capitula oriuntur, super quibus partes voluerint testes de nouo producere, vel p iam receptos aliquid probare, bene sunt recipiẽdi solummodo super nouis capitulis, delato eis primo iuramento, f'm formã recipiendorum testium. B. Not. 1. quod vbi duplici quæstioni potest satisfieri per vnicam responsionem, non est separatim respondendum, simile in cap. prudentiam, de offi. deleg. No. secundo, quod renũciatio productionis testium facta in prima instantia, non se extendit ad causam appellationis, quando super nouis capitulis, delato eis primo iuramento, f'm formã recipiendorum testium. B. Not. 1. quod vbi duplici quæstioni potest satisfieri per vnicam responsionem, non est separatim respondendum, simile in cap. prudentiam, de offi. deleg. No. secundo, quod renũciatio productionis testium facta in prima instantia, non se extendit ad causam appellationis, quando super nouis capitulis possunt testes produci. Idem tamen videtur respectu eiusdem instantiæ, vt in ca. cum venisset. §. j. intra cod. & dic plenius vt ibi no. No. quod secundum latã significationem omnia, quæ in iudicio proponuntur, dicuntur emergere in causa; & sic comprehendit hic tam incidens, quã emergens, non autem hæc differunt, sicut in cap. primo, de or. cog. No. eundem testem posse etiam in eadem causa cõtra me pluries produci, nec ppter hoc præsumitur inimicus, maxime cum venit necessitatus ex iudicis officio, seu præcepto. de hoc

1 infra cum glo. † No. quod si idem testis iterum b in eadem cau-
b sa contra me producitur, debet iterum iurare. c Quod intellige
c quando producitur super articulis nouis, ad quæ ie non extendebat iuramentum; vnde si prius iurasset super causa tota dicere veritatem, & rãtum fuit interrogatus de aliquibus, si iterum producitur, vt super alijs spectantibus ad causam interrogetur, non videtur quod debeat de nouo iurare, argun. cn. in capitu. cum dilecti, inf. a de accus. & infra eod. capi. de testi. Iuramentum enim debet esse necessarium, vt in cap. & si Christus. infra de iureiuran. No. quod in causa appellationis possum non opposita opponere, & non probatum probare, dummodo faciat ad causam. infra de fide instrumen. capitu. cum Ioann. & l. per hanc. C. de tempor. appel. Not. ibi. Super nouis duntaxat, &c. quod super antiquis capitulis, in quibus fuit facta productio & publicatio testium, non possunt testes, nec antiqui, nec noui produci, neque in causa appellationis. Timetur enim ne videns se succumbere, fuerit inductus ad testes subornandos, vt in clemen. 2. eod. titu. vbi tex. no. & magis clarius, quam iste. Hoc videtur fallere, cum sit articulus super notorio, licet contineat antiquum capitulum, vt notabiliter probari videtur, in capitu. dudum, il 1. de elect. Cessat enim tunc præsumptio subornationis, arg. in capi. cum dilectis, de purg. can. Not. ibi. Prius, &c. quod testis debet prius iurare, quam deponat. Quid autem si iuret postmodum, dic, vt dicam in c. de testi. infra eod. Antequam attingam intrinsecam materiam huius cap. cum gl. quæro pro intellectu literæ, cum hic fuerint formatæ duæ quæstiones, in quo differat prima a secunda, & quare papa disiunctim non respondit ad vtranque quæstionem. Sol. multis modis variatur, in hoc, intellectus c. sed tene hunc intellectum, qui communiter approbatur, & est verus in se, & satis literæ consentaneus. Primo quærebatur, an testes noui, qui alias producti non fuerunt in causa prima, possint produci in causa appellationis, nec distinguebat quærens, an capitula essent noua, vel antiqua. videbatur enim quod cum instantia appellationis esset alia ab instantia iudicij, quod indifferenter testes noui possent produci. Secunda quæstio fuit super testibus iam productis in priori instantia, nunquid possent reproduci in causa appellationis, vt aliquid noui adderent, & videbatur quod sic, quia in causa appellationis habet locum illud vulgatum, Non oppositum, opponam, & non probatum probabo, & c. vt in iuribus præallega. nec distinguitur inter nouos testes, & antiquos. Et quia vtraque quæstio vnica solutione soluebatur, ideo papa non disiunctim respondit, sed vnicam regulã posuit, ex qua vtraque quæstio remanet soluta, videlicet quod si in causa appellationis aliqua capitula fiant de nouo; dependentia tamen ex antiquis, vt infra disseretur; produci possunt super eis duntaxat testes noui & antiqui, & per istam dictionem restrictiuam, Duntaxat, innuit quod super antiquis non possunt produci, nec antiqui, nec noui. Quod clarius hodie probatur in d. clemen. 2. & sic clare patet resp̃õsio ad bimembrem consultationem factam. & iste intellectus sufficiat. Venio nunc ad glos. per ordinem recitandas, annectendo eis materiam intrinsecam c. Et primo opponO, & videtur, quod non solum sit consideranda renunciatio productionis testium, sed etiam publicatio attestationum. Illa enim per se sufficere videtur absque renunciatione ad excludẽdam facultatem iterum producendi testes, vt in c. proxi. & seq. cum multis simil. Glo. 1. soluit supplendo ad text. maxime. q. d. quod etiam si nunquam intercessisset renunciatio, sola publicatio attestationum sufficeret. Vel dic melius, euitando hanc impropriationem, quam fecit glos. ad tex. supplendo Maxime. nam bene sciuisset querens hoc dicere, si voluisset. Videbatur enim quærenti, quod publicatio attestationum non haberet impedire in causa appellationis, cum sit alia instantia. Nec obstant iura alleg. in glo. quia loquuntur in instantia principali. & pro hoc faciunt opin. de quibus in glo. 2. Sed de renunciatione magis dubitatur. Sed tu aduerte ad responsionem papæ, in qua non fundat se super renunciatione, sed generaliter loquitur. Et quid iuris sit in hac publicatione, quoad vtranque instantiam,

2 dicam plene in glo. 3. † Glo. 2. opp. contra tex. in eo, quod permittat eundem testem posse repeti in eadem causa contra eundem. vnde obstat 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. videtur enim suspectus & inimicus, ex iterata depositione contra eum. Solu. glos. quod contrarium procedit in criminali. Sed certe hæc solutio non est bona, quia ex quo testis se sponte non obtulit, non potest præsumi in eo inimicitiæ causa. argum. in l. quæ omnia. ff. de procu. & in c. cum non debeat, de elect. lib. 6. Nam & iudex pluries iudicando non præsumitur inimicus, ita vt repelli possit tanquam suspectus, nisi aliter probetur grauamen, iuxta no. in c. ad hæc, & c. proposuit, j. de app. fortius nec testis, qui tantum deponit super facto. facit c. inter dilectos. & quod ibi no. de fide instrum. vnde intellige contrarium in eo, qui mala testimonium dixit, vt no. gl. in d. §. item in criminali. & vide de hoc in Spe. eod. tit. §. 1. ver. item q̃ in alia. Vel intellige illũ tex. quando vult deponre super eodem articulo, super quo depositit: non enim potest, nisi incontinenti faciat, iuxta no. in c. præterea, j. tit. prox. vt sentiunt Host. hic, & Io. And. vide tamen do. rer. ad corroborationem prædictorum, j. tit. prox. in c. præterea. † Opp. vlterius, capiendo gl. 3. nam videtur, q̃ super nouis capitulis nõ possint testes produci in causa appellationis, quia iudex ad quem, non habet se impedire de nouis quæstionibus, cum officium suum sit pronunciare prouocationem dũtaxat esse iustam vel iniustam. 2. q. 6. in fi. Gl. vt arbitror, metu contra gl intelligit tex. de nouis capitulis non omnino, sed de dependentibus ex antiquis, & q̃ ex his oriuntur. Exemplum, in c. cum Ioannes, de fide instr. Dicit tamen gl. hoc non esse speciale in cã appellationis. Nam idem est in instantia principalis causæ, vt non obstante publicatione, possint testes produci super capitulis nouis. j. eo. c. causam, & c. cum venisset. Sed immediate glo. opp. contra hoc, & contra tex. videtur enim q̃ super antiquis capitulis etiam possint testes produci in causa appellationis, qa in ea licitum est probari non probatum, vt l. eos, §. 1. & 2. C. de app. & d. l. per hanc. Respondet gl. q̃ quidam doct. legum stant pro contrario, & sic obseruatur in iudicio seculari, per Authẽ. de testi. §. quia vero. quæ vult, q̃ postquam partes didicerint testificata, nequeant testes super eisdem articulis producere. Re-

a spondetur, q̃ loquitur in causa principali ante diffinitiuam sen a tentiam; & leges contrarias intelligunt in causa appellationis. Sed hoc non placet glo. nostræ, quia auth. illa loquitur indistincte, & eadem ratio, f. timor subornationis, q̃ est in causa principali, militat in causa appellationis, pro hoc tex. ille. Et aduerte extra gl. licet Ioan. And. & do. An. qui commentauerunt hoc c. varias opiniones antiquorum referant circa hoc, ego tamẽ nõ curauit referre, quia esset inuolucre & occupare intellectus, maxime inuenum. nam hodie maxime habemus tex. apertissimũ corrigentem illas opiniones antiquorum, in cle. 2. eo. tit. vbi vi de tex. & glo. ibi enim clare disponitur, q̃ testibus publicatis, fiet non licet in causa principali super eisdem capitulis, vel dire cte contrarijs, cosdem, vel alios testes inducere, ita in causa appellationis, cum in hoc ista instantiæ a pari iudicentur, vt de. 2. Sol. Io. And. hic in 9. qõ. & dicit q̃ non, & ponit multos casus ab hac regula, phibitiua exceptos. Et primo in causa matrimoniali, de quo tamen no. in c. feries. j. eod. dic, vt plene dixi in c. tua uit, de proba. Secundo, secundũ quosdam, vbicunque non obstat exceptio rei iud. l. cum quæritur, ff. de excep. rei iud. de. f. instrum. c. inter dilectos. Tertio secundum Legistas in causa appellationis, sed de hoc dic melius, vt sup. dixi. Quarto, vbi perit instantia, qua quis absoluitur propter petitionem ineptã, de. f. iud. l. properandum. §. 1. & §. cum autem. Quinto, quando datur perdita testium dicta, j. ti. prox. c. fi. Et de isto casu, vide plene per Doc. in c. auditis. j. de in integ. rest. Et idem interdum in Spec. eo. tit. c. satis vtiliter. ad fi. Sexto cum inter alias personas agit. j. eo. c. ɔstitutus. Septimo, cum variatur modus agendi. j. eo. c. veniens. Octauo, cum restituitur minor, vel ecclesia, per restitutionem maioris ex clausula generali, Si qua iusta causa, &c. vt no. in c. proxi. inf. facit c. ex literis. de in integrum rest. Nono, in inquisitione, quæ procedit ex officio. inf. eod. c. cum clamor. vbi de hoc. Quid si alius inquisitionem promouit, dic, vt ibi no. Decimo, cum quis vult probare directe falsitatem testium, cum corruptione, de quo dictum fuit in c. licet, de probã. & vide gl. in cle. j. eo. ti. Vndecimo si inscia, vel inuita parte & indifferete facta fuit publicatio. Idem, secundum quosdam, si facta fuit discrete probatio, seu publicatio, sed pars adhuc tenebatur non didicit, de quo no. inf. eo. c. constitutus, in antepẽ. penult. Duodecimo in casu c. præsentata, inf. eod. Tertiodecimo in casu cap. cum causam, in fi. inf. eod. in vlt. glo. Decimoquarto, cum aliqui testes b fuerunt interrogati non plene, prout habetur in c. per tuas, inf. eo. Decimoquinto, secundum Ioan. And. in c. de testibus. inf. eod. in causa criminali, in qua, secundum eum, idem testis interrogari potest super eodem articu. ff. de casu. reo. l. diuus. & de quæstioni. l. 1. §. vlt. & l. repeti. Decimosexto, si de partium voluntate processerit, secundum Io. And.

cum fauore partium hæc probatio sit indu cta. & ex ipsarum facto hæc prohibitio processerit, quare publicationi cesserunt. & sic videtur q̃ huic fauori renunciare poterunt, argum. c. ad apostolicam, de reg. maxime cum hoc nõ habeat infallibilem prohibitionem, vt patet ex prædictis. Et tenet Host. inf. eod. ca. præsentia, pro & contra, faciunt not. in c. cui, j. eo. Decimoseptimo etiam f'm Ioan. And. fallit, cum testes fuerunt prius recepti ad æternam rei memoriam, vt in casu c. significauit. & c. Albericus, inf. eo. nam tunc recipiuntur ad alium finem, & vide Spec. in d. §. satis vtiliter. vers. 17. Decimooctauo, quando testes non fuerunt producti, licet articuli essent dati. inf. eo. c. cau

c sam, & authen. eo. §. illud, vbi ponderatur testium productio. c † Sed

ADDITIONES.

a Ad materiam huius Decr. fraternitatis. Adde Ang. in l. per hanc, in vlt. col. C. de temp. app. vbi refert Innocen. tenerẽ hoc c. quod si testes producti iuraverunt plene dicere veritatem, nec in causa principali, nec in causa appellationis possunt examinari testes super nouis capitulis, sed illud dictum Innocen. intelligit ibi verum Ang. quando vellet probare per eosdem testes, secus si per alias probationes, & idem dicit ibi in vlt. colum. si ad probandum effet assignatus terminus peremptorius, quia tunc publicatis attestationibus, non possunt produci testes super nouis articulis, non vigore publicationis, sed termini peremptorij. Item adde hic do. Anto. in attestationes in 4. col. de despon. impub. vbi dicit, quod publicatis attestationibus, vbi non variatur in substantia, & seruaretur modus facti, ad idem concludendum possunt super eisdem articulis testes produci, & ita intelligit illum tex. & dicit, quod scholares non audiuerunt tale verbum in tit. de testib. vbi tantum clamatur de ista publicatione. Item, an publicatis attestationibus admittatur tertius comparens pro suo interesse, volens producere testes super eisdem capitulis, vide late Domi. Anton. post Innocen. in cap. per. in 23. colum. & ibi notatu. infra eod. titu. Item adde hic tres pulchertimas limitationes ad istam materiam, quas tradidit Dom. Anto. in 2. at. fi. colum. rici, in princi. 8. colum. de in. Item adde hic Imo. in clem. ſæpe in 2. colum. de ver. sig. vbi dicit, quod etiam in causis summarijs non possunt recipi testes post didicita testificata. Et idem dicit Bar. in extrauag. ad reprime. vers. figura, in vlt. col.

b Vtrum testis iterato productus, debeat iterato iurare, vide per Do. Ant. in c. præterea. inf. ti. j. & quod ibi late scripsi. Et adde, quod testis qui iurauit plenam, & meram dicere veritatem, secũdum formam c. cum dilecti, de accusationibus, si deponat per famam, eius dictum non probat, secundum glo. magnam in l. bone fidei, in ver. fed fi interfuit, C. de rebus cred. quoad hoc alleg. Bal. in sua marga. ad Innoc. in ver. testi. in 58. q. Item adde hic circa materiam Innocentius c. & ad id, quod dicit do. Anto. in 4. quæst. vtrum casum, in quo testimonium valet pro vna parte tantum, quem ponit glos. sing. in c. quoniam frequenter, in princ. in ver. valent, vt li. non conteit. Et alium, de iuris fictione ponit glo. in ver. compellas, in c. cum causam. inf. eod. Et adde, si testis primo deposuit pro vna parte, postea interrogatus pro alia dicit, Nolo repondere, ei nulla adhibetur fides, quia præsumitur dolo supprimere veritatem & præsumitur dolosus & criminosus, ideo ei non adhibebitur fides. Ita tenet glo. in auth. de testib. cognita. Et ibi Bal. in l. is apud quem, C. de eden. in 1. colum. quod perpetuo tene menti. Item adde in quantum ista glo. hic loquitur quod debet iurare, quod nec prece, nec pretio, &c. quod licet non valeat dictum testis corrupti, tamen si ille, contra quem fuit corruptus, petat eum examinari, valebit eius dictum. Ita no. inquit Bal. in c. j. in fi. primæ colum. in ti. de in integ. ter dom. & val. lis ori. fed in contrarium videtur esse elegans doctrina, quã tradit Bal. super hoc in l. si quis testibus, C. eod. Item circa hoc de testes, qui corruptus pecunia dixit meram veritatem, vide quæ plene no. in capitu. cum causam. 1. in penul. col. infra eod. Item alium casum, in quo dictum testis valet pro vna parte tantum. vide in capitu. si hær. 2. q. 7. sed glo. ibi videtur destruere illum tex.

De corrumpente testes, & de teste corrupto dicas, q̃ corrumpens testes perdit causam, quia dicitur subtrahere probationes parti, secundum Cy. in l. uidendum, C. de apost. & Ang. in l. satis aperte, C. de fal. & tener do. Anto. in c. cum causam, hic alleg. de quo per Bar. in l. si falsa, in fi. C. si ex fal. instrum. & in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iu. fi. Adde, quod talis corruptus punitur pari pœna cum ipso teste deponente falsum. vt per Spec. in ti. de teste in §. j. in ver. quid si is qui tulit testimoninm. & adde, quod ille dicitur corruptus quomodocunque commodum aliquod bursale consequatur. l. j. §. j. & §. pecuniam, & ibi per Bar. ff. de cal. & tene menti, quod attentans corrumpere, punitur sicut corruptor l. Imperator Seuerus, ff. de in. fif. & no. Bal. in l. in §. 2. in prin. ff. de cal. & adde, quod corruptio facit, vt non sit confidendum de eo, qui confueuit corrumpi, vel corrumpere, vt per Spec. in tit. de probatis. fen. ver. fi. item no. Ant. Franc.

Adde dictis Abb. videndum Franc. Are. consi. 110. & 140. & inquantum in fin. additionis præscriptæ ponitur de teste corrupto, vide Rom. sing. 619. folio 9.

c Iterum iurare. Hoc intellige non procedere, quando producerentur ad declarandum primum dictum, vt no. Bar. in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de test. Bal. & Sal. in l. fi. de testi. Alexan. in l. qui bona. §. si quis stipulatur. in fi. ff. de dam. infec. imo tunc non requiritur, q̃ pars citetur secundum Rom. in consi. 482. inci. in casu præmisso. cir. fi. & And. Sicu. in consi. 7. inci. visis dubijs. in 1. colum. in 3. volum.

ADDITIONES.

a An in causa appellationis liceat producere testes publicatis attestationib. in prima instantia, de hoc vide late per Bal. post gl. in l. eos, §. fi quid autem. C. de app. vide de hoc per Spe. in d. §. satis vtiliter, in 3. col. ver. 4. dñ nouus, &c. Et an renunciatio in cã principali præiudicet in cã appellationis, vide per D. Ant. post Inno. & quod ibi notaui in c. cum venisset, inf. eo. & de articulo hic posito, in uer. uenio ad fm articulum principalem. & vide Ang. in cõ. fi. suo 153. ubi dicit, q̃ de iure ciuili possunt produci testes super eisdem capitulis in cã appellationis. secus vero est de iure canonico. & dicit, quod quæliber opinio seruatur in foro suo, vide Bal. in c. 1. §. fi enim domino. cir. fi. in tit. quid sit inuestitura. in usi. feu. ubi dicit, quod regula ista hẽt locum, q̃n testes in principali subtraxerunt se a testimonio prece, pretio, timore, uel odio, uel ubi in principali fuerunt male examinati. Item adde quod no. D. Ant. post gl. in c. ad audientiam, il 2. de rescr. ubi dat no. limitationem ad l. per hanc, C. de tempo. appel. Item adde hic Ang. in d. l. per hanc, in 8. col. ubi dicit, quod licet in cã appellationis possint produci testes super nouis articulis dependentib. ex antiquis, tñ hoc non pot fieri pendente appellatione ab interlocutoria, quia illa non iustificatur ex alijs causis, ut in clem. appellanti, de app. uel ẽt a diffinitiua, & sit cã electionis Epi, in cle. quamuis, de elec. in 6. & dicit, quod si iudex in prima instantia interrogasset de titulo, in cã appellationis non posset fieri nouus articulus de titulo. & allegat Inn. in hoc c. fraternitatis, & similiter dicit, quod non potent fieri nouus articulus, si testes producti iurarunt plenam dicere veritatem. Et adde hic Bal. in c. 1. in prin. fi de inuest. inter do. & vas. lis ori. Item adde hic Arch. in c. Ofius. 6. q. 4. vbi dicit, quod in cã appellationis non licet producere testes, vel ꝓbationes super capitulo omnino nouo, nec super ueteri. Et resp̃õdet ad c. cum olim, de priuil. il 2. quod ibi oino in ca appellationis admissus fuit per uiam rest. in int. quia ibi capitulum erat omnino nouum. Et de hoc articulo hic posito, vide solemniter, & melius quam alibi, per Bart. in addit. Spec. in tit. de app. vltra medium, in uer. inci. casus talis est, &c.

Addè, an in causa appellationis liceat producere testes publicatis attestationibus. Alex. consi. 60. 2. lib.

b Aliqui testes. Quod publicatio testium nõ impediat testium productionem, quando non fuerunt plene interrogati, & rite examinati, tenet do. And. Sicu. in ca. fi quando. char. 3. sup. de rescrip. & in consi. 3. incipien. illud referam. colu. penult. in 3. volum. Specul. in titu. de teste. §. iam de interrogatorijs. vers. item caute. late Marian. Soci. hic in sua repe. col. 10. Seb. Sap.

c Adde hic, quòd publicatis attestationibus, post quam pars didicit testificata, admittitur probatio per aspectum rei, ita dicit not. Bal. in l. fi quis testib. in fi. C. eo. Et dicit, quod cũ occurrisset quæstio, fuit exhumatum corpus, vt videretur an haberet vulnus. & idem dicit Pet. de Anchar. in c. causam. sup. e. & facit quod no. do. Ant. in c. causam, in fi. sup. de proba. vbi dicit, quòd publicatis attestationibus admittitur probatio per aspectum cõmunem, vel instrumentorum. Item scias, quòd publicatis attestationibus possunt produci testes, qui inducuntur ad solam præsumptionem, prout esset in causa criminali. ita dicit no. Inno. in c. cum dilecti. de accusa. & sequitur Ang. in l. fin. C. de testi. quia testis examinatus post publicatas attestationes facit indicium, f'm Bar. in l. 2. cir. fi. ff. de appel. reci. Item adde, q̃ publicatis attestationibus, possunt produci testes super articulo partim antiquo, & partim nouo. h. d. no. do. Ant. in c. licet causam, in 14. col. sup. tit. 1. quod est contra illum tex. in ver. nobis duntaxat. Item vbicũque aliquid habet probari per probationem non ordinariam, vt per matronas deponentes super virginitate, vel prout essent Medici, qui deponerent super vulnere, tunc publicatis attestationibus admittuntur testes. Illud dicit no. do. Ab. post gl. in c. causam, cir. fi. de proba. & illam credo esse rationem, quia tunc c cum probationib. non obstaret sententia, ut no. do. An. in c. proposuisti, sup. de proba. & in c. fi. cir. fi. de iureiur. multominus obstare debet publicatio. Item quando agitur de probatione monachatus, publicatis attestationibus possunt produci testes. h. d. no. in ver. patrem. in c. præsens clericus. 20. q. 3. Item publicatis attestationibus possunt produci testes super habilitate impetrantis. maxime ad informationem iudicis. Hoc dicunt dom. de Ro. dec. 6. secundum or dinem meum nouissimum, de quo vide in terminis, secundum do. Anto. in c. auditis, in 4. col. de proba. Et iam publicatis attestationibus possunt produci testes mittim cum instrumento. Casus est sing. secundum lecl. do. Ant. in c. feries. inf. eod. & sequitur Ro. in rub. ff. de arb. & notaui etiam in c. feries. Item publicatis attestationibus possunt produci testes in causa criminali. h. d. Bar. in d. l. diui fratres. ff. de pœnis. & in l. fi non defendantur, c. ti. & in l. 1. §. fi quis ultro. ff. de qõ. & in l. 2. §. fi publico. vltra mediũ, vel sic. vtrũ. ff. de adulte. Sed in veritate Bar. in dictis locis non dicit, q̃d possint ꝓduci, sed q̃d pñt recipi. & sic vr dicere, q̃d iudex ex offo possit recipere, de quo nullus dubitat, per c. cũ clamor. inf. e. Ad quod vide in teris Bar. in l. 4. §. hoc ãt iudiciũ, in pe. col. ff. de dam. infe. Sed ipsemet Bar. in auth. at qui semel, in 5. col. ver. hoc est vetũ. C. de prob. hoc apertius dicit dicẽdo, q̃d renũciatio, uel cõclusio nõ obstat ꝓductioni in cã criminali, per tex. in l. inrisgentiũ. §. si pacisc. ff. de pac. Sed ipsemet Bar. in ea. auth. in ult. col. uer. quæro nũqd in cã criminali restringit quod superius dixerat, dicens, q̃d didicita testificata in cã criminali obstat ꝓductioni partis, sed non receptionì, qã fecit ipse iudex ex offo, & vide Spec. in ti. de teste. §. satis vtiliter. ver. hoc ẽt no. vbi enumerat 35. casus, in q̃b. publicatis attestationib. possunt ꝓduci testes. Itẽ publicatis attestationib. pt ꝓduci tabellio, ut uiua uoce deponat ad cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

rob orationem ſui inſtrumẽti. Ita dicit Bar. in l. ampl orem, cir. fi. prin. C. de app. vbi idem dicit de teſtibus productis ad corroborationem inſtrumẽti. Item publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes, ſi cõſuetudo hoc dicẽtet. Ita dicit no. do. Ant. in c. ſeries, in fi. 1. col. inf. eo. dicens hoc tenere Spe. in tit. de excep. §. dicto. ver. ſed nunquid publicatis. Sed glo. mag. in fi. c. per tuas. inf. eo. dicit, q illa conſuetudo eſt contra ius, vt etiam notaui in d. c. ſeries. Item publicatis atteſtationib. poſſunt produci teſtes ſuper directo contraria probatione, quãdo ante publicationem articulis fuit ita generaliter, confuſe, & non clare poſitus, q pars ſuper directo contraria probõne non potuit inſtrui. Ita no. dicit Io. And. in add. Spe. in tit. de teſte. §. ſæpe, in 1. colum. ver. de falſitate directe, quod refert & ſequitur do. Ant. in c. ex tenore, vlt. col. ver. plus dicit. inf. eo. Item quando dati fuerũt articuli iudici per partem ſuper examinatione teſtium per vtrãque approbati, & iudex omiſit ſuper aliquo ex illis articulis interrogare, pars, quæ dedit interrogatoria, etiã poſt publicatas atteſtationes poterit petere, vt iterum interrogentur ſuper articulis illi datis, ſuper quibus non fuerunt interrogati, qui forte articuli non erant circunſtantes ad illos antiquos. h. d. Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. cir. fi. in ver. item caute. facit & ſequitur do. Ant. in c. p tuas. in fi. 2. col. & in c. cum cauſam. ij 1. in 7. col. ver. ſed iudex. inf. eo. Item adde, q pupillus & ruſticus publicatis atteſtationibus poſſunt producere teſtes ſuper eiſdem capitulis, vt dicit Gul. de Cu. in l. vbi exigitur. ff. de eden. & ibi Bal. in apoſt. Sed illud dictum improbat ibi Ang. Vide etiã multos caſus, in quibus licitum eſt ſuper antiquis capitulis producere teſtes publicatis atteſtationib. enumeratos per Imo. & Zenze. in clem. 2. ſuper gl. in ver. producere. de teſtib. Item ſcias cautelam, quam tradidit Bal. in l. fi. in fi. prin. C. de appel. dicit ſe dare nouum modum, per quem ſemper poterunt produci teſtes publicatis atteſtationibus, videlicet, vt ille, qui vult producere teſtes ad deponendum de cauſa in iudicio, tradat eorum nomina iudici, & ſe abſentet, & poſtea iudex eos examinabit ex officio ſuo. Sed iſtam cautelam per rationes & iura reprobat Ro. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in 2. col. ff. de dam. infe. Et adde Flo. in l. cum de indebito, prope fi. prin. ff. de prob. vbi dicit, qđ ille, qui produxit teſtes ad probandum præſcriptionem, poteſt poſt publicatas atteſtationes eos repetere, vt interrogentur de tit. vel de continuata bona fide, quia eos prius de hoc interrogare ſpectabat ad iudicem, & allegat Inn. in c. per tuas, inf. eo. Itẽ adde hic duos alios no. caſus, in quibus publicatis atteſtationib. vel poſt didicita teſtificata poſſunt produci teſtes ſuper eiſdẽ articulis, quos ponit Bal. in c. 1. §. item ſi vaſallus, circa prin. in tit. de contro. inueſt. adde hic Ang. in l. per hanc, in 8. col. C. de temp. appel. vbi dicitur, quod in cauſa hæreſis, non obſtante publicatione, proceſſus, poſſunt produci teſtes, & alle. c. fin. de hære. lib. 6. & idem dicit Dom. in c. ut officium, §. verum, de hær. in 6. Adde an publicatis teſtibus, alij poſſint produci, Alex. conſi. 210. 2. lib. & an valeat conſuetudo, quod teſtes recipiantur publicatis atteſtationibus. vide Rom. fol. 4. Et an publicatis teſtibus poſſint alij produci cum inſtrumento, per eund. fing. ſuis, fol. 221. Et ibi an teſtes examinati dudicitis teſtificatis faciant præſumptionem de eo, quod hic in fine poſuit hic addens allegando reprobationem Rom. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infe. dic tu, quod Roma. conſi. 479. in fi. ſequitur dictum Bal. & dicit illud mirabile. Ber.

5 †Sed circa prædicta dubitatur, nunquid ſola publicatio impediat productionem, an autem requiratur cum hoc, q pars vide rit, ſeu didicerit teſtificata. Gl. in d. c. conſtitutus, j. eo. tenet ſolam publicationem non ſufficere. alle. tex. in auth. eo. §. quia vero. Idem Spec. eo. tit. §. ſatis vtiliter. ver. quid ſi publicatæ. Dicit tamen, q Clemens defendebat contrarium. ad hoc c. cauſam. & c. de teſtibus. & c. cum veniſſet. j. eo. tit. & contra hanc glo. tenuit Hoſt. in ſum. eod. tit. § & vtrum. ver. dicas igitur, q placet Io. And. in d. c. conſtitutus, dicit dictum gl. procedere poſſe, quãdo iudex parte inſcia, vel inuita publicationem faceret. Itẽ Bar. in auth. at qui ſemel. C. de prob. dixit idem, ſi publicatio nõ valuit, puta, quia facta die feriata, vt tunc admittatur, cum publicatio atteſtationum non valuerit. & dicit ibi, q publicatio atteſtationum poteſt ſumi dupliciter. Primo, quãdo publicatur ſcriptura de dictis teſtium, vt faciat fidem. l. geſta. C. de re iud. Secũdo, quando fit publicatio partibus, & tunc publicatio idem eſt quod partibus manifeſtatio, & ſic ſumitur in d. auth. eod. Iſti tamen duo actus ſiunt ſimul & ſemel, quia iudex pronũciauit atteſtationes eſſe publicatas & apertas, & vt pro publicatis & aptis hãantur, & verbũ, publicatio, refert ad primũ, & verbũ, Aptura, refertur ad ſm, quod bene no. do. Ant. multum inſtat, dilatando materiam, & trahendo materias alibi diſcutiẽdas more repetentium. Ego vero ponam in locis ſuis, ſed quantum ad hunc articulum attinet, concludit ipſe, q ſi certum ſit partem non didiciſſe teſtificata, & hoc probari poſſit, non impedietur pars ex ſola publicatione teſtium, per tex. in d. auth. eo. tit. Fatetur tamen, quod præſumptio eſt contra partem, q teſtificata didicerit, ex quo facta fuit publicatio. Et ita reſpondet ad iura, q̃ ponderant publicationem. Quod hoc ponderant propter præſumptionem, quæ inſurgit ex ipſa publicatione, q teſtificata, partes didicerint. Mihi placet dictum Ioã. And. Bar. & Hoſtien. & aliorum, ex quo enim pars acquieuit publicationi teſtium, videtur tacite renunciare productioni ſuper illis articulis; & ſic licet non ſit ſubornationis timor, cum certum ſit partem teſti
6 ficata non didiciſſe, ſubeſt tamen tacita renunciatio. † argu. eorum, quæ no. in c. 1. §. 1. de elect. lib. 6. de eo, qui actum geſſit, qui ſolet fieri poſt conteſtatam litem, vt habeatur pro conteſtatione litis, quoad excludendas dilatorias, facit glo. in c. cum cauſam. de appell. Videmus enim quod ſola renunciatio expreſſa ſine ſcia teſtificatorum, inducit hanc prohibitionem, vt in c. de teſt. in fi. j. eo. ergo & tacita renũciatio, quæ inducitur ex publi tione. facit pro hoc, quia iura canonica communiter ponunt publicationẽ ſolã pro termino excluſiuo productionis teſtiũ, vt in multis c. huius tit. Item, vt hic dicit Io. And. publicatio nõ præcludit viam productioni teſtiũ, ex ſolo timore ſubornationis, ſed vt aliquis ſit productionum finis, & quanquam multi alij ſint termini excluſiui, iſte tamen vnus eſt ex illis. Et multũ moueor ego ex tacito conſenſu. Ad qd enim publicationi conſenſit, ſi intendebat teſtes producere? Fateor a tamen, q vbi ſup
a uenijſſet cauſa, veriſimiliter non cognita tempore conſenſus præſtiti, q petẽdo nouam dilationem poterit admitti, ſicut admitteretur ex cã poſt dilationem poterit admitti, ſicut admittetur ex cã poſt dilationem. l. oratione, & l. fi. ff. de ferijs, & arg. in c. licet, de prob. Nec erit timẽdum de ſubornatione, ex quo
7 certum eſt, teſtificata non didiciſſe. † Sed circa hoc dubitatur, quare timetur magis de ſubornatione poſt publicationẽ, quã primo, cum ſemper a principio potuerint partes ſubornare. argum. in c. ſicut. 3. eo. & c. licet, de prob. Sol. dic poſt Io. And. q ante publicationem non eſt tantus timor, cum pars veriſimiliter ſperet poſſe probare intẽtionem ſuam, vel aduerſarium defecturum in probando contra eum, ſed poſt publicationem de poſitionum, cum videat ſe ſuccubiturum, quia non probauit, vel qa aduerſarius plene ꝓbauit intẽtionẽ ſuã, facilius inducit ad teſtium corruptionem, cum videat ſe deſtitutum omni ſpe. Item ante depoſitionem non poterat aliter prouideri, cum neceſſario teſtes eſſent producẽdi ad inſtructionem cauſæ, & practicam publicandi depoſitiones, vide per Spec. & Io. And. in ad ditio. co. tit. §. ſatis vtiliter, in prin. ver. eſt practica. Satis tamẽ eſt ſeruari, quod ſup. dixi, ſecundum Bar. Sed nunc quæro, quæ dicantur noua capitula, ſuper quibus teſtes produci poſſunt, publicatione non obſtante. Aduerte, quia ex iſto tex. & ex prin. huius glo. pen. colligũtur tres ſpecies capitulorum, ſeu articulorum. Quidam ſunt articuli omnino noui, quidam noui dependentes tamẽ ex veteribus, quidam antiqui. Adde alias duas ſpecies, quæ colliguntur ex tex. & gl. cle. 2. eo. ti. Nam quidam ſunt articuli directe prioribus contrarij, quidam indirecte contrarij. Et vt tu iuuenis intelligas, ſcias, q capitulum & articulus capiuntur in materia noſtra, vt ſynonima, idẽſt idẽ ſignificãtia. Et dr articulus pars intentionis, continens aliquid, quod pars gbat re intendit. Hoc probatur in c. 2. eo. tit. lib. 6. iuncta gl. in verbo, articulis, & ſuper huiuſmodi articulis producuntur teſtes. Exẽplum, volo probare, q beneficium S. Petri pertinet ad me, facit ſic articulos, vt teſtes ſciant explicite & directe respondere, ac ꝓcludere intentionem meam. Primo pono, q prãs conferendi beneficium S. Petri ſpectat de iure ad talẽ prælatum. Itẽ q prælis prælatus erat in poſſeſſione ꝓferẽdi tali tpe. Item, q eodem tempore vacabat illud beneficium p mortẽ talis. Itẽ q ille prælatus mihi tunc contulit. His articulis, ſeu capitulis, probatis, fundata eſt intẽtio mea. Et idẽ dic in reo, quoad fundandam ſeu probandam exceptionem ſuam, vt puta, reus vult probare in caſu præſcriptionis tibi non cõpetere ius in illo beneficio. Articulabit enim ſic. Primo, q collatio bñficij S. Petri pertinet ad eum. Itẽ q ille ꝑlatus, qui aduerſario meo contulit, non erat tunc in poſſeſſione conferendi. Item q erat excõicatus, & c. Iſti ſunt articu
8 li, ſeu capitula, de quib. fit mentio in text. noſtro. † Venio ergo
b ad primum ſcilicet, qui dicantur articulib omnino noui, ita q non uiter dic, q illi, q ſunt oĩno impertinentes in cauſa, ita q non concludunt, nec coadiuuãt intentum articulantis, & ſuper his non

ADDITIONES.

a Fateor. Quod ex cauſa de nouo ſuperueniente poſſint teſtes produci poſt publicatas atteſtationes, tenet Ang. & Mod. in l. admonendi, ff. de iureiur. quæ licet loquatur in inſtrumentis nouiter repertis, habet etiam locum in teſtib. & alijs probationibus. Idem tenet Pau. de Caſt. in l. oratione, ff. de fer. Bal. in conſi. 335. inci. ſuper eo, quod quæritur, in 5. parte, & in l. 1. col. j. ver. 4. quæro, C. de cond. indeb. & in l. mancipiorum, ff. de optio. leg. & hanc opinionem per infinita Mar. Bon. in l. 1. §. ſi quis vltro. col. 1. ver. item alio casu, ff. de quæſt. Seb. Sap.

b Quis dicatur omnino nouus articulus, vide per Spec. in titu. de teſte, §. ſatis vtiliter, ver. an autem, & adde, quod licet ſit renunciatũ productioni in cã, ſi reus facit capitulum quomodo actor eſt filiusfam. & dicit iudicium nullum, quia litigauit ſine conſenſu patris, ſuper hoc producere poterit teſtes, quia hic eſt nouus articulus, ita dicit Spec. in tit. de actore, §. 7. in 22. colum. ver. quid ſi poſt quam. Item quis dicatur nouus articulus, vide per Bal. in l. per hanc, C. de temp. ap.

Qui dicantur articuli noui, ultra ea quæ habentur per Bar. in l. per hanc hic alle. vide per Bal. in add. Spec. in tit. de app. in ver. nouum, & in ver. egi contra colonum, & in marga. eiuſdem Bal. ad Inno. in ver. articulus, & quando dicantur plura capitula, ſeu plures articuli, vide Bar. in l. Aurelius, in §. ſi ſæ quæſiuit. ad fi. ff. de lib. leg. & Bal. in l. 2. in 2. col. C. de re iudic. & adde, quod ſemper capitulorum copia eſt danda parti, ut poſſit opponere de impertinentib. & non admittendis, tamen etiam ſi non detur, non irritatur proceſſus propter hoc, vt per Bal. in dicta margarita ad Inno. in ver. 1. & in verſic. terrogatoria, & in l. 2. in 2. col. C. ut li. pen. & hr per Inno. in c. inter, de probcan. & quæ differentia ſit inter poſitiones, articulos, & capitula, vide per Bal. in l. generaliter, in §. ſed iuramẽto, C. de reb. cre. & vide no. in c. præſentib. de teſti. lib. 6. & per Alex. in l. inter ſtipulantem, in prin. ff. de verb. obl. & vi de per do. Ant. in c. ſi de confeſ. et per Ioan. And. in c. cum in poſſeſſionibus de iureiur. lib. 6. Ant. Fran.

nõ admittuntur teſtes, ſiue aliorum ſint publicatæ depoſitiones, ſiue non, quia non debet quis admitti ad probãdum, quod probatum non releuat, de offic. delc. c. cum contingat, & l. ad probationem, C. de proba. ideo iudex à principio debet corrigere, & etiam delere poſitiones & articulos impertinentes, vt
11 no. glo. in c. 1. de confeſſ. lib. 6. Secunda eſt ſpecies articulorum dependentium tamen ex antiquis, & qui ſunt iſti, lo an. And. proſequitur per exempla: Domi. Anto. hic late, & gloſ. & Barto. in l. per hanc, præal. Sed breuiter concludo, quod ſunt illi, qui fundant, ſeu coadiuuant intentionem articulantis in ea dem cauſa de nouo formati. Exemplum in c. cum Ioannes, de fide inſtrume. oporteret tamen, quod ſaltem tacite non comprehenderentur in articulis antiquis, quoad neceſſitatem facti & probationis. Debes enim ſcire, vt fuit de mente Innocen. & Ioan. And. hic, & magis explicite per Barto. in d. authen. at qui semel, de probatio. quod quædam tacite includuntur ſub prioribus capitulis ſeu articulis quoad neceſſitatem facti & probationis. Exemplum quando articulatur ſuper tali præſcriptione, quæ de neceſſitate requirit titulum, vt puta, ſi dico, quod præſcripſi rem contra ius commune, vt in c. j. de præſcrip. lib. 6. vel contra priuatum me præſcripſiſſe 10. annis, licet enim explicite non fuerit in articulo mentio facta de titulo, intelligitur tamen tacito quoad factum, & quoad onus probandi, quia alter non eſſet præſcriptio, nec obtinuiſſet articulans; & hoc caſu poteſt ſuper titulo de nouo, articulari, quia in effectu poteſt dici antiquum capitulum. Et hoc in effectu voluerunt hic Imo. & Ioan. And. per multa verba, & pro hoc Authent. de te. §. quia vero, in verbo, additamento. Quædam comprehenduntur ſub priori articulo de neceſſitate facti, ſed non de neceſſitate probationis. Exemplum: articulaui, q mutuaui tibi centum, de neceſſitate facti ineſt tempus, quia oportet, quod mutuum ſit factum in tempore, ſed non ineſt de neceſſitate probationis. Poteſt enim probari mutuum, abſque tempore. l. teſtiũ, C. eod. iſto caſu admittetur, publicatione depoſitionum nõ obſtante, articulus ſuper tempore, & noua probatio ſuper eod. facitur optime c. ex tenore, inf. eo. ſecundum vnum intellectum, & dicite hæc ſenſerunt Inno. & Ioan. And. hic. Quædam ſunt, quę non comprehenduntur de neceſſitate ſub prioribus, poſſunt ta men comprehendi, & non comprehendi, vt aliquæ qualitates, quæ poſſunt adeſſe, vel abeſſe circa contractum. Et iſto caſu poſſunt fieri ſuper illis comprehenſibilibus noua articulatio, & no productio, argum. in c. veniens, inf. eod. † Et ex hoc deciditur quæſtio, quam ponit hic Io. And. & dicit eam fuiſſe D. Boati. de Mantua. Contra ſententiam, vel collationem opponebatur excommunicatio iudicis vel executoris, qui præbendam contulerat, vel ſententiam tulerat: ſuccubuit excipiens, quia non probauit illam excommunicationem publicam, iuxta ea, quæ leg. no. in c. ad probandum, de re iu. appellauit, & in cauſa appellationis formauit capitulum ſuper publicitate excommunicationis, quæritur nunquid debeat admitti. Dicit Boat. in q. facti dubitabilis obtentum, quod non, quia non eſt nouum capitulum, ſed idem cum priori primo inſufficienter, & indiſcrete propoſito. Hoc non placuit Ioan. And. ex quo qualitas publicationis non fuit deducta in priori articulo, ſicut videmus in ſimili, quod admittitur ad probãdum ſe fuiſſe canonice electum, qui prius probauit ſe electum, inf. eo. c. veniens. Poſſet tamen ad illud c. reſponderi, quod prima probatio fuit ibi facta in ſummario. & ad aliud agebatur poſtnodum, vt ibi dicitur in text. Dat tamen Io. And. hic aliud exemplum. Nam qui probauit rem valere vltra 10. admittitur poſtea ad probandum quantum valuit vltra. Idem eo. c. cum cauſam, & qui probauit iniuriam, probat eam neceſſariam. inf. de of. deleg. c. 1. lib. 6. Fatetur tamen Ioan. And. q male fecit iudex recipiendo probationem exceptionis, quę nõ admittere exceptionem in genere, quando quælibet generalis non includit intentum excipientis, ne vagetur cum iniuria alterius, vt c. vt quis duas, de ele. lib. 6. & l. prætor, ff. de cap. Hanc determinationem ſequitur do. Anto. dicens, quod licet articulus ſecundum ſubiectam, materiam vt obſtet, deberet intelligi de excommunicatione publicata; tamen articulus non declaratur à natura ſubiectæ materiæ; ſed intelligitur ſecundum ſubiectam, vt iudici proponitur, ideo ſi pono de excommunicatione, non intelligitur de qualificata, licet hoc velit ſubiecta materia. Ad hoc c. in præſentia, de proba. vbi articulus, q erat minor annis, non intelligitur de minori 14. licet hoc ſpectet ſubiecta materia. † Idem dic, vt elicitur ex theorica Bar. ſup. q dictæ quaeſtiones, quę nõ includuntur ex neceſſitate facti, licet poſſint includi, non videntur deductę: vnde appellatione excommunicationis neceſſario non includitur qualitas publicationis, licet poſſit includi. Et per hoc aperit intellectus ad multa in hac materia. Et ſic faris per predicta declaratur tertia ſpecies articulorum, videlicet qui dicãtur articuli antiqui, cum enim noui, & antiqui ſint contraria, declarato vno ex contrariis, remanet declaratũ

aliud. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. Dic ergo breuiter antiquos articulos eſſe, qui explicite comprehendebantur in prioribus. ſuper quibus teſtes fuerunt producti, & publicati. Idẽ ſi comprehendebantur, implicite quo ad neceſſitatem facti &
11 probationis, vt patet ex prædictis. † Quarta ſpecies articulorũ, quando ſunt directe contrarij, vt ſi primo fuit capitulatum de legitimitate nũc publicatis atteſtationibus, volo capitulare de illegitimitate, vel primo de minori ætate, nunc de maiori, primo de ſana mente & nunc de inſana, & ſimilibus. Et in iſtis dic, quod non admittuntur regulariter tales articuli publicatis atteſtationibus, vt ſup. dixi etiam in cauſa appellationis, quia ſub eſt timor ſubornationis, vt in d. clemen. 2. & hic, & no. Bart. in l. per hanc. Hoc limita, niſi aliquid de nouo addatur, per quod tollatur timor ſubornationis, ſaltem preſumptiue, vt puta, quia corrupti falſa dixerunt, vel quod doloſe, puta odio, vel amore, vt in cap. licet, de probat. no. glo. in clemen 2. infra eod. tit. facit lex, nec exemplum, C. de falſ. Nam non poſſum probare, quod falſa dixerint, niſi probem directe contrarium eorum, quæ dixerunt. Sed quia addo qualitatem corruptionis, vel odij, tollitur illa præſumptio ſubornationis, cum hoc ſit nouum capitulum, & idem dic in ſimilibus. Et per hoc poteſt ſaluari vnus intellectus, qui datur ad cap. ſeries, infra eod. vt publicatis atteſtationibus admittantur teſtes ſuper directo contrarijs, quando cum teſtibus producitur inſtrumentum publicũ. Ex quo enim concordat inſtrumentum, tollitur præſumptio ſubornationis teſtium. Sic etiam ſalua dictum notabile Innocen. in cap. cum clamor, infra eod. & ſentit glo. in cap. ex tenore, eo. tit. vt publi-
a catis, a atteſtationibus, admittantur teſtes ſuper eiſdem, quãdo veniunt ad coadiuuandum priores teſtes meos, vt ſi probaui p duos teſtes intentionem meam, tu probaſti contrarium, poſtero poſtea plures teſtes producedere, quia non eſt, quid imputetur, ſi plures non produxi, cum eſſem confiſus de duobus. Vnde non eſt preſumptio, quod alios velim ſubornare, cum concordent cum prioribus productis ante publicationẽ, quod no. Vltima ſpecies articulorum eſt, quando ſunt indirecte contrarij prioribus, & tunc in dubio admittitur probatio indirecte contraria, vt in capitu. ex tenore, infra eodem. & notatur ind. clemen. 2. Sed oportet intelligere, ſecũdum quod plene nota. in d. capit. ex tenore, ſcilicet quando ante publicationem pars aduerſa non potuit inſtrui ſuper probatione directe contraria, quia articulus fuit generaliter productus, ſed teſtes ſpecifice de
12 poſuerunt. Quod declara, vt plenius ibi dicetur. † Omnia prædicta limita, vt ſuper nouis articulis liceat teſtes producere, q̃ teſtes fuerunt primo producti ſuper certis capitulis. Si autẽ nõ fuerunt editi certi articuli, ſed ſimpliciter ſuper tota cauſa fuerunt producti, & ita iurauerunt, non poſſunt poſtea iterum pro duci, quia non poſſunt dici noua capitula, ex quo comprehenduntur in petitione, ſuper qua teſtes generaliter fuerunt examinati, vt patet ex rationibus prædictis, & ita voluerunt hic communiter Doct. & Bar. in d. auth. at qui ſemel, C. de probat. & per hoc ſatis declarata eſt materia huius c. Alia, quæ tanguntur hic
13 per aliquos, dicentur in locis ſuis. † venio nunc ad glo. fin. quę ponit quinque capitula iuranda per teſtes. Dicit Ioan. And. q additur ſextum capitulũ de facto, ſcilicet, quod ſecrete teneant dictum ſuum, vſque ad publicationem, & per hoc vide bo. tex. 4. quæſtio. 3. cap. ſi teſtes, §. qui falſo, vbi dicitur iudicem debere punire eos, qui partibus prodiderunt ſua teſtimonia, ſcilicet ante publicationem, & vide hoc in Spec. eod. tit. §. ſequitur. Et aduerte qualiter debent iurare b teſtes, debent enim iurare teſtes,
b tactis euangelijs, vt eſt tex. in cap. hortamur, 3. qnæſtio. 9. Et idẽ fere

ADDITIONES.

a Publicatis. Adde generaliter, q poſt publicatas atteſtationes, non impeditur productio aliorum teſtium, quando non producuntur teſtes ad nouam probationem, ſed ad declarationem retro agitatorum, vt tradit Bal. in l. bonæ fidei, C. de reb. cre. & in c. 1. §. ſi enim domino, col. 3. quid ſit inuestitura, in vſib. feud. Alex. in apoſt. ad Bar. in d. auth. at qui ſemel, do. Ant. in c. ex tenore, in fi. inf. eo. Seb. Sap.

b Iurare. Qualiter habeat iurare ille, qui vult teſtificari, vide per glo. in l. iuſurandi, ff. teſtib. & adde hic vnum ſingulare verbum Arch. in c. nullus laicus, 2. q. 7. quod refert do. Ant. in c. conſtitutus, vlt. circa prin. de appel. Et adde hic do Ant. in c. cuis, in pen. col. uer. quæro an aliter, inf. eo. vbi ponit cõplures ignotos modos, quib. teſtis adſtringitur ad veritatem dicendam, aliter, quãper iurm. Sed eius dicta ibi improbat Ab. per tex. in c. hortamur. 3. q. 9. qui requirit tacturam Euangeliorum, niſi aliter dictet conſuetudo. Et qualiter dẽat iurare iſte teſtis, ponit Io. And. in ſua ſummula de teſt. in uer. quomodo teſtes debeant iurare, & uide Arch. in d. c. nullus, in fi. 2. q. 7. ubi dicit quod vltra ea, quæ continẽtur in hac gl. teſtis iurabit aliud capitulum, videlicet quod nettri parti manifeſtabit dictum ſuum, antequam fuerit publicatum, & alle. c. vltra tertiam. inf. eod. & l. qui falſo, vel varie ff. de teſt. & ita dicit tenere Hoſt. hic, & uide Bal. in l. presbyteri, C. de epii. & cle. cir. prĩ. ubi ponit formam iuramenti teſtium. in uer. quarto no. &c.

Circa hoc, quod teſtis dẽat iurare, & qualiter. Dicas, quod teſtis dẽt iurare in iudicio, alias non probat l. 3. in §. Sabino, & ibi gl. vnica, ff. de teſt. dẽt iurare in manu iudicis, non aũt notarii, niſi de commiſſione iudicis, ita Bart. in l. ex lnia, ff. de teſt. tut. & Bal. in l. iudices, C. de fi. inſtru. in no. cum non dicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur testis iurasse, nisi iudex intelligat & approbet eius iusm, saltem tacite, sm Bal.in d.l.fi.in 1.col.C. de compen. & debet iurare dicere puram & meram veritatem, ita Bal.in c.1.in 3.col.in uersi. no. formam iuramenti, in tit. Si inter do. & val.lis ori. in vii.feud. & nihil potest addere vel immutare, qđ fit, ut in c.cum dilectus, & ibi Innoc.ad fin. de accu. Et debet iurare dicere veritatem super tota causa, non solum super articulis productis, vt no.Inn. in c.per tuas, hoc eo.tit.& no.Bar.& Bal.in l.si duo patroni, in §. idem Iulianus, ff.de iureiur.& ideo dixit gl. quam ibi etiam Bar. sequitur.& Bal.in authen.sed iudex, C.de epis.& cle. quod testis debet deponere, & interrogari per iudicem super tota cā, in qua debet testificari pro vtraq; parte, quod etiam uoluit Bal.in l.2.in 1.colum. C.de eden.& in addi.Spe.in tit.de teste, in §.fi.uer.testis productus, & uide per Alex.in l.2.in pe.col.ff.de iur.om.iu. Ant.Fran.

fere dicendum in iuramentis omnibus quæ deferuntur a iure, de quo vide gl.no.in clemen.1.§.porro, de hæret.quę etiam no. dicit, quod hodie apud Italicos de consuetudine receptum est, vt sufficiat tangere quamlibet scripturam, quod bene no. Cessante autem consuetudine, non videtur valere actus, vbi ius pro solemnitate exigit tactu ram Euangeliorum, si prętermittitur. vide de hoc glo.no.in c.vt circa, de elec.lib.6. Iuramentum tamen de se est validum sine tactura, vt in c.& si Christus, de iureiuran. vide glo.22.quęstio.1.in sum. sed tactura, maxime Euangeliorum, exigitur ad maiorem terrorem & quia magis peccat transgrediēs, quoniam tanto magis peccat quis, quanto super sanctiori re fit iuramentum. 22.questio.1. cap.mouet.& no.Innocen.in cap.& si Christus, de iureiur. An autem in dubio præsumatur testem attigisse scripturam: b cum in actis dicatur solum quod iurauit. Ioan. And. remittit ad no. per se in Spec.eod. tit.§.sequitur, super ver.& not.& ibi in effectu concludit, quod sic. propter authoritatem notarij, & iudicis, & taciturnitatem partis non opponentis. quod satis placet ar. eorum. quæ no. Innocen. in cap.1. de clerici pere.& c. innotuit. de eo, qui fur. or. su. & per Barto. in l. The[illegible]mpus, ff. de do. præ. & l. sciendum. ff. de verborum obligatio.

a Cessante. Vide Alexan.l.3.§. iurari, ff. de iurciu. Abb. in c. laudabilem, de frig. & malefi. Bal. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & Corsin repetit. de iureiu. Seb. Sap.

b Scripturam. Si apparet de iuso testis, utrum præsumatur de tectura. Et adde Bal. in c. constitutus, inf. eo. in 2. col. uersi. sed depone, quod in actis, ubi dicit, quod si notarius scripsit, Talis iuratus deposuit, non solum præsumetur iurm, sed qualitas iuramenti. Et uide Bal. in l. si. C. si ex fal. instr. ubi dicit, qđ præsumitur qđ testis iurauerit corporaliter, tactis scripturis per locū a consuetudine generali. super hoc tamen remittit se ad no. in c. ut circa, de elec. in 6. & idem quod dicit hic do. Ant. in 41. colū. repetit in c. tuis, in 2. col. inf. eo. Item ad hoc facit, quod not. Ro. in l. sciendum, in 7. q. fi. de uer. ob. ubi dī quod si repertur partem iuraſſe, non præsumitur ex hoc delationem aduersarij præcessiſſe, & ita dicit tenere Bal. in l. ait prætor, in prin. ff. de iureiu. per doctrinam Innocen. in cap. innotuit, de eo, qui fur. or. su. Item ad hoc facit quod no. do. Ant. in c. sicut, in 5. col. uer. ex his decidit ur, quod si instrumenta, inf. eo. de re iud.

Adde an si scriptum reperiatur, Titius iuratus deposuit, præsumantur omnia solemniter acta, Old. consi. 323.

SVMMARIVM.

1 *Testis iurans de non testificando contra aliquem, non ligatur iuramento.*
2 *Testes an possint produci post publicationem, per restitutionem in integrum.*
3 *Iurans alicui non reuelare secretum, si producitur in testem, debet reuelare, & non peccat.*
4 *Subtrahens probationes aduersario, an debeat perdere causam.*

CAP. XVIII.

ENtimauit. Qui iurauit testimonium non dicere, testificari compellitur, si attestationes publicatæ non sunt. hoc dicit. In prima parte conquestio. In secunda prouisio, ibi, ideoque. Casus literal. Quidam R. nomine habebat causam cum V. clerico. idem V. suum capellanum, & alios quamplures iuramento astrinxit, cp contra ipsum V. prædicto R. non ferrent testimonium, nec consilium, vel auxilium præberent eidem, vnde dictus R. conquestus fuit dom. Papę. Mandat Papa, cp si testimonium illorum testium productorum non est publicatum, nec abrenunciatum testibus, iudex recipere non postponat illos, q
1 sunt iuramento astricti, & alios, si necesse fuerit. Ber.† Not. 1. cp
a iuramentum a præstitum de non præbendo testimonium, consilium, vel auxilium contra aliquem, non ligat iurantem, quominus productus in testem teneatur cōtra illum ferre testimonium. Ratio est, quia ferre testimonium est munus publicum, ad quod compellitur quis etiam inuitus. l. si quando. C. eod. & inf. tit. prox. per to. 11. q. 3. c. quisquis de cri. fal. c. 1. nō potuit ergo iste suo, capitaneo iuramento ab hoc onere se absoluere, argumen. c. si diligenti, supra de foro compet. & de hoc inf. latius. & idem dic respectu auxilij non præstandi, debet enim intelligi in dubio de auxilio iniusto, secundum Ioan. And. alleg. c. petitio, de iureiur. de his quæ fi. a mai. par. cap. c. 1. & inf. de excess. præl. c. graue. Secus dicit de auxilio iusto, puta fauore patrię, nō enim potuit iste se obligare contra dispositionem iuris, cū iuramentum non liget ad illicita, & contra ius, in c. quanto, de iureiur. No. 2. cp etiam testes, quos aduersarius nixus est subtrahere, recipi non debent post publicationem aliorum testium, vel renunciationem. Et no. cp sola publicatio ponderatur, & nō dicere testificata. facit ad ea, quæ dixi sup. c. prox. Opp. contra literam de contrarietate, in eo quod primo dicit, cp isti testes erant iuramento constricti &c. & postea præsupponit, cp iam deposuerant, vt patet ibi, Si testimonium eorum. Gl. j. metu cōtrarii exponit & bene, intelligendo ver. ideoque & c. de dictis aliorū testium, non istorum, qui iurauerant non testificari. Ex quo infert, cp si dictum aliorum testium fuisset publicatum, non reciperentur, nec isti qui iurauerāt, nec alij, vt satis colligitur ex tex.
2 † Sed aduerte ad mirabilem limitationem, quam ponunt hic Inn. Host. & Io. And. dicunt enim istos, qui iurauerant, non recipiendos, post publicationem seu renunciationem, de iure cō
b ex clausula generali, c Si qua mihi iusta cā &c. ff. ex quib. cau.
c ma. l. 1. bene recipientur, publicatione, vel renunciatione non obstante, maxime præstito a petente iuramēto, qđ hoc malitio-
se non

ADDITIONES.

2 Iusm. Vtrum ille, qui iurauit non testificari, possit propria authoritate venire contra illud iusm. Vide Spe. in ti. de teste, §. de testium compulsione, ver. qđ si quis iusto: vbi vī cōcludere, cp sit petenda absolutio a iusto ad cautelā. Sed Pet. de Anch. hic dicit, cp iusm ipso actu hoc casu apparet temerarium, nec expedit implorare absolutionem. & iltam partem teneo per tex. in c. continetur, il grande, inf. eo. vbi dī, cp tale iusm non tenet. Nec obstat tex. in verbo necesse &c. qui contrarium vī sentire, quia rīdeo, cp verba illa nō referunt ad illos testes, quib. delatum fuerat iusm, sed ad alios, quod innuunt. primā dicendo illi, quib. delatū fuerit iusm. q. a præsumitur, qđ detulerit iusm illos qui melius sciebat veritatē, ne veritas occultaret: merito illi prius sunt examinādi, vt in c. vī. qui mat. accu. poss. quib. examinatis, si postea vīsum fuerit necesse, etiam alii possunt examinari. & ista proprie mihi videtur mens Bar. ius decre.

Adde, an ille, qui iurauit non testificari, possit propria authoritate venire? iuramentum, quod voluit Old. de iurante non reuocare testamentum eius. consi. 160. & 127. & quod voluit de iurante non iurante fideiubere. c. 6. & quod voluit de Abbate iurante non creare monachos, consi. 97. Et an testis, qui iurauit aliquem tenere secretum, possit probare absque libro perri. uide do. Car. consi. 32.

An propria authoritate possit quis prætrauenire iuso temerario, quo iuramentō testificari, uel deponere in cā. Dicas primo qđ iusm temerarium non pellit testē a testificando, uel ab accusando, neque ex tali iuro inducit infamia. ita Spec. in tit. de teste, §. 1. uer. item excipitur, qđ est infamis. Et per Inn. in c. intimauit, & in c. cōstitutis, hoc eo. tit. Et adde, qđ huic iuso de cā testificādo in cā, uel contra aliquem, non pōt contrauenire proprio authoritate, ut per Spe. in ti. de test, §. 12. in uer. quid si quis. & in ti. de excep. & replī. in §. 3. in ver. sed quid si gratia. Et an qui iurauit non reuelare secretū, si an si sit clericus, vel laicus, dicas, qđ reuelās credētias iuratas, non efficitur perjurus, si reuelat cū licentia eius, cui promisit nō reuelare, neque tenet ad pœnam. Ita Bal. no. in c. 1 in fi. de no. for. fi. in vfi. feu. sed si reuelat sine licentia dēt priuari suo offō, tex. est no. & ibi Bald. in §. credentia, in fi. de pa. Con. adde qđ reuelans secreta alicuius, tenet, & si ei damnū nō inferat. Bal. in c. 1. in ver. nota reuelationē, quib. mod. feu. amit. & tenet ei, cuius secreta reuelat, actione in factū ad interesse, & actione iniuriarū, si inuriat. Et quid si fiat. l. 7. §. sed & si quis. ff. ad leg. Aquil. & ibi per Flo. Et adde, qđ quis teneat secreta ex iusta cā, & si iurauerit non reuelare, puta si producat in testem, ut uoluit Inn. & do. Abb. in c. qualiter, il 1. de acc. & idē do. Abb. in c. facerdos, de off. ord. ubi dicit hoc esse uerum, & si fit facerdos, cui fit dicta in pnia. & non in confessione, quia si esset dictum in confessione, no posset illud deponere, ut testis, sed ut Deus, & ideo non deferet reuelare, & si fit vel Papa mendet, alias reuelans punitur per do. Ab. in c. dilectus, de excess. præla. & no. in c. ois, de pœ. & re. & per Spec. in tit. de prob. in §. probatio, col. 8. Et adde ēt, qđ reuelans factū iuratum in consilio, est periurus, vt per Bal. in l. nullam. in 1. col. C. de test. ubi ponit qūo probet factum esse in consilio, si est iurata credentia, de quo uide per Inn. in c. litteris, il 2. de præsumpt. cas tñ, qđ reuelans crimē læsæ maiestatis, ēt qđ iurauerit nō reuelare, peccat illud reuelare, si pōt probare, alias non, sc̄dm Bal. in consi. suo, qđ incipit quam allegata sint multa. & hī per Ang. Are. in tract. malefi. in uer. Che hai della tua patria, in 2. col. & si p ōt probare, & non reuelat, ipse tenet ex crīe læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad legē Iuliam ma. sed si reuelat, cū vīsus dignus, ut per Bar. in l. 1. in §. occisorum, ff. ad Syl. ubi dicit Ro. se cōcordare contra Bar. pro opin. Bal. in ciuit. Florentiæ. Ang. aūt in l. ff, ff. ad l. Pomp. de parricid. dicit se vidisse decapitari plures ciues, qui non reuelauerunt tradi ciuitatis suæ, & non fuerūt participes illius, & male, quia debuerūt reuelari, sicut filius sciens, & non reuelans patris mortē. Item dicit ibi Ang. Rom. in rep. rub. de arb. char. 8. col. vlt. Faciunt no. per Alex. in l. quidā, col. 5. ff. de iureiur. ubi dicit, quod ex clausula, Si qua mihi iusta cā &c. restituitur ad producendum instrumenta post sententiam, quando non misit negligentiam. Seb. Sap.

se non petit, ar. opt. in auth. eo. titu. §. quia vero multi. vbi dicitur, secundum eos, cp etiam post conclusionem admittuntur. & conclusio plus deberet impedire, quam sola renunciatio, ar quad idem. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. fin. & l. seq. Alij tamen dicunt hoc posse fieri solum per beneficium restit. in integ. speciale. de quo sup. de in integ. restit. per to. primum tamē dictum plus eis placet. Vel tertio, qđ hic dicitur de publicatis vel renūciatis, refertur ad illos testes, de quibus hic fit mentio, non autem ad istos iuramento dolose astrictos. Sed hoc vltimū non placet, quia est destruere hanc literam. Secunda vero solutio seu limitatio, est vera in se; sed procedit iure speciali in exclesijs minoribus, & similib. priuilegiatis. Nec restringo hoc beneficium in his testibus dolo subtractis, sed idē dico in alijs, legum. c. auditis, & c. 2. de in integ. rest. per quod dico hanc limitationem nō cadere hic. Prima limitatio, cp audiatur aduersarius ōbficio generali ex clausula, Si qua mihi iusta causa, &c. non placet mihi indistincte, sed distinguerem sic, cp aut ex substractione aduersarij fuit impeditus hos testes producere, ante renunciationem seu publicationem aliorum, puta quia interrogauit illos testes, an sciuissent aliquid in illa causa; & illi mali more, vt non producerentur, dixerunt cp non, quib. iste credens, consensit publicationi aliorum, vel productioni renunciauit; & tunc audietur per beneficium restitutionis, ex clausula generali, ex quo fuit certioratus de iuramento per eos præstito post confessum renunciationi, vel publicationi præstitū. hæc enim iustissima causa admittendi, tum maxime in odium aduersarij sui, alias reportaret ex dolo suo malitiam, contra c. & si necesse. de do. inter vir. & vxo. post diuor. resti. aut ante cōsensum publicationi seu renunciationi præstitum sciuit de hoc iuramē
2 to, & nihil dixit, vel non curauit eos producere; & tunc non auditur, quia non subest aliqua iusta causa audiendi eum; & sic procedit ista tex. simpliciter productionem post publicationē vel renunciationem prohibens; & sic limito hunc tex. & dicta Host. hic. Opp. 2. & videtur, quod isti qui iurauerant non deponere, non debent compelli, nec admittendi sunt ad deponendum, quia contra iuramentum proprium nemo debet compelli, vt c. debitores, & in cap. & si Christus, & c. quanto, de iureiran. Item si diceres iuramentum non valuisse, ergo isti iuran
3 do peccauerūt, & sic peccatum debet eos reppellere à testimonio, inf. eo. c. testimonium. Sol. glo. 2. ponendo duas lec. ad tex. primā, quod isti, testes compelluntur deponere super principali, sed solum ad detegēdum illam fraudem aduersarij, & hoc innuit tex. in c. peruenit, inf. tit. proxi. Hanc vltimam lec. tenuerunt hic Lau. Tan. & Vin. qui dicebant iuramentum seruandum, ex quo sine interitu salutis ęternę potest seruari, quia. Gotofredus aliter subueniri, illi cuius testes fuerunt corrupti. allegat 22. q. 4. c. fi §. vlt. Sed Innocen. & Ioan. Andr. communiter consentes, tenent primam lect. nam secundum vltimam lect. contra ponderasset Papa publicationem aliorum testium, quia non hæc fraus esset nouum capitulum, potuissent induci isti & alij testes, vt in c. iup. prox. & inf. eo. c. cum venisset. Item dico, quod de hoc est casus in cap. quia plerique, de offi. or. lib. 6. & c. dim. inf. de accu. & in c. constitutus, inf. eod. vbi denunciantur iuramento non teneri. & facit qđ sup. dixi in no. 1. †. Et pro hoc facit quod no. dicit Innocen. in c. qualiter & quādo, illi. de accu. vbi dicit, quod si quis iuramento promisit alicui non reuelare secretum a sibi dictum; si tamen producitur in testem, debet illud reuelare, quia, aut cogitauit istum casum, quando iurauit, & est illicitum iuramentum, ideo non seruandum. de iureiur. ca. quanto. aut non cogitauit istum casum, & non extēdit ad istum casum. 22. q. 5. c. humanæ aures. si tamen dixisset in pœnitentia, non tenetur illud reuelare, de excess. prel. c. dilectus. Aduerte tamen, quia tunc dicitur in pœnitentia dictum, quando quærebat salutem animæ; secus si causa lasciuiæ: sic no. Innocen. in c. omnis. de pœni. & re. tunc enim non tenet eum Dei. Fit ex hoc intellectu sic defensato, collige duo. primo, quod iuramentum temerarium non repellit a promotione. & cum do, quod licet quis subtrahat testes aduersario, non tamen per hoc debet perdere causam; alias frustra fuissent hic recepti testes super principali. Sed circa primum dic latius, quod isti temere iurantes non pœnituerunt, vt quia compulsi venirent ad testimonium, & admittuntur contra talem, qui eos ad iurandum induxit, quoniam ipse non potest contra hos recipere de hoc delicto, cum fuerit actor, & sic facile repellitur reconfessans. vxo. nec iudex debet hunc repellere ex officio, in
4 odium illius, qui hunc inducit ad iurandum, & vt dolus illius

b non noceat alteri parti, licet alias iudex b ex officio repellat testes indignos. ff. de post. l. quos prohibet. 2. q 7. c. si qui sunt, & cap. quærendum, & quod ibi no. fortius admittitur iste, si pœnituit; & sic intellige doctor. hic. Aut producuntur isti testes cōtra alium, & tunc repelli poterunt, si ipsos non pœnituit. argu. c. testimonium, inf. eo. Aut egerunt pœnitentiam, & admittentur tūc, tum quia modicum fuit delictum, tum etiam quia egerunt pœnitentiam. Et eandem distinctionem adhibes, cum qāritur, an temere iurans repellatur à promotione. ad hoc adduco bon. glo. 81. dist. c. 1. & tex. in c. testimonium. inf. eo. & ibi per
4 Hostien. & Io. And. † Circa ista quæritur, an debeant perdere causam illi, qui aduersarijs subtrahunt copiam probandi? Hic videtur tex. in argum. quod non. In contrarium facit c. peruenit, inf. titu. proxi. & sentit hic Innocen. in prima solutione. Sed circa hoc vide quod no. inf. eod. capitu. cum causam. in glos. in verbo, Compellas. & tex. in capitu. constitutis, il 1. infra eod. & quod in eis not.

ADDITIONES.

a Reuelare secretum. Vide quæ no. Ang. de Are. in tract. malefi. in ver. Che hai tradito la patria tua. vbi ponit de sacerdote, cui fuit sibi aperta proditio patriæ, an teneatur reuelare.

b Iudex. Index potest ex officio repellere testes indignos, & criminosos, licet pars non opponat. vnde gl. & do. Ab. & quod ibi notaui in c. nulli, de accu. Sed tu dicas quod illud dictum nō est omnino verum. Et ideo vide do. Ant. in hoc passu eleganter distinguentem in ca. bonæ, il 1. in 6. col. de post. præla. & plenius per eundem in c. cum dilectus, in 10. col. de consue. & per do. Abb. in c. cum causam, il 1. super gl. in ver. de causis, inf. eo. dum tractat de illo articulo, an testis teneatur repōndere iudici de proprio crimine. & vide gl. in c. alieni, 2. q. 7. & de ista quæstione vide per Ro. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. inf. Sed quod iudex ex officio possit repellere testem in habilem, tenet Bal. in d. l. quos prohibet. ff. de postul. & ad hoc alleg. gl. in l. j. §. fi præses, ff. de magist. conuen.

An iudex possit testem non idoneum ex officio repellere, etiam parte non petente, vltra Inno. hic videas Lanfr. in c. quoniam contra, in ver. testes, de proba. & est conclusio, quod sic. Quod tamen intelligę verum, si constat ex actis de inhabilitate testis. Ita Ang. notabiliter in Auth. de testi. in prin. & in l. si parēs, de inof. testa. & habetur per Bal. in l. j. in §. si curatores, ff. de mag. conuen. & vide gl. in l. 3. ff. de testi. & per Bar. & Ang. in l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infe. & habetur per Bal. in l. cum mulier, col. 24. ff. sol. ma. & per Ioan. An. in addi. Spec. in ti. de teste, in §. j. in vers. quid de domestico, & vide Alex. in d. l. 3. de testib. & habetur per do. Ant. in c. cum dilectus, de consue. quod adeo verum est, vt iudex ex officio possit repellere testem infamem, producta contra aliquem infamen, quamuis ille, contra quem producitur, non possit opponere contra testem de infamia, cum etiam ipse sit infamis, vt per Bar. in l. arenam. C. de inof. testa. & per Alex. in d. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. Seba. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel rescriptum contra solitum morem priuilegiorum, vel rescriptorum, est de falsitate suspectum.*
2 *Publicatio, vel renunciatio attestationum, non excludit probationem testiū circa noua capitula dependentia, vel circa antiqua, super quibus testes non fuerunt examinati.*
3 *Princeps concedendo motu proprio priuilegium, inscius de iure tertij, non videtur tertio præiudicare.*
4 *Motus proprius Principis excludit omnem surreptionem, & non aliud.*
5 *An sola commissio causæ, vel notificatio, vel citatio faciat rem litigiosam, ut priuilegium lite pendente ualeat, uel non ualeat.*

CAP. XIX.

CAusam. Publicatio, vel renunciatio testium in certis capitulis, non præiudicat volenti testes producere in alijs, h. d. quoad titulum. Habet enim alia dicta, quæ non faciunt ad titulum ideo illa non sumantur, sed inf. declarabuntur. Communis diuisio. secunda ibi. Iudicibus. Casus liter. Inter monachos de Martura ex vna parte, & Plebanum & clericos eiusdem loci ex altera, quæstio vertebatur, quæ fuit commissa quibusdam iudicibus, coram quibus testes fuerunt hincinde recepti, & renuncia tum productioni testium, & attestationes etiam publicatæ. Tādem monachi quoddam priuilegium impetratum lite pendēte produxerunt in medium, per quod iuri alterius partis, generari præiudicium videbatur. Iudices super hoc dubitantes, con suluerunt d. Papam super hoc scribit papa ipsis monachis, dicens, quod ipse mandauit iudicibus, vt recipiāt testes idoneos, qui producti fuerunt super alijs capitulis, si qua fuerunt alia ab his, super quibus testes recepti fuerunt, & eorum attestationes publicatæ, non obstantibus aliquibus capitulis nouiter impetratis per nuncios monachorum, quæ continentur in priuilegio, vel alijs literis sibi concessis, postquam causa ipsa eisdem iudicibus commissa fuit, quæ videbantur præstare impedimentū alteri parti, & causam ipsam concordia, vel iustitia mediante decidant. In fi. mandat monachis, cp priuilegium illud per nun cium suum, ad præsentiam suam transmittant. quia Florentinus episcopus significauit D. Papa, cp quædam capitula contra rationem erant ibi inserta. B. No. cp non solum in cā appellatio nis, possunt testes, pduci super nouis articulis, seu capitulis, publicatione vel renunciatione nō obstante, sed etiam in cā principali. De primo pater in c. fraternitatis. sup. eo. de secūdo patet

hic,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic,& in c.cum veniſſent, infra eo.Intellige prout dicetur in d. c.cum veniſſent.Secundo no. ibi:In hac cauſa &c.q priuilegiũ impertratum,lite pendente, non videtur omnino nullum,licet de lite pendente non faciat mentionem, ſed illi liti non præiudicat. Valebit ergo reſpectu alterius inſtantiæ,tamen iſte text. poteſt induci in contrarium, quia non dixit de inſtantia, ſed in hac cauſa: vnde licet inſtantia pereat per ſententiam , cauſa tamen eſt eadem,iuxta no.in c.1.de proc.lib.6. Sed vide quod latius circa hoc dixi in cap.fin.vt lite penden.& infra aliquid tan-
1 gam. † Vltimo tene ſemper menti hunc text. q priuilegium
a obuium,ſeu contrarium rationi, & cõtra ſolitum b curſum pri
b uilegiorũ,eſt de falſitate ſuſpectum, propter quod debet remit
ti vnà cum præſentãte ad Papam. & idem dic in reſcripto,vt in
c.2. de reſcrip. Non debet ergo ordinarius eſſe facilis in execu-
tione horum priuilegiorum, ſed conſulere Principem,& expe
ctare ſecundã iuſſionem. Vide tex. op. in c. ad noſtram,& in c.
porrecta, de confir.vti.vel inuti.facit c. cum adeo, cum ibi not.
2 ſup.de reſcrip.& c.in memoria. 9.diſt.† Quæro, de quibus capi
tulis intelligitur iſte tex.gl.1. ponit duos intellectus. Primus,vt
intelligatur de capitulis nouis, dependentibus tamen ex anti-
quis,iuxta ea,quæ dixi ſup. eo.c. fraternitatis.& ſecundum hũc
intellectum colligit,quod etiam in cauſa cõſultationis,poſſunt
teſtes produci ſuper nouis capitulis. Et dicit in cauſa cõſultatio
nis , quia iudices hic conſuluerunt Papam ſuper iſtis dubijs,de
quibus hic in text.dicit. Dic tamen, quod hoc non eſt multum
ponderandum, quia de hoc fuit facta conſultatio , & ſic perin-
de eſt,ac ſi cauſa non fuiſſet remiſſa conſuleda. Si enim viſis iu-
ribus partium, iudices remiſſent deciſionem cauſæ conſulen
dam per Papam;tunc non poſſent amplius produci ante ſentẽ-
tiam,quia talis relatio haberet vim concluſionis in cauſa,iuxta
no.in c.intimaſti,inf.de appel.& in l.1.& 2.C.de rela. Secundus
intellectus,ſecundum gl.eſt, vt intelligatur de capitulis antiqs,
ſuper quib. teſtes non fuerunt producti, & publicati. & hic in-
tellectus plus placet gl. & eũdem intellectum ſequitur hic Ho-
ſtien Sed Lau.& Tan.ſequuntur primum. Dic vtrunque intel-
lectum verum in ſe. Neutro enim, caſu obſtat renunciatio,vel
publicatio ad certa capitula reſtricta,vt ſupra dixi,& dicetur la
3 tius,infra eod. c. cum veniſſet.† Secundo,quæritur quare Papa
mandat hanc cauſam decidi, priuilegio alterius partis non ad-
miſſo , cum inſtrumenta poſſint produci vſque ad concluſio-
nem in cauſa.infra de fide inſtrumen.c.cum dilectus.Gl.2.taci
te reſpondetquia fuit impetratum non facta mentione de lite,
ex quo colligit non valere priuilegium lit. pend. impetratum.
c Idem c tenet Hoſt. ſi proprio motu Principis priuilegium eſſet
conceſſum, vt non præiudicet parti aduerſę. Si autem priuile-
gium nil noui concederet in præiudicium aduerſarij, tunc be-
ne valeret,ſecundum Tan.& Goffred.Et no.bene ex hoc dicto
Hoſti.q princeps, concedendo motu proprio priuilegium,in-
ſcius alterius iuris,non videtur velle illi præiudicare,facit capit.
ſuper eo.de offic. delega.& l.2.§.ſi quis a principe.ff. ne quid in
4 loco publico † Ad idem vide bonam gl. in cle.ſi Romanus.de
d præben. quæ dicit,q motus proprius excludit duntaxat ſurre-
ptionem,nec aliud operatur vltra intentionem ſcribentis,& ſic
non validat gratiam contra intentionem ſcribentis, & vide p
Ioan.And.in c.ſi motu proprio,de præben lib.6.& per dom.de
Ro.dec.45.& aliquid dico in c. cum dilectus, de iure patro.De
intentione autem principis in dubio non eſt velle alteri præiu-
dicare, non certificatus de iure illius: vide tamen quod dicam
5 in ſeq.gl.† Gl.in verbo,commiſimus,colligit q poſtquam cau-
c ſa eſt commiſſa,e iudicibus, res videtur eſſe litigioſa, ita vt non
valeat priuilegium poſtea impetratum. & hoc tenuit Lau.Ho-
ſtiẽ.vero dicit hoc poſſe procedere præſentatis literis commiſ-
ſionis.infra de app.cap. ſuper eo.il 2. & citatione ſecuta. arg.de
offic.deleg.c.gratum. vel ſaltem poſt notiam aduerſarij. de ap.
c.meminimus.& de ali.iud.mu.cauſa fac. c.1. Ioan.Cald.vide-
tur ſimpliciter ſequi gl.vt ſufficiat ſola commiſſio ſine notitia
literarum,& ſine citatione,per cap.cum olim,de re iud.D. An-
to. diſtinguit, q ſi agitur prorſus de nullitate reſcripti ex vitio
ſurreptionis,ſufficiat ſola commiſſio cum notitia abſque cita-
tione: ſi vero agitur de nullitate reſcripti ex vitio pendentis li-
tis,tunc exigitur citatio,vt in clemen.2.vt lit.pendẽ.de quo per
Ioan.And. in c.1.de priuileg lib.6. Ego diſtinguerem ſic, q aut
priuilegium præiudicaret ei, cui Papa ſciebat veriſimiliter præ
iudicaturum,& tunc non corruit aliquo caſu ex vitio ſurreptio
nis,non obſtante q proceſſerit commiſſio in forma iuris,quia
ſi Papa

b Solitum.Iſtam gl. allegat notanter do. Ab.in c.ex parte il 2. cir.fi. de of.dele.
eo. modo, quo ipſe appellat.Et hic eam appellat ſingularem do.Ab.dicens
eam probare, q de eo quod priuilegiũ continet aliquid contra curſum pri
uilegiorum præſumitur falſum.Ad idem ego alie. tex.in c.ex parte de cap.
mona.Imo dico,q ex iſta præſumptione, q in priuilegio ſit clauſula incon
ſueta,poterit puniri, de falſo. caſus eſt ſin.in d.c.porrecta.de cõſtr.vtil. vel
inu.Et vide do.Ab.in c.ex parte.il 2.cir.fi.de of. dele.Itẽ ſi priuilegiũ,vel re
ſcriptum in modo narrandi, habet ſtylum inconſuetum,præſumitur falſi,
tex.eſt in c.quam graui, de cri.fal. Et ſi inſtrumentum habet clauſulas incõ
ſuetas.præſumitur de falſo contra notarium,gl.eſt no.ſecundum Bal.ibi in
l.ſi ſub conditione.ff.de cond.inſt.ad quod do.Pet. de Ancha.ffic ponderat
hanc gl.Et ſcias,q in dubio quando aliquid obtinetur contra ius cõmune,
illud in dubio intelligitur ambitioſe obtentum, gl.eſt no.in c.ſi.de translat.
epi.quod eſt verum, quando obtinetur ad poſtulationem, ſecus ſi motu p
prio,vt dicit Bal.in l.cum de conſuetudine.ff.de leg.vbi dicit,q ſi notarius
rogatus eſt, vt conficiat inſtrumentum intelligitur licito & cõſueto modo,
quia inſolita ſunt ſuſpecta,ut no.in l.6.de cond.inſti.
An ex clauſulis inconſuetis reddatur inſtrm ſuſpectũ de falſo, & dicas, q
inſtrm, uel priuilegium eſt ſuſpectum de falſo, ſi in eo deficiunt ſolemnita
tes requiſitæ,ſecundum Bar.in l. nulli.C.de non nume.lib.12.vel ſi eſt lite-
ra noua in charta raſa,vel antiqua, vt per Inn. in c.cum Ioannes.de fi.inſtr.
& per Bal.in l.ſi veritas.C.de fideicom. Reſultat etiam inſtrumẽs ſuſpectũ,
ſeu priuilegij ex interlineari ſubſcriptione, & raſura.l. ſi vnus. & ibi Bal.C.
de teſta.& per Spec.in ti.de inſtr.edi.§.poſtremo. ver.item excipitur,quod
eſt vituperatum.& per Alex. in l.ſi. C.de edicto diui Adr. tollen.Et adde
quod inſtrm, ſeu priuilegium redditur ſuſpectum ex perſona ſcribentis,vt
ſi ſcribens eſt perſona vilis,quod adeo verum eſt, quod ſi ſcribens eſt con-
demnatus & priuatus officio, non poteſt fideiuſſione ſuaari,etiam vna te-
ſtium depoſitione,ſecundum Bal.no. in l.iubemus. in fi.C.de prob.Et que-
bus modis reddatur inſtrm ſuſpectum, & quib. caſib. teſtis contra illud no
admittatur,& quot teſtes contra illud admittantur, vide per Spec.in ti.de
inſtru.edi.in §.8.Et an ex clauſulis inconſuetis inducatur ſuſpicio falſitatis
inſtrumenti, vel priuilegij. dicas quod quemadmodum conſuetudo poteſt
derogare ſolẽnitatibus inſtrumenti,ita clauſulæ in conſuetæ apponitæ red-
dunt inſtrumentum ſuſpectum, vt per Inn.in c.1.in vlt.col.in ver.item no.
quid ſi priuata ſcriptura, de ſi.inſtr. & per Bal.in marga.ad Inn.in ver.con-
ſuetudo.in verſic.2. & vide etiam,quæ habentur, & no.in l.Barbarius.ff.de
offi.prætor. Ant.Fran.
Adde quod operetur motus proprius Ro.in cõſ.337.Et an notarius debeat
apponere clauſulas conſuetas, vide Alex.conſi. 27.& 88.1.lib.
De clauſula motus proprii,dicas, quod illa nõ tollit effectũ perſonæ,gl.eſt
no.in cle.ſi Romanus, in ver.quantuncunque , de præb.nec operatur extra
mentem concedentis prius declaratam.no.Io.And. in c.cum dilectus, de in
re pat.& vide do.Ab.de effectu huius clauſulæ, in c.cum olim, in fi.col.de
re iud.Car.in d.cle.ſi Romanus , & in cle.2.de præb.vbi dicit,q tollit ſur-
reptionem,ſed non ampliat gratiam, nec operatur in his,quæ non fuerunt
poſita.vide do.de Ro.in dec.335.in no.vbi dicunt, quod motus proprius non
poteſt probari per teſtes.de quo per Alex.in l.3. in prin.ff. quod quiſq; iur.
& vide Card.in cle.2.in 4.q̃.de offi.ord.vbi dicit,quod facit præſumptio
nia rite facta per partem, & uide de materia in c. ſi motus proprio.de reſcri.
in 6. Ant.Fran.
c Idem.Aduertenam ſi uellet aliq̃n princeps præiudicare,non poſſet,quia
Princeps,non poſſet res alienas uendere, uel obligare,gl. eſt ſin.in l.1.C.de
fiſcon.conſue.cir.med. gl.magnæ. Hinc eſt,q̃d q̃n princeps,uel ciuitas facit
legem,quæ ſolũ concernit ſingulares perſonas,non ualet, obſtante excep-
ptione doli,quæ põt opponi.l.1. in fi.ff. de excep.do.& ita tenent Canoni
ſtæ in c.cum oẽs.de conſti.& Abb.in rub.Bar.in l.oẽs populi.in 5.q̃ princ.
de iuſt.& iu.& ẽt Bar.in l.ſi.ff.de ap.reci.do.Alex.& Ang.in l.2.ff.q̃d quiq;
iu.Bal.in l.quiſquis.C.quorum ap.non reci. ubi notabiliter determinat q̃d
ſi ſtatutum, uel cõſtitutio eſſet generalis quoad uerba, ſed quoad effectum
ſpecialis, non ualeret. Facit ad hoc id,quod iuſt Per. de Ancha.in c.cum
ſtatuta.de conſtit. ubi concludit, quod ſtatutum ciuitatis Spoleti,quamuis
generale quoad uerba, quia tantum reſpiciebat moiendina, quæ habebat
ibi Archiepiſcopus,non ualet,& illud ſequitur Alex.in conſi.209.in 2.uol.
Ber.Forc.
An ualeat lex facta a principe,uel ciuitate, quæ concernit ſingulares perſo
nas,dicas q̃d leges dẽt eſſe gẽales,iuſtæ,honeſtæ,& poſſibiles,ut in c.cum
aũt lex 4.diſtin.& dicit Anius Gallius lib.9.c.20.q̃d lex eſt generalis iuſſio
principis,ſiue gẽalis iuſſus populi,rogãte magiſtratu factus. & inde no.
xi.per Ang.Are.in §.ſed & quod prin. Inſt. de iure natu.ideo dicebat Bal.
l.tam mandatori.in 3.col.C.de non nu.pe.quod lex edita de certa perſona
dicitur potius reſcriptum, quam lex. Ant.Fran.
d Motus proprius.Vide plura,quid operet motus proprius,p Lud.Ro.in conſi.
327.incip.iſtæ ſunt.& infinita per Fel.in c.ad aures.col.4.uer.quinta excep-
fio,ſup.de reſcr.& Car.in conſi.88.incip. Papa uniuit quidam Abbatiam.&
Pet.de Anch.in conſi.184.incipiẽs.iuſtis conſiliis. Seb.Sap.
e Cã eſt commiſſa. Quoad impetrationem priuilegii, dr lis, pendere per lite-
gationem cæ,ut hic per do.Ant. Sed Do. in c.ſi.in antep.col.ut lite pend.
cit,q̃d hoc caſu p citationem dr lis pendere.& Ang.in conſi.fino 130.quod
incipit.In Dei noie, cuiuſq; matris Virginis Mariæ. ordinamentum facit.&
uide D.Ant.in c.1.in ult.col.ut li.pen.& melius p do.Abb.& uide D.de Ro.in
dec.202.ubi dñt,quod non hẽt locum in curia Ro. Irẽ uide D.de Ro.in dec.
uis dec.220.Item adde hic quod no.in c. quoniam.cir.princ.uer.no.quod fa-
lus,de immu.eccl.lib.6.& uide D.Ant.in c.tenor.in fi.de re iud. Adde q̃ vi-
catur lis pendere,Ro.conſi.338.
Dicas, quod lis dicitur pendere plurib. mod. primo per oblationem libelli
factam iudici.l.1.C.ut lit.pend.Secundo per appellationem, ut in tit. no.
app.pend.Tertio per relationem, uel conſultationem factam ſuperiori,per
iudicem.l.ex illo.C.de appell. Quarto per iudicis recuſationem.C.ſecundis
requiris.& c.cum ſpeciali.de appella.l.apertiſſim.C.de iud. Quinto per re-
integ.reſtitu.intentatam,ut in l.1.C.de in integ.reſti.poſtu.nil no.Sexto
per libelli porrectionem factam principi.l.1.& 2.quando li.prin.da.Septi-
interpretationem iudicis.ſuggeſtum.de app.& per Car. in cle.2.ut lit.pend.
in 3. op.ubi etiam dicit, quod per commiſſionem cauſæ poteſt dici lis pẽ-
Et an per ſolam citationem,ſeu citationis commiſſionem,dicatur lis pẽdere,
re, uide in c.relatum.& in c.gratum.de offi. deleg.& in l.& quia.ff. de iudic.
om.iudic. Ant.Fran.

ſi Papa tollit ius,fortius videtur tollere reſcriptum conceſſum
duntaxat ad illius iuris executionem. Exemplum,contentio
erat inter rectorem parochiæ & monaſterium ſuper quibuſdã
decimis prædialibus , facta commiſſione ad petitionem recto-
ris, vt ſieret ius, monaſterium impetrauit exemptionem illarũ
decimarum, certe non apparet hoc caſu quare eſſet fienda mẽ
tio de miſſione, vel de iure rectoris, cum eximendo monaſte-
rium ſatis facit mẽtionem de iure rectoris, nec præiudicatur ex
hoc iti,cum nulla adhuc ſubeſſet.d.clemen.2.vt li.penden.nec
de iure communi erat fienda mentio, cum aliter non eſſet pri-
uilegium.& quod Papa bene ſciuit decimas prædiales pertine-
re ad rectorem parochiæ . & ſic videtur, quod de hoc iure non
erat fienda mentio. & ad hoc quod not.in cap.1. de conſtit.lib.
6.Sautem præiudicaret ei, de quo Papa veriſimiliter ignora-
bat,& tunc fateor,quod corruit ex ſurreptione, niſi faciat men
tionem de iure alterius.ad hoc quod no.in cap. dudum,de pri-
uileg.& cap.2. de dec.lib. 6.vide per glo. & ſic intellige illud c.
cum olim.de re iudic.alleg.per Ioan.Calde.ibi enim Papa præ-
tendebatur circũuentus, cum veniſſet contra ſententiam ſuam
interlocutoriam, & dic vt ibi. Sed ſi quæritur,nunquid corruat
priuilegium reſpectu lit.penden. dic, quod ſi ante citationem
factam,prout dicitur in d. clemen. 2. fuit impetratum,non ob-
ſtante pendentia litis , vt ibi; ſi vero poſt citationem, tunc impe-
trantur vires priuilegij ſolum ad tempus, ſcilicet reſpectu illius
inſtantiæ, quia non fuit de intentione Principis, præiudicare li-
tiquam ignorabat,Authen.in me litis.fac.iuſ.non fie.& d.cap.
cum olim.vt lit.penden.ſed in alia lite valebit,quia,vt dixi, non peccat
de ſurreptione reſpectu iuris indulti, ex quo Papa ſciebat,quod
habet alterius præiudicaret, ſed ſolum reſpectu iſtius inſtantiæ li-
tis.& vide quod dixi in d.cap.fin.Vltimo nota bene glo.fina.&
adde quod dixi in vltimo notabili.& vide vltra prædicta tex.in
cle.quod ſuper his.infra de fide inſtrumen.vbi plenius de hoc
videre poteris.

SVMMARIVM.

*Laborans eodem vel ſimili aut diſſimili delicto, repellitur a teſtimo-
nio.*
*Teſtis an poſſit teſtificari, ſi habet conſimilem cauſam illi, in qua teſtifica-
tur.*

CAP. XX.

Perſonas. A teſtimonio repellitur ſimili morbo laborens. hoc dicit. Sic pone ca-
ſum, ſecundum, quod loquitur hæc decre. Vacat
aliqua eccleſia, filius prælatus decedentis, vel vica
rius etiam alius cum prælatus, ad quem ſpectat inſtitutio ec-
cleſiæ,dicat ſe ius habere in eccleſia,appellat,ne prælatus ordi-
nem eccleſiam. Dicit Papa, quod ſi etiam coram iſto epiſcopo,
qui etiam alio huiuſmodi negotia ventilentur,non vult, vt ali-
qui morbo conſimili laborantes(& hoc certum ſit, aut proba-
bile) in teſtimonium admittantur, ti ab alterutra parte ad-
duci fuerint. Per illud verbum, Huiuſmodi,qđ erat in antiqua
dicebat hæc dec.locũ hñe in ſimilib.cauſis.Sed in iſta Dec.
non eſt illud verbum, Huiuſmodi, ſed ſimpliciter dixit negotia.
Vnde videtur intelligenda Decret. in omnibus cauſis, vt qui-
cunque habet ſimile negocium , non admittatur in teſtimo-
nium ſimilis cauſæ. Bernar.Not. quod per verbum,Nolumus,
videtur de iure. vide gloſſ.in clemen.2.de offic. ordin.No.
quod non omne probabile, eſt certum: hic enim ponuntur
due diuerſa.Et exponit Ioan.And.certum.i.notorium, quod
non egeat probatione, de fil.presbyt capit. quoniam.Probabi-
le ero, quod probari poteſt difficulter, quod not.pro ſtatutis.
Semper tamen probabile eſt certum naturæ, licet nobis incer-
tum ſit.ſi pater.ff. de ſolu.†Sed quæro dicitur hic. Quod ſimi
li morbo laborans.&c.Qualiter ſumiter hic morbus? Glo.vide
hic intelligere de peccato, vt ſic ſit ſenſus.quod laborãs co-
dem delicto, repellitur a teſtimonio. & iſte intellectus eſt ve-
rus.ſi ſic nec oportet tunc neceſſario ponderare conſimilitudi
nem ſeu conformitatem delicti, quia etiam diſſimile repellit,
ut in capit. teſtimonium , infra eodem. Sed nec etiam oportet
laborare de delicto, cuius, ſcilicet impugnantis, vel producen-
tis, debet eſſe conſimile, prout quidam voluerunt hic ex anti-
quis. Satis enim eſt cum eſſe criminoſum. Nam & criminoſus
poteſt excipere contra criminoſum, quia criminoſo non eſt de
neganda defenſio, vt legitur & not. in capit.a nobis, de excepr.
in capit.cum inter. eodem titu. & pro hoc facit tex.ibi ab alte-
ro. Et ad text. hic, qui ponderat conformitatem delicti, dic
quod ita accidit hic in facto,quia producebantur complices &
ſic non tamen ſequitur, quin aliter & criminoſi debeant re-
cipi vt capit. teſtimonium. infra eodem . Ad predicta faciunt
ff. de confeſſ.& 15. quæſtio.3. capitu. nemini.† Sed quæri-
tur, nunquid poſſit verificari deciſio huius caſus in identitate

a cauſę, aut ſic aſſumatur ſimilitudo morbi, pro ſimilitudine cau
ſæ. Gloſſ. iſta aperte non aperit, ſed videtur tacite hoc ſentire
in eo, quod deduxit ſimilitudinem in iudice, quia repellitur, vt
ſuſpectus,ſi habet vt priuatus cauſam conſimilem ſibi, vt iudi
ci commiſſam, vt in capit. cauſam quæ. de iu. Sed apertius hoc
tenet Specu.eodem titu.§.1.ver.item quod habet.Hoſtien.con
tra . Dicit enim eſſe abſurdum , quod vnus emptor non poſſit
eſſe teſtis in cauſa alterius emptoris, & dicit Decre. intellegen-
dam de ſocio,& participe,ſecundum quod loquitur l.qui libe-
b ri.C.eod.Ioan.And.b dicit idem dicendum in teſte,prout dixit
in iudice. dict. capitu.cauſam quæ.de iudic. & ſic videtur velle,
quod ſi ex deciſione cauſæ ſuæ, in qua teſtificatur, concludit ad
deciſionem cauſæ ſuæ,repellendus eſt & ſic poterit ſecũdo mo
do iſte text. intelligi,non autem quælibet ſimilitudo cauſæ,ſal-
tem in genere repellet, & ſic poteſt ſaluari dictum Hoſtienſ.
Hoc dictum Ioan. And. non placet domi. Anton. ſed plus ſibi
placet dictum Hoſtien.indiſtincte,quia teſtis non habet atteſta
ri ſuper iure,ſed ſuper facto,& nunquam ſecundum eum,ex di
cto teſtium ſolo poteſt concludi ad deciſionem cauſæ priuate:
ſecus in iudice, qui habet decidere ſecundum ius. Non credo
eam bene dicere,quia etiam ex dicto,ſeu ſententia iudicis,non
infertur ad deciſionem cauſæ neceſſario,quam habet vt priua-
tus, quia alius iudex non habet ſequi ſuam iniuſtam ſenten-
tiam,cum legibus,non exemplis ſit iudicandum.l.nemo.C.de
ſent.& not.in capit. de quibus. 20.diſtinct.ſed repellitur,ne du-
ctus affectione cauſę ſuę, quam iuſtam putat, ſic iudicet in
cauſa alterius.Idem proprie ſæpe poteſt cõtingere in teſte.Po-
ne enim quod ſit quæſtio,vtrum certa conſuetudo ſit in loco,
producitur in teſtem ille, qui habet cauſam, in qua allegat il-
lam conſuetudinem.certe de facili deponet de conſuetudine,
cum eam aſſerat in alio iudicio in cauſa propria. Aliud exem-
plum , producitur quis ad teſtificandum , quod Titius ſit pu-
c blicus vſurarius:e & ille idẽ q producitur in cauſa alterius, præ-
tendit in cauſa ſua illum fuiſſe publicum vſurarium. Certe iſte
non debet admitti,quia nõ eſt liber teſtis,propter affectionem,
quam habet ad cauſam. ar.capit.repellantur, infra de accuſa.&
quod no.in l.quoniam liber.C.eod. tit.hoc idem videtur ſentire
Federic.conſil. 62.in fin. Itelligo ergo ſimilitudinem modo
prædicto,& non in qualibet ſimilitudine, in qua non concludi
tur affectio, & ſic poteſt ſaluari dictum Ioan. And. Ad idem fa-
cit quod not. gloſſ. in d. l. quoniam liberi. quæ quærit nunquid
ciuilibus repellatur, ſocius partis. Et reſponder, quod non, ſi ius
ſun nullo modo lęditur, alias ſecus, ſi eſſet ſocius omnium bo-
norum. In caſu, autem noſtro infertur prejudicium ſaltem re-
ſpectu præſumptionis , quę oritur contra eum, propter quod
euitandum licitum eſt tertio, appellare a ſententia lata contra
eum vt in l.a ſententia.ff. de appella.Obſtare videtur prædictis,
quod habetur de legatariis teſtificantibus in cauſa teſtamenti.
Inſtit.de teſtib.§. legatariis.Sed dic,vt plene dixi in capitu.inſu-
per.ſupra eodem.Et per hoc habes duos intellectus ad tex.Poſ-
ſet tamen non abſurde dici, quod admitti poſſunt; ſed quanta
fides ſit eis adhibenda, ex varijs circunſtantijs arbitrabitur bo-
nus iudex. argumen. eorum,quæ leguntur,& notantur in dict.
capitu. inſuper.& gloſſ.in ſimili, capitu. in literis. infra eodem.
Nec obſtat capitu.cauſam quę,de iudic.quia facilius repellitur
iudex, quàm teſtis, vt not.gloſſ. in dict.capitu.cum R.de offic.
delegat. erunt ergo teſtes non omnino integri . & tunc dic ad
text. quod non admittuntur in effectu, ſcilicet quo ad plenam
probationem.Et pro hoc facit quod not. per Hoſtienſ. & alios
Docto.in dict.capitu.inſuper.

ADDITIONES.

2 In identitate cauſæ.Adde tu de hac quæſt.per Celſ.in apoſt.ad Lanf.in c.quo
niam contra.§.teſtium depoſitiones,nu. 55.uer. pro declaratione in apoſt.
in uer.& ſimilib.ſupra de prob. Zach.
An ſimilitudo cauſę repellat teſtem,uide quę hñr in c.cum R.canonicus.de
offi.dele.ubi etiam habetur,an ſi non repellantur teſtes ex cauſæ ſimilitudi
ne, ſaltem reddantur ſuſpecti,ita ut iis minuatur fides, quod tamen puto ar
bitrarium,conſiderata qualitate cauſę,& perſonarum, iuxta ea quæ haben
tur in l.3.ff.de teſt. Ant.Fran.
b Io.And.Hanc opinionem tenent hic.do.Ant.& Imo.
c Vſurarius. Vide Bald.in l.dictantibus.C. de teſtam.Roma. in ſingu. 355. in-
cipien.nolo probare. Lau.de Rodul. in tracta. uſurarum.quæſt. 117.allega.
Felyn.in capit.ueniens.inf.eod.colum.pen.& gloſſ.in uer.confeſſio,ſup.eo.
Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Papa in concernentibus decorem Chriſtianæ religioſis habet in laicos iuriſ-
dictionem.*
2 *Iudæi ratione humanitatis a Chriſtianis ſunt fouendi.*
3 *Iudæus an poſſit excipere contra Chriſtianos,eos repellendo a teſtimonio,et
ab accuſatione.*
4 *Iudæus non poteſt eſſe Doctor.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXI.

a IVdei. [2] Christianus contra Iudæum in testem admittitur. Primo ponit dictum. Secundo addit pœnam. ibi, Et anathemate. Tertio addit causam, ibi. Cum eos christianis. Casus literalis. Dicitur quod testimonium recipiendum est in qualibet causa, cum ip si iudæi aduersus christianos, suis testibus vti præsumant Et qui iudeos volūt Christianis in hac parte præferre, sunt excommunicandi, quia iudæi debent subiacere christianis. B. Not. primo christianum admittendum in testem contra iudæos, & contra infideles impetrantes priuilegia, vt non possint conuinci per christianos. & est hodie prouisum in cle. 1. eod. titu. & ibi vide.

1 † No. secundo, quod in concernentibus decorem christianæ religionis, Papa habet iurisdictionem, etiam super laicos: vnde excommunicat præferentes christianis infideles. pro hoc vide bonum tex. in c. 1. de homi. lib. 6. No. tertio, quod iudæi debent esse subiecti christianis, vnde alibi dixit tex. quod iudei debent saltem pectum operis, se illorum seruos cognoscere, quos Christi mors, liberos, & illos seruos effecit, no. in c. & si iudæos. de iud. vnde dicunt hic Docto. quod debent christianis subiacere, tanquam serui, & sic inducitur seruitus de iure canonico, sicut alias inducitur. 25. q. vi. c. cum multæ. & de iudæis. cap. ita quo-

2 rundam. † No. vltimo, quod ratione humanitatis, sunt Iudæi à nobis fouendi; sunt enim proximi nostri, cum sint naturæ participes. & idem dic de alijs infidelibus. vide tex. cum glos. de pœ-

3 nit. distin. 3. c. charitas est. § item proximos. † Oppo. & videtur innuere iste tex. quod iudæi possint testificari contra Christianos, sicut econtra, quod videtur contra c. non potest. & capitu. si hæreticus. 2. q. 7. Glos. 1. respondet quod contraria procedunt

b de iure: [b] quod hic dicitur, procedit de facto: & bene loquitur. vnde pondera verbum textus, dum dicit præsumunt. sonant enim in malam partem. vt no. in capitu. 1. de vita & hone. cleri. Vltimo hic quæritur an iudæus possit excipere contra christianum de crimine, vt sic repellat eum à testimonio vel accusatione. Hostiens. primo arguit, quod sic c. cum inter. de exce. & de viu. c. quia frustra. dicit demum posse distingui. an id, de quo excipitur, sit peccatum vtraque lege veteris & noui testamenti: & tunc admittitur; aut lege veteris testamenti tantum; & tūc non admittitur, aut noui tantum, & tunc repellitur etiam in pena sui erroris. Vel secundum eum, potest dici hoc casu eum admittendum, cum secundum legem romanam illos iudicare debeamus; & sic secundum illam excipere possunt. C. de iudæ. Item videmus, quod etiam excommunicatus excipit, de exce. c. cum inter. nec debet claudicare iudicium, vt ibi. Et ex omnibus prædictis no. quod iudæi non possunt vti munere testifican-

4 di inter christianos. † Idem dic de alijs muneribus publici, vt in c. cum sit. inf. de Iudæ. sed inter se possunt habere, vt l. generaliter. § fina. ff. de decur. & ibi no. per quod arguit ibi Barto. & in l. fina. C. de iud. quod iudæus non potest esse doctor, cum sit præeminentia magna, infra de magis. c. quanto. & qđ ibi dico.

ADDITIONES.

a ¶ Iudæi. Adde ad materiam. q. Iudæus regulariter non admittitur ad testificandum, tex. in c. 1. sup. eo. & in c. placuit. 4. q. 8. & de hoc vide late per Spec. in ti. de teste, § j. in 24. col. uer. item, quod est Iudæus. Sed dicas hoc esse verum non solum si est nunc Iudæus, sed etiam si nouiter a iudaismo vel hæresi ad catholicam fidem est conuersus, ut est tex. sing. ad hoc in c. non potest. 2. q. 7. & facit tex. in simili. in c. 1. & 2. 49. distin. & idem forte posset dici si non de nouo, sed iam longo tempore elapso fuisset conuersus, dummodo habet à filios vel uxorem Iudæos, quos neglexit ad fidem Christi conuertere cuius est sing. cum gl. in c. qui crimen. 6. q. 1. Item scias, q. Iudæus est idoneus testis in testamento, tex. est nota. in l. quoniam, C. de hær. vbi text. dicit, quod iudæus vel hæreticus in quocunque contractu inter uiuos est idoneus testis. Et pro hoc videtur tex. in ca. si hæreticus. 2. q. 7. Item Iudæus est idoneus testis ad probandum interruptionem præscriptionis, secundū Rom. in l. pactum quod dotali. de colla. dicens de hoc esse casum sing. in gl. d. l. quoniam. Item in iudæi admittantur ad testificandum in exceptis criminibus. gl. valde dubitat, & uidetur dicere, quod non, in c. paganis. 2. q. 7. & & idem dicit domi. Ant. in 1. c. sup. eo. & facit c. in fidei fauorem. de hær. in 6. Item scias, quod quando Iudæus admittitur ad testificandum, non debet super Euangelis, sed super suam legem iurare, vt dicit Imo. in clem. 1. circa. prin. de test. & etiam D. Ant. in proœ. Grego. in 3. col. Adde, quod quando catholicus litigat cum hæretico, potest adducere hæreticum in testem contra hæreticum in testimonium, sed si adducatur hæreticus contra Catholicum non valet eius dictū, nisi quatenus deponit pro catholico, tex. est no. in cap. si hæreticus, 2. q. 7. gl. tamen ibi videtur destruere illum text. Et uide omnino ad eandem materiam quæ singulariter scripsit dom. Bar. de Bellē. post do. Ant. in c. ventens. l. 2. in 8. col. inf. c. in apost. magna. & intellectū d. l. quoniam, de hær. vide bene declaratum per Bal. in d. l. cūctos populos. in lec. fi. 5. op. C. de fum. Tri. Adde ad id, quod Iudæus, qui est factus Christianus non potest esse testis, ito. in fing. 150. Sed contrariam opinionem semper tenui, & tenuit idem Abb. in c. cū te. inf. de rescr. in ult. no. & idē Abb. in c. at si clerici, § de adul. in pe. col. sup. de iu. facit tex. in c. fidelior. & in cā sanctitas nu. 50. 61. Et uide omnino gl. in c. obeuntibus. in fi. in glo. magna, ad fi. 93. edit. quæ vult, quod emendatus præferatur illi, qui fuit semper bonus. Quod iudæus non possit esse Doctor, adde Bar. in l. 05. C. de defen. ciuit. li. 12. in l. generaliter, § fi. ff. de decurion. & in l. fi. C. de post. & Bal. in l. 2. C. ne rei domi. vel templo. Et an Iudæus possit esse tutor Christiani, uide pulchre & plene examinatum per do. Ial. May. in rubric. ff. de iudi. & iur. Bel. Forc.

¶ Circa ea, quę hic dicuntur de Iudęo, dicas, q. Iudæus contra Christianum non admittitur in testē, sed inter se indistincte admittuntur, ut per Alex. in prima const. Digest. & per Spe. in ti. de teste, § fin. ver. item q. est Iudæus. & per Card. in cle. 1. in 3. quæstio. de test. Factus autem Christianus ab iis, da bio credo, quod possit esse testis, quia per baptismum liberatur a seruitute Iudaica. 28. q. 1. c. Iudæorum. & ibi per gl. & c. Iudæi, de Iudæ. Vtrum autem Iudæus possit Doctorari, aut aliam dignitatem consequi, uide Bal. in l. 1. C. ne rei do. uel templo. ubi dixit, q. non. & vide no. per Car. in cle. 1. de test. in 3. notabili. & do. Abb. in c. cum sit. de iud. & habetur per Bar. & Alex. in lege neraliter. in § fi. ff. de decur. & vide gl. fi. & Bar. in l. fi. C. de Iudæis, & Ang. in authen. iusiurandum, quod præstatur ab his, § 1. & vide glo. in l. spadonem, § iam autem, ff. de excus. tu. Et adde quod Iudæi non admittuntur ad publicum officium. l. fi. C. de Iudæis. 54. di. c. cōstituit, 17. q. 4. c. pe. de Iudæis quod est verum, etiam si sit baptizatus. præl. c. constituit, & habetur p. Ro. in suis sing. in ver. Iudæus. ubi dicit, q. est sacrilegium, eis credere publica officia. Dicas tamen, quod si iudæus est medicus, potest esse testis super cicatrice, an mansura sit, vel non, quia deponit de experientia artis. ita Bald. in cons. suo incipiēn Christi nomine amen, stante statuto, quod super dubio. Ant. Franc.

b ¶ De iure. Quod Iudæus non possit esse testis contra Christianum, etiam si de proximo fuerit effectus Christianus, voluit gl. in c. constituit, 17. q. 4. vide Ias. in rub. ff. de iust. & iu. col. 1. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Mater admittitur in testem pro filijs, vbi agitur de matrimonio contrahendo. vel vbi reuocatur in dubium matrimonium cōtractum, vbi esset æqualitas. & c. 8.*
2 *Duæ mulieres sufficiunt ad perhibendum testimonium super contrahendo, vel dissoluendo matrimonio.*
3 *Mulieres nobilitantur ex personis virorum suorum, & talem honorem retinent etiam in viduitate.*
4 *Donatio facta sponso, & sponsæ collata in tempus matrimonij, valet si sponsus est inferior.*
5 *Quatuor qualitates superioritatis, videlicet diuitiæ, nobilitas, potentia, & honor.*
6 *Vnus testis deponens super facto, facit iudicium, sed non super iudicio.*
7 *Vnus testis probat, vbi agitur ad impediendum peccatum, & de iure tertis non minuitur.*
9 *An mater sit idonea testis, vbi filia sua excellit in vno, & vir in alio.*
10 *Testimonium matris, non est ita suspectum in sponsalibus, sicut in matrimonio spirituali.*
11 *Parentes an admittantur in testes in matrimonio spirituali.*

CAP. XXII.

SVper eo. Testimonium matris est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. hoc primo. Ad dictum solius matris, de impedimento deponentis, impeditur matrimonium contractum non dissoluitur. duo sunt dicta, & quodlibet subdiuiitur, vt per se patet. Casus literalis. Aliqua mulier petit aliquem in virum; vir negat, q. non contraxit cum ea, mulier vult probare intentionem suam per matrem, & aliam mulierem. Quæritur vtrum mater sit admittenda in testimonium pro filia? Respondet Papa, Mater diligere videtur incrementum & honorem filiæ suæ. Et iō vbi vir superior est diuitijs, nobilitate, & potentia, vel honore, suspectum est testimonium eius. & idē non est aliquatenus admittendum. Secundo ponitur alia quæstio. Aliqua mulier vult contrahere cum aliquo, mater alterius dicit, q. sunt consanguinei. Quæritur an sint coniungendi, vel non propter solum dictum matris. Respondet papa, q. si mater

1 monium non est contractum inter eos matre asserente illos esse consanguineos, non debent coniungi. Si vero iam contractum est matrimonium, non debent separari sine iuramento plurium personarum. B. No. primo de verbo, Affidare, idem enim importat quod dare alicui fidem super aliquo facto, & hic fertur quod negabat sibi dedisse fidem, seu secum cōtraxisse matrimonium. Nota secundo vnum casum, in quo mater testificatur pro filia, seu filio. scum agitur de matrimonio ꝺhendo, vel contracto, & cessat suspicio ꝺ matrem ex qualitate contrahentium. Et aduerte, quia admittitur in testiomonium, non solum si agatur de consanguinitate probanda, vel improbanda, vt in c. videntes. inf. qui ma. accu. possed vbi agitur, seu reuocatur in dubium de ipso contractu matrimonij. quod alibi ita bene non probatur. quod videtur admissum fauore matrimonij, cum alias regulariter in criminalibus causis, & contractib. parentes & liberi non admittantur adinuicem, vt in d. c. videtur. & ibi bonus tex. In

2 fi. & 4. q. 3. ca. si testes. § testis idoneus. † No. tertio. argu. opp. & quasi expressum in tex. q. ēt ad matrimonium coniugendum, vel separandū sufficiunt duo testes, non solum masculi, sed & fe minę. Hic enim fuit quæsitum de duabus mulieribus, & Papa remouit matrē dūtaxat certo casu. Pro primo, q. sufficiant duo facit tex. hic in 1. parte, & in 2. in fi. iuncta reg. pluralis locutio de reg. iu. lib. 6. Itē regulariter duo testes sufficiunt ēt ꝺ papa, vt dicit gl. no. 2. q. 4. c. ꝑlul. & nullibi cauct ꝺriū in cā matrimoniali. imo expśse, ꝑbat, q. dixi in c. licet ex quadā, ꝑ. c. vbi sufficiunt duo, ēt qñ deponunt de auditu, q. plus est. Sedm, q. sufficiant duo lieres, ꝑbat hic p arg. nā remouēdo mī em certo casu, vt puta se aliā mulierē. de qua ēt ꝙrebat, cū vno ex duob. illatis ꝙ casu alterū ꝓcessum videat, de ꝑium. c. nonne. 25. dil. c. qualis. Item mulier regulariter admittitur in testem, 16. quæst. 3. c. ex codē hoc tenet expresse Hostien. nisi ex nimia familiaritate, vel uicinitate, vel aliter sit suspecta. infra eo. in cap. in literis, quod no. No. quarto bonum argumen. & limitationem ad multa inra, q. ubi ex contractu cum filia, seu filio, honor, vel incrementum non accrescit filio, mater testificatur in causa filij, cessat enim causa iuspicionis. † Not. quod honor, & incrementum est mueris. si nubit se potentiori, vel nobiliori, seu ditiori, nobilitātur eum mulieres ex personis maritorū. l. fi. C. de incol. lib. 10. & l. eminæ. ff. de senā. Et hunc honorem retinet mulier, etiam soluto matrimonio, dum remanet in viduitate, vt in cap. is qui. §. uenter. de sepul. li. 6. † Et hoc facit ad quæstionē, quā ponit Bart. in pluribus locis, a q. valet donatio facta sponsę, vel sponso spe futuri matrimonij, seu collata ad tempus matrimonij, quando ille qui donat, est inferior, cum non videatur donasse affectionis libidinis, seu coniugalis affectus, sed vt acquirat illum honorem & parentelam alterius, vnde non est donatio simplex, quę prohibetur inter cōiuges, sed remuneratiua, vt ipse plenius no. vbi ita fuit ꝓlatus. §. si ribi nupsero, & l. si diuortio. ff. de verbo. oblig. & l. 1. de do ante nup. † No. b quatuor qualitates superioritatis, vt respectu diuitiarum, nobilitatis, potentiæ, & honoris. his verbis no. plura. Primo, q. diuitię exaltant hominem, & facit eum non sunt reprobatæ. Intellige cum sint quæsitæ cum bonis operibus, vide pulchrum tex. in c. hęc autem scripsimus. 30. q. 1. & in c. habebat. 12. q. 1. & gl. in in c. clericus. eadem causa, & ratione. vnde ecclesia narrat diuitias Iob. & Psal. dicit, Diuitiæ affluant, nolite cor apponere. Secūdo collige ex verbo no bilitatis, q. quidam ēt secundum, canones sunt nobiles, & quidam ignobiles, & quidem nobiles prehonorātur, pro hoc c. de nobilitate in fi. & in c. pe. de præb. vide bo. tex. cum gl. in c. qui ɔ pauperes. 55. q. 1. & pleniſſime per Bar. in l. 1. C. de dig. lib. 12. vide ta men contra nobilitatem generis, & pro nobilitate respectu virtutum, pulchrum tex. in c. nunquam. 55. dist. & in d. c. pe. & gl. c. quoniam vetus, 24. q. 1. Tertio no. de potentia, & dic potentes camicorum, vide tex. cum gl. in c. constitutis. 2. de app. & qđ notat Hosti. facit c. officij. de ele. Quarto no. de preeminētia honoris. & exponunt Doct. quando est iudex, baillius, Doct. cō tra tius Principis, vel magni viri. Ex quo not. q. doctoratus est honor. & potest dici dignitas, vt sentit Bart. in l. fi. C. de iudę. & ibi no in l. 1. C. de nouo Cod. comp. vide pulchrū tex. in c. quanlic mag. & quod ibi dico, & in l. 1. § ff. de var. & extraor. cog. vi quatuor qualitates, quibus dicitur quis maior natu. 2. dist. c. No. in ver. super, q. dictum vnius c facit præsumptionē nō dicam, ideo sufficit ad torturā, vt est gl. in l. 2. C. ad l. Iul. ma. Intellige, quando deponit super facto, secus si super iudicio. nec enim non probat iudicium, vt eleganter voluerunt gl. & in l. fi. C. de iudæ. facit quod habetur per eundem in l. fi. ff. quæstio. † Vlt. not. casum, in quo dictum vnius d facit plenā probationem. f. cum agitur ad matrimonium impediendum. Item præterea. de sponf. Et per rationem huius, literæ ponam istam regulam, q. vbicunque agitur ad pactum impediendū, non diminuitur ius alterius, sufficit dictū vnius: facit quod not. ibi super. inf. co. & de conse. di. 1. c. solemnitates, & 2. q. 1. c. satis sup. in notabilibus declarata. No. tamen eam, inquantum dicit, quod vbi esset æqualitas, inter filiam & virum, qui petitur, vel modica excellentia, quod tunc admitteretur testis ad testificandum super contractu, & satis probatur in contrario, in d. c. videtur. & licet illud c. loquatur, cum agitur de matrimonio, respectu impedimenti consanguinitatis, tamen in fi. loquitur generaliter. Et gl. istam sequitur Host. Plus dicit Tancr. & Lau. q. etiam in casu huius c. admitteretur pater, si esset valde honesti. Hic dicit Host. q. quicquid scriba dicit est arbitrarium, ff. eo. l. 3. inf. eo. c. preterea. & in c. in no mine. possent enim esse circunstantię, propter quas iudicarentur suspecti, puta quando nobilis diligebat multum plebeiam mulierem, quam habere non poterat nisi cum ea contraheret, & parentes alias sunt honesti. cessantibus vero circunstantiis, æqualitas facit testimonium parētum suspectum, alias de facili probaret plebeia se desponsatam per Regem Francię, vel quod se desponsasse Reginam. s. adducēdo parentes, ꝓprios. Sed Spec. eo. tit. § 1. ver. 2. ad fi. 1. colum. vbi dicit, quod etiam in omnibus paritate, adhuc erit arbitrarium, an admittantur parentes. Sed ego intelligo, nisi iudex moueatur ad repellēdum aliqua probabili causa, alias ab eo poterit appellari, cū hoc casu admittant parentes, vt hic, & in d. c. testimonium. Idem est de alijs consanguineis, prout hic dicitur de Host. in sum. eo. ti. § 2. ver. vbi ante, q. sic. Puto, q. nō sint suspecti, sed creditur plus, vel minus, secundum quantum affectionis, & secundum quod sibi attinet, iux. not. per me in literis, c. inf. eo. † Sed quero quid si mulier excedat in æqualitate, puta in nobilitate, vir in alio, puta, quia est plebeius ditissimus? hic dicit Ioan. And. quod bonus iudex arbitrabitur, an testimonium matris sit suspectum, & inspiciet consuetudinem regionis, de quo in Spec. eod. tit. § 1. in fi. 1. colum. quod satis pla

10 cet. † Vlterius quæritur, quid si agatur de sponsalibus probandis, an testimonium matris sit suspectum, concurrentibus istis qualitatibus? Hostien. dicit quod sic. Ioan. And. dicit se credere, quod non sit ita suspectum, sicut quando dicitur matrim. contractum, quod plus placet, q. multa sunt remedia contra sponsalia de iureiuran. cap. quemadmodum. & cap. sicut, de sponsa.

11 † Quero nunquid parentes admittantur in matrimonio spirituli? Vide tex. cum glo. in cap. præsens, 22. quæstio. 3. vbi innuitur, quod sic, etiam vbi agitur ad matrimonium spirituale dissoluēdum. & idem sequitur hic dom. Ant. ego credo hoc arbitrariū, vt supra, dictum fuit. Quid enim si parentes sunt auidi, vt ingrediatur monast. vel tempore ingressus habebant alios filios, qui omnes decesserunt, vel quoddam simile. Vide de materia. 3. quæstio. 5. in sum. & cap. consanguinei. & 2. quęstio. 7. cap. quęritur. in Spec. de fide instrumen. § instrumentum. ver. item qđ

f domesticum, vbi tractatur, an filius f possit cosicere instrumentum in causa paterna.

ADDITIONES.

a Pluribus locis. Vide Bar. in l. si voluntate, C. de do. promis. & Bal. in l. 1. § fi. ff. si cer. pet. cum multis alle. per d. Ias. in l. ex hoc iure. col. 11. versi. tertius esse eius est. Seb. Sap.

b No. Multos modos, quibus quis dicitur supra alios. Et quomodo intelligatur maior, puta. si dictum fuit, quod hæreditas debeat deuenire ad maiorem de do. no, an intelligatur de maiore ætate, vel statura, vel diuitiis, vel si aliter est maior reputatus, vide per Pet. de Ancha. in rep. c. canonum. in 6. principali quæsito. in 45. colum. illius quæsiti. ver. consuluit etiam Bal. de const. Et adde hic gl. sing. in c. fedes, de rescr. in gl. mag. quæ dicit, quod statur arbitrio iudicis, quæ dicatur maior persona. Adde, quod appellatione maiorum intelliguntur omnes ascendentes a tritauo sup. Iurisconsultus, § parentes, ff. de grad. & est gl. in c. nam & ego. de verb. sig. Interdum tamen appellatione maiorum cōtinentur pater & auus. Ita dicit Host. in c. is qui cir. fi. prin. de sepul. lib. 6. & in c. cum quis. in prin. de sepu. eo. lib. qui tex. dicunt debere sepeliri in loco maiorum, coniuncto c. Ebro. 23. quæstio. 1. Item de multiplici maioritate, qua dicitur maior alio, vide per do. Anto. in cap. statuimus. cir. prin. de maio. & obed. latius per Archid. in c. quāquam, cir. prin. 3. q. 7. Item adde, quod dicuntur maiores illi, quorum consilio conuentus regitur. glo. in uer. maiores, in c. veniens, de filio. Adde quis veniat appellatione maioris, cum testator dixit, quod maior natu semper succedat, Ale. consi. 4. lib. 4.

Quis dicatur superior alteri, vide per Bar. in l. cum quis, in § Seiam, ff. de se. 3. & quomodo quis dicatur esse maior altero, dicas, quod quilibet qui præest minoribus, reputatur maior, ut est glo. in c. statutum, de rescr. lib. & uide Innoc. in c. feries. de testi. ubi ponit multos modos, quibus quis dicitur maior altero. Et dicas, quod quando fit mentio de maiore, in dubio intelligitur de ætate, nisi ratio subiectæ materiæ aliud suadeat, per l. pater, § fi. cum l. seq. de adopt. & per l. eum qui. in princip. ff. de inter. & rele. & uide text. in cap. maior. 23. quæstio. 1. & uide etiam tex. in l. iurisconsul. in §. parentes, ff. de gradi. & in l. quicunque, in §. parentes, ff. de in ius voc. ubi dicitur, quod maiores dicuntur omnes ascendentes, & uide per Alex. in consi. 4. in 4. parte consi. Ant. Fran.

c Vnius. Dicas, q. regulariter requiruntur duo testes in omni negotio, l. ubi numerus, ff. eo. c. cum esses, & cap. relatum, de test. Multi autem sunt casus, qui bus sufficit unus testis, quos enumerat Berth. de Fir. in suo reper. in uer. testis in uer. testes quot & quales, in uer. 73. illius uer. testes quot, qui possunt ibi uideri. Ant. Fran.

d Vnius. Vide 30. casus, in quibus dictum unius testis facit plenam probationē enumeratos per Specu. in tit. de teste. uersic. hoc tamen fallit. & plures enumerat Ias. in repetit. l. admonendi. col. 24. & qui sunt casus, ff. de iureiuran. Seb. Sap.

e In literis. Vide gl. 1. q. 5. in summa.

f Filius. An filius notarius possit conficere instrumentum in causa patris. vide quod no. Bald. in l. instrumenta. in fin. C. de probatio. & Barto. in l. quod dicimus, § fi pater. ff. de auct. tut. & in consi. incip. filiusfam. notarius. & ad hoc vide per Barto. in l. si pater. ff. de fal. Hoc idem dicit Flor. in l. testis idoneus. ff. eod. & Dyn. in l. quod dicimus. in fin. de autho. tuto. & uide quod notaui post domi. Anto. in cap. 1. in 10. colum. de fide instrum. Et an econtra, pater notarius possit conficere instrumentum in causa filii, vide Barr. in l. si pater, ff. de fal.

An filius possit scribere instrumentum pro patre dicas, quod si est emancipatus potest, alias non l. si pater, & ibi per Bar. ff. de pact. l. qui testamento, in § 1. & ibi etiam per Barto. ff. de test. & in l. fi filius emancipatus. in principio. ff. de fal. & in l. ex hoc titulo. & in l. impuberem, ff. de fals. & vide Bald. in trac. de tabel. in 20. quæstio. & per Specu. in titu. de instrum. edi. in §. 9. & per Ioan And. in addi. in uer. quid ergo, & per Bald. in l. instrumenta dome stica, C. de probat. & per Alexan. in l. ciendum, in 3. colum. ff. de uerb. obl. & in d. l. si pater. de fal. Et an pater sibi, & filio scribere possit. & quid de matre, vide Bald. in addit. ad Specu. in titu. de instrumen. edi. in uer. notarius potest. & uide per Pau. de Cast. in suo consi. inci. filia in potestate, & vide Pau. de Ca. in l. quædam, § nihil, & in l. si quis ex argentariis, in § cogentur, ff. de edend. Et an filius notarius possit publicare instrumentum partis mortui, vide ibi etiam per Ang. & an filius notarius rogatus de testa. patris, possit sibi aliquid adscribere, nel rogatus de testamento extranei possit sibi, uel matri adscribere, uide in l. 1 in §. ex illa quoque, ff. de fals. & in l. 1. & toto tit. de his qui in testi. sibi adscri. & ibi per Saly. & adde, quod filius notarius non potest esse actuarius in causa, in qua pater est procurator, quia suspicio est in eo. Lanfran. in c. quoniam cōtra. in uer. sententias, in 11. col. de proba. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Lucidiores debent esse probationes contra clericum, quam contra laicum.*
2 *In decisionibus causarum potest allegari ius diuinum.*
3 *Ius diuinum potest limitari per ius positiuum.*
4 *Causæ, quę requirant ultra duos testes.*
5 *Causæ, in quibus sufficit testimonium unius.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXIII.

2 LIcet. a Iudæus nil potest, probare minus, quàm p duos testes fideles, & honestos. Vel summa sic. Ad decisionem causæ, maxime pro parte Iudæi, non sufficit regulariter minus testimonium, quàm duorum probatæ vitæ, & laudabilis conuersationis. h. d. Et facit quatuor præmittit causam dicti, ponit dictum, ibi. Mandamus, qđ ꝑbat authoritate, ibi. Iuxta. soluit obstaculum, ibi. q̃a Casus lit. Dr in hac decretali, q̃ nulli Christiano, & multo minus Iudæo, licitum est causam suam probare per vnum testem: vnde si quæstio aliqua emerserit inter aliquos, non minus quã duorum vel trium testimonium admittatur, qui sint probatæ vitæ & fidelis conuersationis, quia vt Dns dicit, In ore duorum, vel trium testium, stet omne verbum. Tñ quedam etiam sunt, quę plus quàm duos requirunt. Sed nulla est, quæ vnius testimonio quantuncunque legitimo terminetur. B. No. q̃ Iudæus non debet gaudere maiori prærogatiua, q̃ Christianus, concor. sup. eo. c. Iudæi. Et no. quod prohibitum superiori, censetur prohibitũ minori. & sic valet ar. a maiori. ſ. de elec. c. cum in cunctis, & in
1 auth. multo magis. C. de epi. & cle. † No. q̃ contra Christianum maxime clericum, non admittentur testes, nisi sint Christiani probatę vitę. Et no. ex dictione, Maxime, posita in tex. q̃ lucidio res debent esse probationes contra clericum, quàm ꝯ laicum, duo tamen probatę vitę, & omni exceptione maiores sufficiũt etiam contra Papam, vt est gl. not. 2. q. 4. c. præsul. Et no. q̃ testimonium duorum non sufficit, indistincte, sed oportet, q̃ sint omni exceptione maiores. ſ. probatæ vitę, & fidelis conuersatio nis, vt sic nulla exceptione possint repelli. vide gl. in c. 2. de con
2 san. & aff. & in c. 1. sup. eo. † No. q̃ ad decisionem causarum possunt allegari authoritates iuris diuini. pro hoc inf. de acc. c. quali er & quando. 25. qõ. 1. c. sunt quidam. † No. hic expressum, q̃
3 ius diuinum etiam morale, potest distingui, & limitari per ius positiuum, vt patet hic in numero testium: vide Inno. in c. quę in ecclesiarum, de consti. & in c. fi. de consue. & p̃ Bar. in l. fin. C. si contra ius, vel vti. pub. No. opp. tex. q̃ iura ciuilia requiren-
b tia in certis causis plures testes duobus, nõ sunt irrationabilia, b sed potius approbata per ius canonicum: vide omnino quod dixi in repeti. c. cum esses, de testi. Nunquid procedat indistincte ius ciuile requires præcisæ septem testes in testamento: dic
4 vt ibi. † Quæ autem sint causæ, quæ requirunt vltra duos testes. Gl. magna prosequitur hic: & dicit gl. procedere de iure ciuili, non de iure canonico, & maxime ad pias causas. dic, vt in d. c. cum esses, & c. relatum, co. tit. & per Bar. in l. 1. C. de sacrof. eccl. in eo, quod gl. inter exceptos casus ponit casum c. præsul. 2. q. 4. quod videtur requirere 72. testes ad conuincendum Episcopũ Cardinalem, dic q̃ loquitur in testibus non integris, alias vero sufficerent duo testes, vt dic. Grat. in cap. fi. in ead. causa, & q̃st.
c & idem Host. c hic. Vel, secundum eum, loquitur de rigore d iu
d ris, qui seruandus nõ est. & vide de materia gl. in summa illius quæstio. & infra de reg. iu. c. pluralis locutio, lib. 6. & in Spec. eo.
5 tit. §. restat de numero. † Opp. & videtur, quod sufficiat testimonium vnius, vt de conse. dist. 4. c. cum itaque. & c. paruulos, & l. Theopompus. ff. de do. præleg. Gl. fi. respondet, contrarium ꝑcedere, vbi non agitur de alterius præiudicio, puta, quia dubita
c tur, an aliquis fuerit baptizatus, vel ecclesia consecrata, c vel an sint consanguinei, ad effectum impediendi matri. contrahend. In l. Theopompus, testator voluit, vt staretur dicto vnius ad declarandum voluntatem ipsius testatoris, & ita non tractabatur de prejudicio alterius, vide gl. in c. nuper, inf. eo. & quod dixi in c. sicut, de prob. per Spec. in d. §. restat. eo. tit in ver. hoc tñ fallit: vbi ponit 30. casus, in quibus creditur vni &c.

ADDITIONES.

a Licet. Inquantum iste text. appellat Iudæum crucis Christi inimicũ, adde, q̃ alibi Iudæus appellatur blasphemus Christi. text. est in c. 1. & in c. cum sit nimis, de Iudæ. Dicit tamen gl. no. in c. sicut, in uer. cæmeterium, inf. de Iudæ. q̃ licet Iudæi sint hostes fidei, nõ tamen sunt hostes nostri. imo a nobis debent foueri, ut dicit tex. in c. Iudæ. sup. eo. & est scriptum, q̃ reliquiæ Israel saluæ erunt, dicit gl. in c. Iudæorum. 24. q. 1. Adde an Iudæi dicantur hostes nostri, uel amici. Per. de Anch. consi. 222.
Dicas, q̃ Iudæi licet sint fouendi a Christianis rõne humanitatis, & naturæ, ut in c. Iudæi, hic alle. & ibi plene per do. Abb. tñ dñr subditi Christiano rum, sed non serui vendibiles, ut per Alex. in consi. 61. in 2. par. consi. Dicas tñ, quod non debent cum Christianis habitare. c. ad hoc, omnib. de Iudæi. & 2. q. 8 i. c. sæpe. & seq. Et adde quod licet Iudæi dicãt se esse maioris conditionis, quàm sint Christiani, quia ipsi nunquam vexantur a dæmonibus, sed Christiani sic: tamen verum dicunt, q̃ non vexantur, quia diabolus diabolos non uexat. ita Arch. in c. clerici, 33. dist. multa circa materiam Iudæo rum, uide in tit. de Iudæ. & per Spec. in tit. de Iud. ubi dicit, quod conuersatio Iudæorum est euitanda a Christianis, in quãtum potest quia sunt inimici Christianorum in forma specifica.

b Irrationabilia. Vide Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. 3. uer. prima conclusio, sup. de const. & ibi. col. 8. Seb. Sap.

c Host. Et qđ tex. in d. c. præsul. intelligatur de Ep̃is & presbyteris, uel clericis Ecclesiæ Ro. tenet B. Th. 2. 2. q. 70. ar. 2. in fi. ubi ad hoc assignat tres rõnes. Et istum intellectum Host. & Io. An. in d. c. præsul. sequunt Io. de Fan. & do de Sancto Ge. in d. c. præsul. & Ro. in rep. d. Auth. similiter, C. ad l. Fal. in uer

34. Tu adde his Spec. in tit. de teste. §. restat, in princ. ubi enumerat 27. casus in quibus requiruntur plures, quam duo testes. An aũt de hæresi possit quis conuinci per duos testes: uide late per Io. An. in c. ut officium. §. 1. in uer. testium. de hær. lib. 6. ubi uidetur ualde dubitare, & ibi uide omnino per Do. de hoc. Item 8. casus, in quibus requiruntur plures, quam duo testes, uide enumeratos per Arch. 2. q. 6. in sum. Et de hoc an sufficiat duorum, uel trium testimonium, uide per B. Th. in 2. 2. q. 70. ar. 3. Quid in instrumento, uide tex.
d Rigore. Sed Arc. in d. c. præsul. intelligit illum tex. de clericis subdiaconibus uel presbyteris curiæ Ro. quib. datum est hoc priuilegium propter insolentiam aliquorum, qui nitebant Papã, & Car. accusare, & ponere alios in eorum loco. & hoc dicit uerum de his, quæ committunt postquam sunt priuilegiati. Sed de his, quæ commiserunt ante, non habent hoc priuilegium, per l. 1. ff. de pœ. secundum eum.
e Consecrata. Hęc ex aliis approbat D. Ia. ſ. in rep. l. admonendi, col. 75. ff. de in-
reiuran. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas contrahitur per illicitum coitum, potens ad dissoluendũ matrimonium post contractum, secus si ante.*
2 *Quæ domi aguntur, possunt probari per seruos, quando agitur inter virum & vxorem.*
3 *Familiares repelluntur, etiam ad faciendam qualem qualem præsumptionem.*
c Octauam lect. Publicatis attestationibus possunt produci testes mistim cum inst. & istū intellectū singula. quem quotidie allegant aduocati, sentit etiā d. Anto. hic infra proxi. 3. colum. versi. vel dicas & apertius, infra eo. capitu. in fin. vlt. col. & sequitur Roma. in repe. rub. ff. de arbit. sit facit ad hoc quod no. Iaco. Butr. & Bald. in l. certi condi. §. quoniam, ff. si cer. peta. vbi dicunt, quòd si per statutum non potest fieri probatio per testes à certa quantitate supra, si tamen ad probationem debiti producantur testes, & instrumenta se inuicem coadiuuantia, admittitur illa probatio, licet adsint testes, & facit ad hoc, quod no. Do. Anto. in c. auditis, in 2. colum. ver. no. 6. de restitutio. in integr. vbi dicit, quod illud, quod non potest probari, nisi per scripturam, potest tamen coadiuuari & certificari per testes, & de hoc dicit ibi esse casum, qui alibi non reperitur.

Adde, quod testes produci possunt vnà cum instrumento, publicatis attestationibus, Roma. sing. suis. fol. 9.

d Consuetudo. Sed dicit glo. mag. in fi. in c. per tuas, in fi. inf. eo. quod illa consuetudo est contra ius commune. Quod valeat ista consuetudo, tenet etiam Spe. in ti. de teste. §. satis vtiliter, in 2. col. ver. quid ergo si peto.

SVMMARIVM.

1 *Testes, licet vnus post alium viderint virum super mulierem, probant adulterium.*
2 *Testes videntes virum & mulierem in latebris inuicem se osculantes, probant fornicationem.*
3 *Sola uicinia fama, non probat copulam carnalem.*
4 *Testimonium de auditu proprio cum alijs adminiculis probat copulam carnalem.*
5 *Depositiones de auditu, cum fama, & alijs adminiculis, probant ad omnes effectus, etiam ad separationem matrimonij.*
6 *Cæcus & ille, qui fuit retro cortinam, si habet uoces contrahentium notas, potest deponere de contractu.*
7 *Adminicula, quæ sunt in casu istius capituli.*
8 *Vnus testis cum alijs adminiculis, est sufficiens probatio in factis antiquis.*

CAP. XXVII.

PRæterea. Carnalis copula probatur per coniuges testimonium de visu. Idem in testimonio auditus, quod adminicula & fama coadiuuant. Communis diui. Secunda ibi, respondemus. Casus lit. Aliquis accusatur, quod ipse cognouit aliquam mulierem, quæritur an testes, qui ad hoc probandum inducuntur, sint interrogandi de visu, vel etiam sufficiat sola viciniæ fama, vel vtrum sit credendum testibus, qui carnalis copulæ dīt se esse conscios, sed de visu nihil dicunt. Respondet papa consultus, quod si testimonium conueniens reddatur de visu, vel etiam de auditu, & præsumptionem violentam fama consentiens subministret, & alia adminicula legitima adsint, standum est testimonio iuratorum, quibus omnibus consideratis iudex informabit motum animi sui ex argumentis & testimonijs, q̄ negocio comperierit aptiora, & sic formabit sententiam. B. No. quod per solam famam non probatur carnalis copula, nec etiā
a per testimonium a de auditu, nec per sola adminicula, sed hæc simul iuncta probant. Ex quo collige, ꝙ diuersæ species probationum simul iungūtur ad faciendam probationem perfectā. Ad idem l. 3. ff. e. & quod dixi in c. cum causam, sup. de prob. vbi de hoc. Not. 2. quod vbi datur testimonium de visu, non requiruntur alia adminicula, etiam ad probandum carnalem copulam. & pondera tex. dum dicit, Conueniens: non. n. requiritur, quod omnino perceperint concubitum; sed satis est, ꝙ percepe
rint illud, quod cōuenienter in talib. percipi potest. De quo inf. dicam. No. ibi, circunspectus iudex atq; discretus, qualis debeat esse iudex. Item, quod commissa arbi. iud. vīr commissa, tanq̄ arbit. circunspecti & discreti viri, ideo si non facit tanquam cir cunspectus & discretus, potest ab eo appellari, vt in c. j. de dila. & quod ibi dixi. facit quod no. Bar. in l. fi qua pœna, ff. de verb. signifi. No. ibi, Motum animi sui &c. quod non potest dari certa doctri. cir. probationem complendam, sed oportet, quod ita vrgeant, quod aīum iudicis inducant ad credulitatē, de quo vide p Bar. in l. admonendi, ff. de iu. iu. facit l. 3. eo. ti. & no. ibi, rei aptiora &c. quod illæ probationes magis stringunt, quæ sunt aptiores, & verisimiliores negocio, de quo agitur. Ad quod 4. q. 3. c. si testes, & per Innocen. in c. auditis, de præscr. & per glo. in c. 1. cod. titu. lib. 6. Nunc vt clarius habeas intellectum huius cap. & glo. quæro quot quæstiones fuerint hic formatæ, & qua
1 liter ad illas rndeatur. Dic, ꝙ qōnes fuerūt tres. † Prima, an in p-
banda

ADDITIO.

a Testimonium. An per dicta testium deponentium de auditu probetur copula, adde in hoc quod scribit D. Ant. plene in c. ex literis. inf. eo. & in c. ex literis, sup. de consuet. & in c. fi. de succ. ab inte. in quibus iuribus plene habetur, quando valeat testimonium de auditu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

banda carnali copula sint testes interrogandi de visu? Et ad istā q. ñdetur, q sic. & magis late respondetur, q̃ fuerit queſitū. Dicitur enim, q conueniens testimoniū de visu, sufficit, & sic nō solum sunt interrogandi, sed etiam sufficit tale testimoniū, qa satis est, q sit conueniens, vt in tex. Et pro tanto dicit Papa conueniens, quia vt dicit Io. And. sufficiens testimoniū in hoc red di non potest: licet. n. testes viderint virum supra mulierē, non per hoc necessario infertur, q illā cognouerit. Forte. n. vir erat frigidus, vel maleficiatus, vel non potuit tunc coire, licet alias esset potens, quia forte erat mulier arcta: hæc tamen dispositio sufficit, quia nō potest iste actus carnalis magis stricte, & neces-
a 2 sario percipi. † Imo plus dico, q licet testes non viderint virum & mulierem cōmiscentes præcise eodem tēpore, sed interpollatim, continuo tamen vnus post alium, hoc sufficit, quia per foramen viderunt successiuē illos coeuntes, quia cū iste actus sit successiuus, non videntur deponere super diuersis fornicationibus, sed super vna tantū, ita no. dixit glo. in c. nihilominus.
a 2.q. 9. & Cy. in l. testiū, a C. eo. Adhuc plus dico, q probata erit
b fornicatio, b si viderunt virum, & mulierem in latebris se oscu lantes, & amplexantes, quia isti sunt actus propinqui ad actum. Vnde alibi dixit Bar. q deprehēsis viro & muliere in huiusmodi actib. propinquis, reddit adulterium, seu fornicatio notoria. Ita no. in l. 2. ff. de fur. & l. capite quinto, ff. de adul. Facit l. si quis non dicam rapere, C. de epi. & cle. canonizata, de pœ. dist. 1. c. si
3 quis, & hęc quo ad 1. q. † Secunda qō huius tex. fuit, an sola vicinę fama sufficiat ad copulam carnalem probandā. Et ad hāc tacite in tex. respondetur, q̃ nō. Ex quo. n. requiritur cum fama testimonium de auditu, ac alia adminicula, satis innuit famam solam nō sufficere. & pro hoc facit, quia fama, tanq̃ sæpe fallax, non probat, facit inf. c. tam literis, 4. q. 3. d. c. si testes, §. item sæpe. & hic tamen vide quod plene dixi in c. veniens, sup. eo. & p Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de qō. Et quantū ad propositum, dic hoc procedere, cum agit ad plenum præiudiciū inferēdum, alias enim sola fama q̃nq; sufficit, puta quoad impediendum matrim. Ꝫhendum, vt in c. super eo. inf. de consang. & aff. Item quo ad suspendendum infamatum, donec se purgauerit, vt 2. q. 5. c. presbyter, & inf. de purg. can. c. inter. Item quo ad facultatem inquirendi de veritate, vt in c. qualiter, & qñ. il 2. de
4 ac. & die plenius, vt no. vbi sup. remisi. † Tertia qō huius tex. fuit vtrum sit credendū testib. iuratis, qui dñt se carnalis copulæ cōscios, sed de visu nihil affirmant, & ad istam qō. Papa nō ñdet hic, f̃m Inn. Sed Host. dicit, q ñdet inf. in ver. vel ēt de auditu, &c. & satis puto cū verū dicere, & mens est litere, iudicio meo, q si testes dñt se conscios. f. q audiuerunt eos commiscentes, sed nihil viderunt, & cum hoc occurrat fama publica, & alia adminicula, satis erit probata copula, aliter non. Et licet Papa dederit hanc instructionē, tñ postea in ver. etenim circunspectus &c. Papa ñdet magis gene. aliter, f̃m Hostiē. & bene, q in hoc non pōt dari certa & inuariabilis, doctrina. Sed circunspectus iudex, & discretus habebit examinare, qñ prędicta, vel similia sufficiant, vel non: & hæc est responsio tertię qō. Capitur ergo hic testimonium de auditu proprio, vt quia audiuerunt eos cōmiscentes, non aūt pro auditu alieno, quia id nō est proprie testimonium, vt dicit gl. 2. l. in summa, §. idem Labeo, ff. de aqua plu. arc. & sic facit ad propositum qōnis formatæ. Istud aūt testimonium de auditu proprio, licet alias sit per se sufficiens, 14 q. 2. c. q̃q. no. gl. in d §. idem Labeo. tñ hoc per se non sufficiebat, quia actus copulæ non percipitur sensu auditus tantum, sed visus. Ideo requiruntur hic alia adminicula, & per hoc habes de-
5 claratam primam gl. Sed quæro nunc expediendo cum tex. to tam materiam, & gl. fi. nunquid sufficiant tales depositiones. f. per testimonium de auditu, famam & alia adminicula, quo ad omnes effectus, ēt si agatur ad matrim. Ꝫctum dissoluendū pro pter affinitatem prius Ꝫctam? Gl. alleg. pro & Ꝫ, & tandem dat tres intellectus, ad quos causandos sufficit tale testimoniū. Primo, si agitur ad matrim. impediendum per viam denunciationis, & sic dicit posse intelligi hunc tex. Sed certe hic intellectus non procedit, quia ad hunc effectum sufficeret sola fama, vt supra dixi, & tamen iste tex. requirit hic vltra famam, testimoniū de auditu, & illa adminicula. Secundus intellectus gl. est, vt sufficiat quo ad probandum exceptionem adulterij, & ad repellē dam actionē institutā ad thori separationē. Tertius intellectus est, si agat de probanda copula ad effectū separandi matr. quo, ad thorū. Nam in istis casib. agit de modico piudicio, ideo sufficiunt tales probōnes, secus si ageret ad separādum matrimonium, vel ad aliud graue præiudiciū, & sic multū restringit intellectum huius c. Ioē. And. non placuit huius gl. restrictio, sed intelligit text. generaliter, vt sufficiat probare copulam modo prædicto ad quemcunq; effectum agat, ēt si venit ad dissoluēdum matri. iam contractū, intelligendo tñ de audito proprio, & non de auditu auditus, vt dixi. Mouet, qa oportet illā probō nem recipi, ex qua violēter id præsumat. sicut obseruat in simili in probanda paternitate & filiatione. c. per tuas. sup. tit. proxi. & c. transmissæ, qui fi. sint leg. cum cōcor. ibi positis. Aliter, f̃m eum, possent dici iura superflua, quę de impedimento affinitatis tractant, quasi velit dicere, q de facili non pōt probari carnalis copula, nisi modis prędictis, cum multum cautè expleat & sensus visus modicū plus operetur, cū necessario nō possit probari ꝓcubitus, vt sup. dixi & hoc satis mihi placet, tum p rōnes prędictas, tum qa iste tex. loquit gñaliter, & sic debemus eū
6 intelligere quo ad oēm effectū. † Nam videmus in simili, q ęc-
c cus e & ille, qui fuit retro cortinam, vel tenuem parietē, hūs vo ces Ꝫhentium notas, potest deponere super Ꝫctu seu verbis prolatis a tertio, vt est gl. not. 3. q. 9. c. testes, d. §. idem Labeo: & idē ibi Bar. & per Cy. in l. testium, C. eo. & per Doct. nostros, in c. 2. de consue. licet antiqui dicant, vt Ang. in l. si non speciali, C. de test. q tales non faciunt talem plenam probationem, quia decipi potuerunt in voce. Ita dico in proposito, ex quo prius vide runt virū & mulierē in eadem camera, & postmodum audiuerunt eos cōmiscentes, faciunt presumptionē maximam, licet non plenā probationē, quia potuissent decipi in audiendo, sed cum

ADDITIONES

a In l. testium. Et idem dicit ibi Bal. cir. fi. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, in antep. col. ver. quid si unus, in add. q̃ inciādē, in quouis actu. Et adde hic Bal. in l. neq; natales in fi. in 1. col. C. de probat. ubi dicit, q probatur aliqua meretrix non probato actu, sed probatis circunstantiis, ut plurimum uerisimilib. ut quia intrant & exeunt scholares de domo, de die, & de nocte, & dicit, q quando scholaris loquitur cum puella, non præsumitur dicere, Pater noster. Et ista duo ēt ad literam dicit Petr. de Anch. in reg. semel malus, in 6. char. lib. 6. Et adde hic Bal. in d. l. testiū. C. eo. in prin. vlt. col. ubi dicit, quod si testes, qui uiderunt iuuenem cum puella in uencula in lecto, deponunt eam esse corruptam, magis eis creditur, quam aliis dicentib. eam virginem. & de hac q. & per quæ signa dicatur copula p bari, uide gl. fing. secundum Ang. ibi in l. 1. ff. de uar. & extraor. cog. gl. in l. quod aūt, ff. de adul. & ideo dicit gl. in c. dixit Dns. 32. q. 1. c. quod per lusionem probat fornicatio. Et ideo si maritus fuit diu absens, uel pus, sed ita firmus, & reperiat uxorem hfe filium anniculum, ex hoc est probata fornicatio, ut dicit tex. in l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel ali. iu. Vide gl. in uer. discreta, & in c. inquisitioni, de sen. exc. & adde, quod testes, qui inducitur ad probandum adulterium, non probant, nisi reddant eām dicti sui, quia hoc non pōt plene videri, nec sentiri. Ita Bal. in l. fola, in 2. col. C. eo. Et adde de hic tex. cum gl. in uer. concubitus, & in c. nec aliqua. 27. q. 6. a adde quater probetur adulterium, R. o. cons. 367. & qualiter probetur carnalis copula, per Are. consi. 13.

Circa probōnem copulæ carnalis, dicas, quod illa præsumitur ex confessione unius cōiugis, licet alter neget, uide Inn. in c. ex parte, in gl. mag. de vel. spol. & uide eundem in c. continebatur de desp. impu. ubi dicit, quod probatur per iuramentum allegatis illam interuenisse, quia in dubio præsumitur interuenisse, secundum Bal. ibi. & sue possidetis, C. de coll. & uide quæ habentur in c. ex literis, de præsump. Et uide per Bal. in l. Deo nobis, C. de epis. & cler. ubi multa dicit ultra ea, quæ hic tanguntur per gl. & Doc. circa illam probationem copulæ.

b Fornicatio. Vide quod dixit Bal. in c. tuæ, de procu. ubi sentit quod adulter probetur ex eo, quod uisa fuit mulier osculari, & ponere manus ad minalas, & ideo ex talib. signis sedm eum ita priuatur dote, sicut ex adul. de quo uer. decimo, in rub. sup. de iud. in 1. lec. col. 1. uide ēt quod no. Bal. in l. negnatales, C. de proba. ubi dicit, quod probatur meretrix ex eo, quod probat scholares ad eam passim accedere. Et de hac materia late ponit And. de Are. in tract. maleficiis, in uersic. Che me hai adulterata la mia donna, columna 17. Seb. Sap.

c Cæcus. Dicit hic Imo. quod gl. huius c. est fin. in iure can. qđ qñ agitur de probanda copula ad effectum impediendi, non probabit copula per testes, qui audiuerunt pariete intermedio, uel cortina. Et sic in hoc solo sequitur glo. & in reliquis cōem opi. & sic ista gl. fin. in l. summa, §. ide Labeo, ff. de aqua plu. ar. quæ dicit, quod testes, qui habent notas uoces contrahentium, probāt, licet audiuerint pariete uel cortina intermedia, restringitur ut habeat locum regulariter in contractib. præterquam quando agitur ad dirimendū matrimonium. Quod regulariter ualeat testimonium de auditu, ꝓprio, cui tina uel pariete intermedio, tenet Arch. in c. hoc vī. 22. q. 5. in 2. colū. qui ab hac regula excipit octo casus, quos oino uide. Et ultra illos adde, quod præ dicta regula non habet locum in testō, unde non sufficit, quod testes audiuerunt testatorem cortina intermedia, hoc dicunt Cy. & Bart. in d. l. non speciali, his alle. C. de test. Pro illa gl. in d. l. in summa, est bona gl. in c. testes 3. q. 9. in uer. quæ uiderint, quæ dicit, quod cæcus pōt esse testis, si habet notas uoces contrahentium. Item quando agitur de probanda copula ad effectum impediendi, non probatur copula per testes, qui audierunt pariete intermedio, ut hic. Item adde, quod in crialib. nunq; valet tale testimonium de auditu per cortinam intermediam, uel tenuem parietem, ut tenet Imo. in d. l. 1. in fum. §. idem Labeo, ff. de aqua plu. arc. Pro quo optime & generaliter in quocunque casu huius casus tex. in Auth. de instr. ca. & fi. in §. fi. q. Item de hac matcria uide per Ang. in l. si speciali, C. de testa. Item adde, q de testimonio auditus late scribit D. Ant. in c. tam literis, & quod ibi latius me dixi infra eo. Adde an ualeat testimonium de auditu, Alex. cons. 41. lib. Fran. Are. consi. 37.

An, & qñ testis de auditu probet ultra hic alle. dicas, quod testis debet deponere de his, quæ cadunt in sensum ipsius, uel de auditu, uel de uisu, uel de tactu, f̃m subiectam materiam, & sedm quod conuenit sensui, per quem deponit, ut per Bal. in l. conuenticulam, C. de epi. & cle. & per eundem in testium facilitatem, C. de test. & per Ang. in Auth. de instr. cau. & fide. in 1. col. per illum tex. in uer. præsentibus. Et in auth. de tabell. in prin. in 1. col. Et ad testes, quorum unus deponit de uno sensu, & alter, de alio, cōiungantur ad fi. ut probent, & quando deponunt de actu perceptibili duobus sensib. probent, uide quæ habentur in cap. 2. de consue. & in c. fi. de suc. ab intest. & per Bal. in l. 1. in 7. col. de confess. & uide per Alex. in l. quod meo, in §. fi. uersus torem, ff. de acqui. posse. & uide Ioan. de Imo. in c. tam literis, his allegatis tenet contra dom. Ant. & uide eundem Alexan. in l. non speciali, his alleg. Ant. Franc.

a cum fama a & alijs adminiculis faciunt plenam probationem, maxime iunctis not. per Barto. in d. l. capite quinto, & l. 2. de q-
7 bus supra dixi: & iste est verus intellectus totius cap. † Si autem quæris quæ dicantur adminicula in casu nostro: dicit Hostien. quod sunt tactus, visus, risus, iocus, missio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, osculum, & similia, & vide quod habetur in cap. tertio loco, & c. literis, de de præsum. & d. l. capi
8 te quinto, & de adulte. † Adde prædictis no. dictum Iaco. Bald. quod recitat & sequitur hic Hostien. qui dixit, quod si est vnus testis de visu cum fama, & alijs adminiculis certis, & probabilibus, sufficiens est probatio in factis antiquis, de quibus non est memoria, & in delictis quæ occulte fiunt, ad hoc faciunt in argumentum multa iura. 23. quæstio. 1. cap. dixit Dominus, C. de adulte. authen. si quis ei, & ff. de aqua plu. arcen. in l. in summa. Idem Labeo. & ff. eo. l. 3. §. 1. & 2. & c. cum in dicec. de visu. & cle. vna. eod. tit. Vide ad confirmationem illius dicti Iac. Bald. quod ponit Lap. alleg. 55. & facit. l. indicia. C. de rei vend. & vide omnino, quæ dixi in c. tertio loco, de prob.

ADDITIO.

a Cum fama. Quando fama cum alijs adminiculis faciat plenam probationem, late traditur per Bar. & alios, in l. admonendi, ff. de iureiu. Et quando probationes diuersi generis coniungantur ad faciendam plenam probationē, vide Alex. in consi. 128. incip. ponderatis. col. si. in 2. vol. & in consi. 150. in ep. in causa & lite, col. fi. in 5. vol. & in consi. 13. incip. viso diligenter, col. 8. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Vbi, etiam legato Cardinali, non creditur in præiudicium tertij Papæ, vero sit, & an Papæ, Cardinali Episcopo, & iudici credatur.*
2 *An scriptum iudicis faciat fidem, & possit per testes, & quot reprobari.*
3 *An instrumentum possit reprobari, & per quot per testes.*
4 *An aduocatus, uel procurator possit esse testis.*

CAP. XXVIII.

GVm a nobis. a Vnius iudicis verbo non credit, scripturę vero eius p testes reprobari possunt. Fallit hoc in Papa. Ita communiter summatur, & satis placet. infra tamen latius declaratur: & secunda pars ibi, ne scriptum, tertia ibi, salua. Casus lit. Quærebatur vtrum dicto, seu verbo vnius iudicis sit credendū in causa &c. Dominus Papa respondendo inhibet, ne vnius iudicis, quantuncūque fuerit authoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet alijs contractib. quæ illo agitur; nec scriptum eorum, nisi testiū adminiculo fulciatur, eam oblineat firmitatem, quin ei possint, & debeant duorum vel triū testium bonorum testimonia præualere, salua in omnibus sedis Apostolicæ authoritate. Ber. No. ibi canonica, & cunilia iura &c. pro communi vsu allegandi. Nam leges seculum appellantur ius ciuile, pontificum vero, ius canonicum. & hic no. quod verbum Canon late intellectum compræhēdit in se omnem constitutionem papalem, seu vniuersalis Ecclesiæ. Quandoque sumitur, vt species constitutionis, de quo dic, leg. & not. in sum. 3. distin. Quandoque ius ciuile appellatur sic humanum, canonicum vero ius diuinum, vt in cap. 1. de iudicium. & dic, vt ibi dixi. No. 2. ex eod. versi. quod licite alle gantur iura ciuilia in foro ecclesiastico, etiam vbi in eadem dispositione concurrunt canones. & sic tempera glos. in cap. si in authorum. 10. distin. † No. pulchrum tex. iuncto princ. cum fi. quod excepto Papa, non creditur in præiudicium alterius ver sus cuiuscunque, quantæcunque fuerit authoritatis. Ex quo. n. tex. in fin. excipit papam solum, videtur includere omnes, citra eum. Nam exceptio firmat regulam in alijs. 3 2. q. 7. c. dominus. & c. 2. de coniu. lepro. Ex quo infertur, q etiam Legato Cardinali, non est credendum in præiudicium alterius: vide bonam gl. quæ hoc tenet: in c. sicut, de sen. exco. No. ex hoc, & ex tex. q
1 generaliter excipit Papam ab omnibus supradictis q non dum literis Papę est credendum, sed etiam verbo suo, & sic literæ Papæ, & ipsius verbum nudum, videtur æquiparari, quod tenet hic Host. in fi. & no. q videtur hoc procedere, siue quæstio sit de spiritualib. siue de reb. profanis, ēt si de contractibus instrumentis, quod est valde. no. maxime pp no. per Inn. in c. quisitionis. de sen. exc. facit c. quicunque, 11. q. 1. siue intelliga tus id in summo Pontifice, vt intellexit hic Hosti. siue intelligatur in quolibet ejo inferiori, & tunc facit, arguendo per loca a maiori. No. in ver. nec scriptum, q scriptura iudicis facit fidem, non tamen tantam, quin possit reprobari per testes, & ponderea. Ex co. n. quod dicit, posse per testes reprobari infertur q ex se, sine alio adminiculo facit plenā fidem, quod profecto non procedit in iudicialibus, per c. quoniam, de prob. vbi secū dum vbi no. in extraiudicialib. debet limitari, secundū not. in c. post cessionem, de prob. & dic plene, vt ibi dixi. † Quæro, quia loquitur de vno iudice, quid si sint plures, nunquid eis credendum sit: Gl. 3. videtur concludere, q si aliquid asserūt in ipsa infantia, vbi sunt iudices, non est credendū, nisi quatenus cō stet legitimis documentis, per d. c. quoniam, sed in causa appellationis eis credetur duabus circunstantijs concurrentib. f. q non, sint alij testes, & sic in defectū. Ité si deponunt sup processū, nam super principali causa non possunt esse testes, per c. statuendum, alias statutum. 2. q. 6. Ita concludit hæc gl. De hac materia vide per Innoc. in c. 2. de arb. & per Do. Ant. qui late prosequitur, sed intricate & per Io. Cal. Sed clare prosequendo dic, q aut quæritur de literis Papæ, & dic, vt plene leg. & no. in cle.
b literis. de prob. Aut de verbo ipsius, & si perseuerat in eo, sibi
c credendum est, c vt hic. Nemo enim illi contradicere potest, se cundum Hostien. alleg. 19. distin. c. in memoriam. 9. quæstio. 3. c. cuncta per mundum, & c. per principalem. & supra de offic. delega. cap. ex parte, il 2. potest tamen ei dici, secundum eum. Salua maiestatis reuerentia, algd est, de quo non recordamini, quia plerunque nos fallit obliuio. 23. distin. cap. præterea. & ipsum decet patienter audire, & quod cum humilitate proponitur, exaudire. supra de rescrip. c. si quando. de rest. in integ. cap. tum ex literis. Ego credo hoc verissimum in his, in quibus Papa habet liberam potestatem, vt in beneficialibus, spiritualibus & similib. Sed dubito, quid de alijs, puta in causis laicorum pro fanis, & in alijs, in quibus non potest vti potestate absoluta, iuxta no. per Innocen. in d. c. inquisitioni. nunquid sit credendum nudo verbo suo, in præiudicium aliorum? Et quod non credatur, facit, quod habetur Ioan. 8. c. transumptiue. in cap. 1. 2. qō. 4. vbi Christus noluit, quod sibi crederetur, sed voluit se conformare legi diuinę dicenti, In ore duorum &c. inquit, si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meū, & patris mei non accipitis? Ad idem facit in simili. 2. quæstio. 1. cap. Deus omnipotens: vbi dicitur, quod Deus noluit punire peccata Sodomorum, licet sciret tanquam Deus, nisi prius eos conuinceret, tanquam iudex. Item in lege diuina nullus casus est exceptus, nec alibi reperitur contrarium. & ad istum text. posset dici, quod loquitur in his, in quibus habet plenam potestatem, posset tamen argui de cap. quicunque. 11. quæstio. 1. sed illud est priuilegium Imperatoris, vt not. Innocen. in c. nuper. infra eod. & loquitur, quando deponit in forma testimonij. co-
d gita. Aut loquitur in Cardinali, & tunc si est legatus, creditur verbo suo in his, quæ sunt non multi præiudicij, d iuxta ea, quæ leg. & notan. in cap. nobilissimus. 97. distinct. & per glo. in cap. sicut. de senten. excommunica. in alijs secus, vt hic. Et vide per Ioan. And. in cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. & quod not. in cap. constitutus. in princip. de appella. vbi de hoc. Si autem esset non legatus, regulariter non debet credi in alterius præiudicium, vt hic, nisi aliud habeat stylus curiæ, de quo in d. cap. constitutus. De literis vero Cardinalium, dic vt plene dicam in capit. quod super his, de fide instrumen. Aut quæritur de Epi copis, seu l'tę latis, vel iudicibus inferioribus: & respectu literarum, siue habeant sigillum, siue subscriptionem: dic, vt plene dixi in capit. post cessionem, de probat. Quo ad nudum verbum eorum aduerte, quod aut voluit deponere non in forma testimonij, & eis non creditur in præiudicium aliorum, etiam sub ditorum, vt in cap. si tantum, & c. placuit. 6. quæstio 2. facit, cap. si sacerdos, de offi. ordi. & 2. quæstio. 7. cap. plerunque, & maxime hoc procedit in iudicibus, vt in c. quoniam. supra de proba. possent tamē haberi dicta eorum, vt instructiones. de cōfir. vti. vel inu. c. cum dilecta. in prin. vbi per Doct. facit cap. innotuit. de elect. not. Innoc. in capit. 2. de arbit. Aut volunt deponere in forma testimo-

ADDITIONES.

a Cum a nobis. Materiam huius decr. vide plene & eleganter per Dom. Anto. in c. non sine. in pen. & vlt. col. de arb. vbi examinat, an iudex arbiter, assessor, vel aduocatus, possint testificari de his, quæ coram eis acta sunt.

b Aut de verbo. Et hoc est verum etiam de his, quæ gessit ante papatum tex. est in cap. querelam. in princ. de ele. vel quæ ab aliis gesta sunt, tex. est in cap. tum ex literis, de resti. in integ. & in c. 1. de renun. lib. 6. & c. ad Apostolicæ. de re iud. lib. 6. & vide ad hoc bo. tex. in cle. 1. de reli. & venera. in antep. gl. ver. intelleximus autem. licet gl. ibi in ver. releuatur, videatur aliter loqui. Et vide glo. in ver. promisissent, in d. c. ad apostо. Item pro limitatione eius, quod dicit Dom. Ant. hic vide sing. limitationem, quam ponit D. Ab. in cle. 1. de prob. circa fi. quam etiam reperit hic in lect. Adde hic, quod dicit Bal. in Liusiuran. in 2. colū. C. eo. vbi dicit, q licet credatur dicto Papæ, tamen si non recordatur, licitum est salua maiestate reducere sibi rem in memoria, ne perseueret in errore. Papa enim bene potest errare. tex. est in c. tum ex literis, de in inte. rest. & in c. præterea. 23. dist. & in c. sententia. 36. q. 6. & vide tex. & gl. in ver. emendare. in c. fin. de reser. lib. 6. quod patet, quia mutat interdum suam sententiam. & est tex. in c. alma. in prin. de sen. ex com. in 6. sicut enim mutauit Aug. in c. certe. 12. q. 1. & facit c. qualiter, il 1. de accu. ad hic do. de Rot. in ant. decis. 225. Adde Ro. fing. suis 10. incip. sanctissimus Eugenius Papa, vbi alle. gl. in c. 1. de ren. & in c. ad apost. de re iud. & dic q ita fuit iudicatum.

c Credendum est. Vide Pe. de Anchar. in consi. 238. incip. vltra alia, quod alle. Fely. hic. Sed ad illud consi. vide eundem Fel. in c. caulam. quæ in 7. col. sup, de resc. Seb. Sap.

d Non multi præiudicii. Limita duob. mod. ut per Ro. in consi. 50. inci. ad discutiendum, in 4. dubio. & vide Bar. contrarietatem in l. vnica. C. de superind. lib. 10. & do. Ias. in rep. l. admonendi. col. 75. ver. adde etiam pro di. 10. Car. ubi plura alleg. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonij, a & tunc aduerte, aut volunt deponere in eadem
instantia, in qua sunt iudices, aut in alia. Primo casu nō possunt,
b quia non debent esse iudices & testes simul; bcum alius debeat
esse iudex, alius testis, & alius examinator, alius examinatus. 4.
q.4.capitu. 1. de verbo. sign. c. forus. de insti. capi. fina. probatur
aperte in c. dilecto. inf. eod. vbi repellitur iudex ab officio iudi-
candi, vt sit testis. Et sic intellige glo. istam in princip. dum facit
differentiam inter primam instantiam, & instantiam causæ ap
pellationis. In alia verò instantia, in qua non est iudex, dic, quod
aut nō iudicauit in illa causa, vt quia causa vertitur coram alio
iudice; vel fuit remotus ab officio, vt ferret testimonium, & po
test testificari, sicut quilibet alius testis, nisi aliud obstet, vt d. c.
dilecto, & sic intellige l. ob carmen. ff. de testi. non tamen crede
retur vni soli, vt in cap. licet ex quadam, infra eod. & not. Innoc.
en. in capi quoniam contra. præal. Aut iudicauit, & subdistin-
gue, aut vult testificari super ipso negocio principali, aut super
actis iudicialibus; puta, quia nunc contenditur coram iudice
appellationis, vel agitur de nullitate coram alio iudice, vel est
causa restitutionis in integrum, vel consimilis. Primo casu sunt
opin. Glos. hic tenet, quod non potest, per ca. statuendum, alias
statutum. 2. q.6. Hostien. contra & ad tex. d.c. statuendum, vbi
dicitur quod in causa, in qua fuit iudex &c. supplet ipse, & ad-
huc est: Vel, secundum eum, oportet dicere, quod illud capi. in
hoc est correctum, sicut & in alio, in quo dicit non cogendum
clericum ad testimonium. 14.q.2.c. super prudentia. Io. Cald. se
quitur istam glos. Præsumitur enim secundum eum, quod ha-
beat affectionem ad causam, ex quo in illa iudicauit, vt senten-
tia sua effectum habeat, sicut dicitur de aduocato. C. de assesso.
l. vlt. in fin. ff. cod. l. penul. & in capitu. Romana, eod. titu. lib. 6.
Nec placet sibi dictum Hostien. de correctione, quia contra-
rium tex. non habemus; & quia d.c. statuendum. iuuatur ratio
ne prædicta. Et hoc dictum huius glos. communiter approba-
tur, & satis placet, & no. glo. in capitu. statuendum. Et idem vi-
detur sentire Innocen. in d.c.2.de arbi. vbi dicit, quod iudex, ad
uocatus, assessor, & executor non possunt esse testes, per d.c. sta
tuendum, & alia iura superius alle. sed sunt consulendi de fa-
cto suo. all. c. cum dilectus, inf. de accu. & per hoc videtur senti-
re, quod loquatur in instantia etiam vertente coram alio. Aut
quæritur, nunquid possit esse testis super actis, & in hoc consi-
dera: aut in actis gestis coram se, aut per se. Primo casu glo. vide
tur hic velle, quod sic, sed in defectum. Io. Cal. simpliciter dicit
sibi credendum, tanquam testi. Sed concorda, quod aut ex illo
actu, de quo agitur, sequitur dedecus, vel laus, vel vituperium
& in alterum casum posset adscribi iudici, & non debet sibi cre
di, nisi saltem in defectum, & sic posset saluari hæc glos. & pro
hoc bo. tex. cum glo. in c. cum dilectus, de cle. Aut nullum inte
resse potest iudex prætendere; & sic est omnino integer testis. &
sic intellige Cald. Hoc. n. casu non testificatur super eo, in quo
iudicauit, nec habet affectionem ad causam, sicut alias sentit
Io. And. in add. ad Specu. §. opponitur. versi. sed pone, quod ad
ministrator. facit quod dixi in c. super, sup. eo. Aut de gestis per
se, & tunc putat Cald. ipsius testimonium non esse idoneum,
nisi contra se deponeret, vel quantum ad præsumptionem; &
sic dicitur fore intelligendum. d. capitu. 2. de arb. Sed aduerte,
quia Innocen. ibi sentit contrarium. dicit. n. se credere, quod si
arbiter post laudum confiteretur coram iudice turpitudinem
suam, non deberet per hoc reuocari arbitrium, per c. sicut, sup.
eod. & cap. veniens. & 15.q.3.c. memini. Satis crederem distin-
guendum, vt sup. dixi, quod si nec laus nec vituperium posset
adscribi iudici, possit esse testis: alias non, nisi forte in defectum
aliorum testium. ad hoc c. inter dilectos, de excel. pla. & d. capi.
cum dilectus. & c. 2. præal. Et in casu quo deponeret contra se,
diceremus, quod aut est tale quid, quod reddit eū criminosum,
& non debet credi in præiudicium alterius, nisi iuxta not. in c.
1. de confes. & in d.c. sicut. Aut non reddit eum criminosum, ta
li crimine, quod repellat à testimonio sed forte ostendit eum
fuisse criminosum, aut negligentem, & tunc secus. & sic con-
cordo Innocen. & Calde. & hoc no. Quando vero iudex non
testificatur, sed vult interpretari sententiam suam, nunquid pos
sit? Aliquid tangit Innocen. in d. capitu. 2. Sed tu dic, vt plene
leg. & no. per glo. & Barto. in lab executore. ff. de appel. & per
hoc habes declaratam hanc glos. & primam partem. c. an, &
quando sit credendum verbo iudicis, cuiuscunque authorita-
tis sit. Nunc venio ad secundam partem. s. ad versicu. nec scri-
ptum, contra quem (expediendo omnes glo.) faciam tres op-
po. Primam sentit glo. in versicu. scriptum, adducendo tria iu-
ra, videlicet c. post cessionem. & c. curæ 11. q. 3. & c. 2. non ta-
men ea inducit, quomodo faciant in contrarium, sed possunt
induci quoad corticem dupliciter. Primo in eo, quod dicit iste
tex. scripturam iudicis posse reprobari. Secundo, in eo, quod re-
quirit adminiculum testium. Glo. non sol. sed dic, quod si bene
ponderētur, potius concordant. Nam c. post cessionem, dicit,
quod standum est literis Episcopi, donec contrarium probe-
tur, nec contrarium dicitur hic, imo idem præsupponitur. item
hic non requiritur adminiculum testium ad substantiam pro-
bationis; sed ad hoc, vt per duos testes reprobari non possit. &
3 hoc vltimum intellige, vt statim dicetur in seq. contrario. † Op-
po. 2. glo. contra eundem versicu. nec scriptum, sequendo opi-
nuam damnatam, de qua in c. tertio loco, sup. de proba. vbi te-
c nuit, quod instrumentum c non possit reprobari, nisi ad minus
per quatuor testes, cuius contrarium innuit ista litera in fi. Et in
hoc contrario multum inuoluit se glo. in versi. scriptum. cum
seq. & in effectu sentiunt ambæ duas solutiones. Prima, quod
dictio, nisi, non stat hic exceptiuè, sed potius corroboratiuè, &
affirmatiuè. s. Quamuis, & tunc est sensus, q̄ quàmuis scriptum
iudicis fulciatur adminiculo testium, nihilominus potest re-
probari per duos, vel tres testes. Et tunc ad contrarium respon-
det glos. quod loquitur in instrumento publico. Illud vero in
scriptura iudicis, quæ non est tantæ authoritatis. Secunda solu-
intelligendo dictionem, nisi, propriè: & tunc dicit, quod text.
non negat, quin possit talis sciptura reprobari, sed nō per duos
testes, vel tres, sed ad minus requiruntur quatuor, sicut in in-
strumento confecto per manum publicam. Sed, vt dixi, funda-
mentum glo. communiter damnatur in d.c. tertio loco. & in c.
cum Ioannes, de fid. instr. & tenetur communiter, quod regu-
lariter quodlibet instrumentum possit per duos testes reproba
ri, vnde tunc fortiter obst. hæc litera, duobus modis. Primo in
eo, quod præsupponit à contrario sensu, quod scriptura iudicis
testium adminiculo fulcita, non possit reprobari per duos, vel
tres testes. Secundo in eo, quod tacitè infert, scripturam iudicis
sine testium adminiculo facere plenam fidem, licet possit re-
probari per duos, vel tres testes: quod videtur esse contra c. quo
niam. sup. de proba. & ca. 2. de fid. instru. & plenè no. in d. post
cessionem. Et circa hæc multa hic scribuntur, per quæ inuolui-
tur intellectus huius ver. Sed tu dic breuiter & clare, & primo
quoad primum, vt non intelligatur tex. cum scriptura iudicis
est testibus subscripta tantum, sed cum est testium adminiculo
fulcita. s. deponentium viua voce, & adiuuantium illam scri-
pturam. Tunc enim non reprobatur per duos, vel tres testes,
sed oportet, quod sint plures reprobantes scripturam, cum ibi
sit authoritas iudicis, & testium depositio, iuxta no. in d. capitu.
cum Ioannes. & hunc intellectum sentit Hostien. in quadam
apost. parua. Oportet enim sic intelligere. cum enim contrarium
colligatur per sensum contrarium elicitum ex text. oportet
quod

ADDITIONES

a Testimonij. Quando credatur indici testificanti in causa, quam ipse tradi-
vel tractauit, adde quod no. Innocen. in c. cum dilectus, super ver-
responsione. de accu. & vide glo. & ibi Barto. in l. ne in arbitris, C. de arbi.
& Barto. late examinat, vtrum arbiter possit esse testis de his, quæ coram eo
acta sunt, de quo per Domi. Anto. in c. cum dilecti, & in c. Quintauallus
16. col. de iureiuran. & vide de articulo hic examinato per Domi. Anto. in
c. cum dilectus. in 8. col. de ele. vbi satis succincte, & pulchre expedit istam
passum. Et vide hoc, videlicet an ille, qui est, vel fuit iudex, vel arbiter in
causa, possit in eadem causa testificari, late per Flo. in l. quoties. §. fina. de
prob. & Do. Anto. post Innocen. in d.c. non sine. de arbi. Et vide de hoc per
Archi. in d.c. de consilijs. 18. distin. vbi dicit, quod index, vel arbiter possit
testificari de his, quæ coram eo acta sunt, dummodo alijs non fiat præiudi-
cium. Item de hoc vide per do. de Rota deci. 86. secundum ordinem meum
nouissimū. & de ista q̄e vide per Bar. in d.l. ne in arbitris in 2. col. ver. dicta
prædicta quæro. C. de arb. adde no. per Barto. in l. iubemus. 1. col. C. de facto
Ian. eccle. & Do. in d.c. de consilijs, in fi. 18. dist. An autem solicitator possit
esse testis in causa, in qua fuit solicitator, ad hoc vide, quod no. D. An. in c.
insuper, in vlt. col. ver. de adhærente. sup. eo. & vide Do. in c. Romana. de te
sti. li. 6. vbi dicit, quod solicitator etiam datus à procuratore non est idō-
neus; & vide Ang. cons. 31. vbi dicit, quod solicitator etiam sine mandato
tor, non potest esse testis idoneus in causa, de quo vide per Do. de Rota de-
cil. 158. secundum ordinem meum nouissimum, quod habetur in fine. Ale.
in litera T. incipiente, quæritur, an solicitator, & fuit cons. do. Thoma de
de Senis, subscriptum per do. Io. de Ana. & vide etiam Ro. incōsin. c. omne
potentis Dei. Et adde omnino, quod no. D. An. in c. bonæ, il. de politi. prę-
& per eundem in ca. ex literis. in 2. no. de transa. vbi videtur dicere singulā-
re verbum, loquendo de proxenetis. Vide etiam de proxe. vnum verbum
quod ponit in c. insuper. in 5. col. sup. eod. vbi dicit, quod licet testimonium
proxenetæ admittatur, tamen non est integrum testimonium, & idem vide
tur dicere Barto. uno verbo. in l. omnibus C. eo. & vide Spe. in titu. de testi.
§. 1. & vide quod no. D. An. in c. cum dilectus. in 7. col. de ele. vbi dicit, quod
proxeneta admittitur ad testificandum in negocio, cui ipse fuit mediator,
in subsidium, quando aliter probari non potest. Sed de hoc, an proxeneta
sit sufficiens testis, vide pulchre per Bal. in d.l. omnibus circa fi. C. eod. Si vi
de glo. & quod ibi no. post Io. An. & D. Ant. in d.c. delictorum, de testi. Ange-
gen. Et de officio proxenetæ, vide quod no. Bal. in l. multum. C. si quis alte-
vel sibi. & vide de hoc quod subtiliter scribit D. Frā. de Are. in de. insuper.
circa fi. c. vbi ponit D. An. quid de administratore, & vide quod habetur in
l. si is, cui pecuniam. C. de furt. Adde, an index possit esse testis de his, quæ
coram ipso acta sunt, Fran. Are. cons. 13. Rapha. Cu. cons. 137. & ibi quid de
arbitro, & procuratore.

b Et testes simul. Vide copiose per D. An. in cons. 29. in c. quæstio hæc dubia. &
per Pet. de Anc. in cons. 173. in c. visis, & diligenter. Bal. in l. iubemus. 1. §.
fine, C. de sacrof. ecc. Seb. Sap.

c Instrumentum. Per quot test possit instru. reprobari, latè tradit Fel. in capitu.
cum Io. col. 11. versicu. 1. conclusio. inf. de fid. instru. post Abb. & alios no.
Seba. Sap.

quod reducatur ad terminos aliorum iurium. Nam speciale
est in scriptura Papæ, vt non possit reprobari, vt d. clem. literis,
de proba. Item si per duos vel tres testes reprobatur scriptura
tabellionis subscripta testibus, qui habet officium scribendi,
fortius scriptura iudicis, cuius officium non versatur in scriben
do; iuxta no. in d.c. post cessionem. Intelligatur ergo tex. modo
prædicto. s. de testibus deponentibus viua voce pro scriptura.
Et hic intellectus nullum habet scrupulum. Circa secundum
Innocen. hic multum instat & confuse, tandem dicit, quod nul
lo iure cauetur, vt scripturæ iudicis, etiam cum subscriptione
testium credatur. Et ad hunc tex. respondet, quod non loquitur
de scriptura iudicis, sed tabellionis. vnde debet exponi secun-
dum eum, Nec scriptum eorum s. tabellionum. Nam si intelle-
xisset de iudice, posuisset in singulari. Scius, propter singulare iu
dicis, quod præmiserat. Item veritas est, secundum eum, quod
apud Beneuentum, quo Decretalis dirigitur, nomina iudicum,
& tabellionum sunt promiscua. Sed hoc est destruere literam,
nec est verum, quod dicit Innocen. iure non caueri, vt credatur
scripturæ iudicis cum subscriptione, quia imo cauetur in capi.
2. de fide. instrum. quinimo etiam sine subscriptione in multis
casibus creditur, vt in c. post cessionem. & c. curæ. præal. Ideo
sine scrupulo dic, quod creditur scripturæ iudicis sine subscri-
ptione in multis casibus: & in illis verificatur hæc litera, vt li-
cet probet, potest tamen reprobari, vt legitur & no. in d.ca. post
cessionem, & ibi etiam plene dixi. An, & quando probet, etiam
cum subscriptione? dic, vt ibi. Nam hic non datur regula, vt sem
per probet, sed tamen dicit, quod non est tantæ authoritatis,
quin possit reprobari. s. in casibus in quibus probat. & qui sint
illi, no. in locis suis, & maxime in d. capitu. post cessionem. Et
per hoc declaratur apertissime hoc capit. Nunc venio ad vlti-
mam oppo. facilem, quæ colligitur ex glo. fina. Innuit enim iste
tex. quod litera papæ emanant sine subscriptione, cuius contra
rium probatur in d. capitu. cum redemptor. 12. q. 2. Glo. fin. sol.
quod in priuilegijs papæ bene subscribunt se Cardinales, & sic
loquitur contrarium, sed in alijs literis non, & sic potest proce-
dere, quod innuitur hic. & vide quod no. glo. in d. capi. cum re-
demptor. Et dic, quod hodie etiam in priuilegijs non scribunt
se Cardinales, & vide quod in simili not. in l. sacri affatus. C. de
diuer. rescript. † Vltra glos. posset quæri, a quia, sup. vidimus de
iudice, an & quando possit esse testis, quid in aduocato, & in
procuratore? b vide in aduocato, quod legi. & no. in capitu. fin.
inf. cod. lib. 6. & capitu. dilecto. inf. cod. & in Specu. eod. titu. §.
opponitur. versi. quid si aduersarius. & in versi. item quod fuit.
& in ver. quid si aduocatus. & per Cy. in l. quoniam. C. eo. titu.
& per gl. in l. fi. ff. c. De procuratore tam ad iudicia, quam ad ne
gocia, vide quod dixi in c. insuper, sup. eo.

ADDITIONES.

a Dubitat quæri. Quid autem de proxeneta, tangit Feli. hic in fin. vide Alexand.
in consi. 96. in 1. volum. & in consi. 128. in 2. volum. & in cons. 145. 5. volum.
Seba. Sap.

b Procuratore. An ille, qui est, vel fuit procurator in causa, possit in illa testifi-
cari, vide do. Ant. hic & in c. insuper. sup. eo. circa prin. & in c. literis. in 4. co
lum. de transa. Et de isto articulo, uide per Bal. in l. omnibus, C. de testi. ubi
pulchre loquitur, & per Pe. de Anc. in c. Ro. de testi. in 6. & ibi Domini. & la
tè per Flor. in l. fi. ff. de testi. & do. de Ro. decis. 22. secundum ord. meum no-
uissimum. De aduocato an possit esse testis in causa, in qua fuit aduocatus,
vide tex. & D. An. in c. ex literis, in 3. col. de transa. & uide Bal. in d. l. omnib.
C. ubi dicit quod aduocatus repellitur à testificando in illa causa, siue du
rer, siue finita sit sua aduocatio, quia eius interest suam ignorantiam non
detegi, uide Domini. in d.c. Ro.
Adde Ale. cons. 64. 2. li. Ful. consi. 219. & 174.
Vide plenius eundem Alexand. cons. 122. col. 5. uo. j. & cons. 78. col. 5. eo.
uol. Et quid de procuratore ad negotia, uide eundem cons. 19. col. 8. uol. 4.
Zachias.

SVMMARIVM.

1 Dictum testis sine iuramento, vel etiam quando iurauit super articulo certo
& extra illum deposuit, non valet.
2 Testis inductus ab aduersario meo ad certum articulum, potest peti à me, vt
examinetur super alio, nisi contrarietas resultet, vel iuris ordo per-
turbetur.
3 Testis inductus super dilatoria, opposita ante, vel post litem contesta-
tam super peremptoria oppo. in uim dilatoriæ, non debet audiri super princi
pali.
4 Producentes testes, uel ille qui petit eos examinari super toto negotio, non po-
test testes reprobare.
5 Exceptio peremptoria, uel exceptio opposita contra personas testium, potest
produci, & probari, etiam post publicatas attestationes.
6 Testis productus super uno articulo, potest peti quod iuret super illo articu-
lo, si is super causa, potest compelli, ut iuret super tota causa, etiam quod
pars non petat.
7 Renunciatio non impedit productionem, quando est facta ab utraque
parte.
8 Dictum testis an ualeat, si prius deposuit, & postea iurauit.
9 Dictum testis sine iuramento potest redargui de falso.
10 Testis scribens id, quod uoce poterat deponere, an probet.

CAP. XXIX.

DE testibus. Testi super dilatoria inducto, nō creditur super principali nec cogitur deponere, secus si super peremptoria. Tunc enim cogi potest, vt iuret deponere super toto. h.d. In secunda responsio, ibi, Consultationi. & responsio est bimē-bris. Secundum membrum prosequitur ibi. Si vero. Casus li. Aliquis trahit aduersarium suum in causam, reus objicit exceptionem dilatoriam, induxit testes ad eam probandam iura-mento præstito, altera pars petit eos compelli, vt deponant su-per negotio principali, quæritur vtrum sint adhoc cogen-di? Respondet papa, quod si testes inducti sint, solummodo ad exceptionem dilatoriam probandam, cum super illa tantum iurauerint dicere veritatem super negocio principali, non de-bent audiri, nec compelliad testimonium perhibendum, quia deponerent, non iurati. Si vero inducuntur ad exceptionem peremptoriam probandam, & altera pars petat, vt super negotio principali deponant, & iurent super illo dicere veritatem, sunt sine dubitatione ad hoc cogendi, nisi forte sufficiens pro-ductio super principali iam sit facta, vel nisi sit renunciatum productioni testium, vel nisi depositiones testium sint publica-
1 tæ. Bern. † No. 1. quod non valet dictum deponentis sine iura-mento, non solum quando nullo modo iurauit, sed etiam quā-
2 do iurauit super articulo certo, & deposuit extra. † No. 2. quod testes inducti per aduersarium meum ad certum articulum probandum, possunt peti à me examinari super alio articulo, seu super tota causa, dummodo non resultet contrarietas, vel iuris ordo perturbetur. Et vtrunque resultaret, si inductus super dilatoria probanda, compelleretur deponere super principali, nam dilatoria indicat non procedendum in principali, si ergo simul deponerent super principali, resultaret contrarietas, su-pra de iudi. c. exhibita. Item turbaretur enim ordo iuris, quia lite nō conte. testes non sunt recipiendi super principali, supra vt lite non conte. per totum. Sed si inducantur super peremptoria, omnia prædicta silent; cum dilatoria cohæreat principali, & lis iam sit contesta, & testis debet esse communis vtrique parti, li-cet per aliam tantum producatur, vt in c. non sane. 14. q. 5. no. glo. in capitu. fraternitatis. sup. eod. Et ex hoc habes rationes de cidendi ad vtrunque membrum huius c. No. 3. testem cogen-dum ad deponendum pro vtraque parte. Nota tres terminos exclusiuos productionis testium. Primus, si sufficiens produ-ctio facta est in causa. Secundus, si renunciatum fuit productio ni testium. Tertius, si attestationes publicatæ sunt. Et no. quod in his casibus impeditur, non solum directa productio, sed etiā indirecta, vt nō examinetur super principali, etiam productus
3 per aduersarium super peremptoria. † Venio nunc ad glos. a &
2 primo quæro, quare tex. iste dicat, quod testis productus super dilatoria, non debet audiri super principali, quia deponeret nō iuratus, hoc enim videtur falsum cum quilibet testis iuret. sup. eo. c. fraternitatis. & inf. eo. c. tuis. Sol. gl. 2. quod licet iuret super dilatoria, non tamen super tota causa, & ideo extra illum articu
b lum b deponeret non iuratus. c Sed quærit glo. in secunda par-
c te, quid si pars aduersa petat vt iuret? Respondet, quod si produ-
citur

ADDITIONES.

a Ad gl. An testes inducti ad deponendum super dilatoria, uel peremptoria, possint deponere super tota causa. Et materiam huius glo. uide plene exami natam, & forte melius, quam alibi per Specula. in titu. de teste. §. j in 24. col. uersi. item quod deposunt super alio. & in eo. ti. §. sequitur. uer. illud autem non est, ubi examinar, an ualeat dictum testis examinati, sed extra articulū deponentis. De quo uide per Bar. in l. 3. §. Diuus. il 3. ff. de quæstio. & in d.l. si duo patroni. §. idem Iulia. ubi plene, ff. de iureiurand. uide Bar. in l. si quis legatum. in fi. prin. ff. de fal. ubi dicit quod testis deponens extra articulum, non dicitur peccare in forma.

b Extra illum articulum. Quando dicatur deponere extra articulum, declarat Barto. & alij in l. si patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiu. & in l. j. col. 2. ff. si cert. pe. Lanfr. de Oria. in rep. c. quoniam contra falsam. in uerb. testium. col. 16. uer. si quæro nunquid illud sit uerum, de prob. & Ias. in re. l. admouē di. col. j. ff. de iureiu. Seb. Sap.

c Et uide hic do. Ant. in 4. col. ubi dicit, q̄ si testis inductus, super possessione, de ponit de proprietate, non probat. Et idē dicit gl. fi. in 1. momentanæ. C. q. leg. perso. Sed tu contra hoc uide no. dictum Inno. in c. pastoralis. post prin. de excep. ubi dicit, q̄ si testes inducti ad probandum unum, deponunt sup alio, quod contingit principale negotium, ad quod sunt inducti, probāt. Et ideo dicit, quod si testes inducti ad probandum debitū, dicunt deberi, sed in diem, ista dilatio proderit reo, licet actor ad id testes nō induxerit. Et p isto d. Inn. opti. facit quod no. do. Ant. post Inn. in 6. col. & melius in eod. c. in 16. colum. incip. cum olim. de censib. & quod not. domi. Anto. in capitu. Quintauallis, in uer. 22. differentia de iureiu. Et contra illā gl. uo. dictū Bal. in l. peremptorias, circa fi. uersi. quæro actor. C. sent. rescid. non poss. Vbi dicit, quod si testes inducti ad probandum mutuum, dicunt fuisse factum pactū de non petendo, quod ex hoc erit probata defensio rei, licet ad hoc non essent producti testes, cum cōtingat negocium principale. Igitur in p posito, cum q̄stio, super proprietate absorbeat quæstionem possessionis, & faciat causam momentaneam, ut in c. j. de cau. pos. & prop. & in c. cum dile
ctus.

ctorum. Et concluditur, q̃ non. Rationem vide in glo. & vide per Inno.in c.cum olim. j.de censib. Nam producendo instrumenta, videtur fateri contenta in instrumento.non mirum ergo, si postea reprobare non potest, sed producendo testes non videtur fateri ea, quæ dicturi sunt.† Quarto & vl.gl.quærit, nun quid si instrumentum a productum redarguitur de falso, b possit producens dicere se nolle vti instrumento. Et dic, q̃ sic per l. 3. C.de fi instr. In hoc tñ aduerte, qđ aut opponit, q̃ produces falsificauit ĩstrũm, et nõ sufficit desistere ab vsu, qa ex delicto falsitatis puniendus est, vt in l.si falsos. C.de fal. Aut opponitur solum respectu vsus, vt quia instrumentum est falsum, ideo non valet, & tunc procedit glo. in d. l. 3. vt sufficiat desistere ab vsu, nec poterit amplius in illo instrumento vti, cum ex hoc reddatur iuspectum, etiam quoad aliam causam, vt in d.l.3. Si tamen non desistit ab vsu, & instrumẽtum probatur falsum, punietur de falso, quia commisit falsum in vtendo, vt dict. l. si falsos. Ex hoc tradit ibi Barto. cautelam: cum testes deposuerũt falsum, vt producens dicat se nolle vti illis attestationibus, quod intelligit, quando ipse non approbauit articulũ falsum, quia approbando videtur induxisse testes ad probandum falsum: & sic nõ est locus pœnitentiæ, cum simul cum testibus commiserit falsum, argum. l. qui ea mente. ff. de fur. & l. non prodest. ff. vi bo. rap. Si autem in primo casu vtitur attestationibus, potest accusari de falso cum testibus. arg. in d. l. si falsos. quod no.† Op. & videtur, q̃ istud iuramentum, de quo in tex. dicitur, non sit præstandum, cum semel fuerit iuratum de calumnia, & hoc iuramentum non est in causa iterandum, in auth. in isto iuramẽto. C.de iur. cal. Glo. 3.c multum instat. Sed dic hodie non instandum, cum iuramentum malitiæ, de quo loqtur iste tex. toties potest exigi, quoties iudici fuerit visum expedire, vt in c. 2. in fi. eo. tit. lib. 6. Contrarium enim loquitur in iuramento calũniæ, quod plura capitula sub se continet, iuxta no. in c.1. de iura. cal. sed hoc iuramentum malitiæ solum cõtinet id, quod verbum sonat. Glo. fi. primo quærit de ratione decidendi in fi. cap. Respondet, q̃ protestando videtur noluisse adhibere fidem dictis illorum contra se, ergo non debet recipere pro se.† Secũdo opgl. contra hoc, & contra tex. q̃ licet reprobem personam, non per hoc videor reprobare dicta, vt sup. dictum fuit. Item licitũ est desistere a proposito, quandocunque ante sententiam. l. Papinia. §. meminisse. ff. de inofficio. testament. & sic sola protestatio non debet obesse. Solut. gloss. ponit in effectu duos intellectus. Primus, vt intelligatur tex. quando protestans perseueranit in sua protestatione quantum in eo fuit, sed reprobatio non habuit effectum, & tunc debet exponi tex. De facili non creditur, idest nullo modo creditur. Et pro hoc facit regula, ex eo. de reg. iu. lib. 6. & c. cum olim, de censib. Secundus intellectus, vt intelligatur, quando non solum fuit protestatus: sed in protestatione perseuerauit, donec testes deposuerunt. Et hoc casu de facili nõ creditur, si aliquid dixerint pro protestante, quia est præsumptio, q̃ timore protestationis deposuerunt pro eo. Expositi tamẽ hoc casu illud verbum, De facili, dupliciter, vt non credatur de facili .i. indistincte, sed debet haberi respectus ad qualitatem testium. Secundo, vt non credatur de facili, & sine alijs adminiculis. Quidã tamen, vt referunt hic Doct. tenuerunt primam opin. glo. vt procedat tex. quando protestans persistit in protestatione, secus si renunciauit. Nam sicut appellans potest suæ appellationi renunciare: 2.q.6.c.ei qui. §. si quis libellos. ita & protestans debet suæ protestationi posse renunciare. Quidam alij, vt hic refert Innoc. limitauerunt hanc opin. vt liceat renunciare, dummõ non intersit aduersarij propter expensas & labores. ff. de regul. iur. l. nemo. Nisi illud inter esse vellet remouere satisfaciendo de expensis & alijs, vt debet. & sic vult hæc opi. vt licitum sit renunciare huic protestationi, & redire ad ius pristinũ. Inn. dicit hoc fixũ tenẽdũ esse, q̃ postquam induxerit testes ad reprobationem testium, vlterius non poterit pœnitere. Nam cum testes pro vtraque parte iurent, 14.q.5.c.non sane. potest esse, q̃ ea dicerent, quæ potius facerent ad cõfirmationem suorum testium, quam ad reprobationem. Si autem per instrumenta vellet reprobare etiã post productionem potest destere, si secundum eũ, quod intelligit Ioã. And. nisi forsan scriptura faceret contra ipsum. inf. de censi. c. cum olim. quod debet procedens sibi imputare, argum. inf. de fide instrum. ca. imputari. Refert tamen Innocen. quosdam dicere, q̃ ex quo coram iudice obtulit se probaturum exceptionem contra testes, vlterius reuocare nõ potest, quin super hac exceptione iudicetur, cum de qua re cognouit iudex, & c. ff. de iu. l. de qua re. & quia iam ex tua exceptione quæsitum est ius parti, vt testibus pro te non credatur. Dicit tamen Innoc. q̃ tacite huic protestationi renunciatur, si protestans mandat illos testes interrogari super capitulis suis: arg. 4. quæst. 3. c. si testes, §. si quis testibus. Quidam tamen dicunt, vt ipse refert, q̃ inuito eo, qui produxit capitula protestando, audiendi, seu interrogandi non sunt: cum, & si pro eo deponerent, eis non crederetur. Sed plus placet Innoc. vt interrogentur, quia & si non faciunt ad plenam probationem, faciunt tamen ad præsumptionem. Habes ex prædictis primam opinionem multipliciter limitatam, & variatam. sed inf. subijciam quid tenendum. Alia opin. ad intellectum tex. refert Innocen. hic, vt nõ credatur his testibus in fauorem protestantis, si aduersarius vult habere ratam ipsius protestationẽ, alioquin, si vult vti testimonio eorũ pro se, tenetur admittere, & contra se 3.q.8 ca. cuius in agẽdo. nec debet eadem res duplici iure censeri. 12. quæst. 2. c. cognouimus. Hostien. ponit hic aliam opin. quæ videtur hic placere. Ioan. An. vt sit arbitrarium, an, & inquantum his testibus contra quos processit protestatio, sit credendum in fauorem protestantis. & de materia vide in Spec. eo. tit. §. 1. ver. item q̃ is q̃ quo. & sequentib. tribus versi. Abb. tamen dabat hic cõsilium, vt hæc protestatio fiat post depositionem testium & ante publicationem, quia tunc cessabit suspicio, q̃ timore obiectionis dixerint pro protestante. Ioan. And. dicit sibi non placere, sed non exprimit causam. Aduerte, distinguo sic, aut quis fuit protestatus post depositionem & ante publicationem, aut ante depositionem. Primo casu Abba. dixit, quod protestatio non impedit, ex quo non processit ad vlteriora. Et videtur hanc opin. sequi hic Anto. & dicit se non videre causam, quia hoc non placuit Ioan. And. Ego credo, quod Ioan. And. non intendit, quod hoc casu minuatur fides istorum, sed quod talis protestatio post depositionem factam non releuat, quia sentit hic post Gofr. esse fiendam tempore productionis testium. Et hoc mihi placet. Nam ex quo pars citatur a ad videndum iurare testes, & præsens non excipit cõtra personas eorum, videtur illos approbare. argum. c. ex parte Adæ. sup. eo. Aut fuit protestatus tempore productionis, & tunc aut processit ad actum reprobationis, & obtinuit, & non creditur in fauorem alicuius, vt in d.c. ex parte Adæ. Aut deficit in probando, & tunc domi. Anton. te net indistincte, vt credatur in fauorem producentis, sed non in fauorem protestantis. Ego dicerem, quod aut dicta testium cõmentur vnum factum inseparabile, & tunc si producens, vult p se, oportet quod recipiat contra se, vt in simili no. Innocen. in cap. cum olim. de censibus facit quod no. in l. Aurelius. §. idem iuris. ff. de lib. leg. & in c. 1. de confes. lib. 6. Neque obst. quod dicit, quantum in se fuerit, illos reprobauerit, quia reprobatio non habuit effectum. argum. in ca. mulier. inf. de iureiur. Item hoc contingit ratione indiuiduitatis. argu. in l. si communem. Item ad. fer. ami. Aut factum protestantis est separabile à facto producentis, & potest procedere alia opi. vt in nihilum cre dat pro protestante, argu. l. Papinianus. §. meminisse. Aut pro testans non processit ad actum reprobationis, vel saltem ante quam testes deponerent, renunciauit huic exceptioni: & tunc tentio cum Hostien. & Ioan. And. vt sit arbitrarium, an & inquantum credatur pro protestante, habebit enim considerare qualitatem testium. Item moram, in qua sterit protestando, & similia. Fateor tamen, vt etiam hic voluit do. Anton. quod semper poterit huic protestationi renunciare, antequam testes deponant, quia semper agitur de fauore suo. sed per hoc non tollitur iudicio meo, quin relinquatur iudicis arbitrio, quantum credendum pro eo, cum à principio illos, quãtum in se fuit, reprobauerit. Sic in simili dicimus in approbatione. d. l. si quis ibus. & maxime, quia hæc materia testium est arbitraria. l. 3. eo. & inf. c. prox. vnde iste tex. non dicit, quod non credatur, quod non de facili est credendum: vnde committitur hoc iudicis arbitrio.† Extra glo. quæro, quid si quis iurauit se malefice non opponere contra personas testium, tamen postea dicit in probando, nunquid excusetur a condemnatione expensarum? Ioan. And. dicit, quod sic, propter onus iurandi quod fecit, & remittit ad Spec. eod. titu. §. 1. versic. sed quid si admisit. D. Anto. putat eum condemnandum, quia talia iuramenta non excusant a condemnatione expensarum. Ego dico hic quod disceptari, an sit fienda ista condemnatio statim cum deponentes, in probãdo: an in fine litis; & an habuerit probabilem causam opponendi, vel non, quæ omnia declara secũdum ea, quæ alibi dixi in c. fi. de dolo, & contuma.

ADDITIO.

Nota hoc etiam qui facit citare inhabilem, videtur personam suam approbare vt per Bar. in l. de pupillo. §. nam & si seruo. ff. de ope. noui nunciatio. Item mulier, col. 2. ff. fol. ma. & Ioan. de Ana. in c. intelleximus, inf. de adul. Item Decones in cautela 105. incip. si facis. Seb. Sap.

ADDITIONES

a Si instrumentum. Vide Bal. in l. 1. col. vlt. C. si ex fal. instr. & Gandi. in tractat. maleficiis. sub rub. de falsis. Sep. Sapia.

b Falso. Vtrum producens falsum instrumentum, euitet pœnam falsi, si dicat se nolle eo vti. Et de hoc vide meliorem tex. de iure in l. si falsos. C. de fal. & ibi est gl. fin. secundum Sal. q̃ vtens solum falso instrumento, minus debet puniri, q̃ falsificans. Sed ei concordat alia gl. in l. 2. C. de fid. instrum. & bene facit tex. in c. ad falsariorum, de cri. fal. Sed contra istas gl. vt ceatur in §. item lex Cor. de fal. dũ dicit tex. recitauerit. inst. de pub. iu. sed de hoc vide per Bal. in l. iubemus. §. sane, il. 1. ad fi. C. de sac. san. eccl. Et facit ad quæ expendés scienter falsã monetã debeat puniri, acsi ipse falsificasset, de quo do. Abb. in d. c. ad falsariorum. & in c. quanto. de iureiur. Et de illo, qui protestat se nolle vti falso instrumento, vide Bald. in l. si aduersarius. cit. med. C. de fide instr. vbi alleg. d. l. si. falsos. Et adde quod no. Bal. in l. quicunque. in prin. 2. col. ver. item facit quod ille. C. de ser. fugi. Item adde his plures q̃ quas ponit Sali. in d. l. si falsos. & vide eundẽ in l. eũ q̃. C. de fal. Adde q̃ vtens falso instrumento, vel expendens falsã monetã, in dubio præsumitur hoc facere ignoranter, secundum Ang. in l. maiorem, in fi. C. de fal. Item q̃ vtens falso instrumento possit pariter accusari, sicut falsificans, est tex. in fi. vt proponis. C. si reus, vel ac. mor. su.

Adde an vtens falso instrumento teneatur falsi, & qualiter euitet pœnam. Rapha. Cum. consi. 125. & de falsificante monetam per eundem consi. 130. Ale. consi. 103. 1. lib.

An vtens falsis testibus, vel falsis instrumẽtis teneat pœna falsi, & si sic quo produxerit, vel si illes, & illa produxerit, teneatur pœna falsi. vide per Bal. in l. si veteris. vbi bon. tex. C. de fide instr. & vide Bar. in l. si falsos. C. de fal. Bar. & Bal. in l. 3. in fi. C. de fide instr. & ibi Bar. ponit cautelam ad hoc. tũ, quòd fiat protestatio per producentem testes, vel instrumenta, quòd se intẽdit vti eis, nisi veritatem contineant. Et dicas, quòd accusatio falsi, vel instrui contra producentẽ falsũ instrumentũ a se fabricatum, & si dicat se nolle vti. Secus si ꝓduxerit falsũ fabricatũ ab alio, ita Bar. post gl. in d. l. si vbi ẽt p Saly. C. de fi. instr. de quo per Ang. in Auth. de nõ alien. §. ea vero. & per Bal. in l. iubemus, in §. sane, C. de sac. san. eccl. & per Alex. in 1. ff. de fal. Et de expendente, seu fabricante falsã monetã, primo dicas, q̃ fabricans falsã monetã dr̃ cõmittere crimen proximũ crimini læsæ maiestatis, vt in l. 1. C. de fal. mone. Et dicas quòd moneta cudi non pot̃ nisi tibus sine licentia principis, vt in l. si. & ibi per Bar. C. de vete. numis. potelt. li. 11. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & per Bald. in tit. quæ sit regalia, in vsib. feu. Et adde, quòd cudens monetam ẽt bonã extra locũ publicũ ad hoc à principe deputatũ, teneat̃ de falso, secundũ dũ gl. in l. sacrilegij. ff. de Iul. pec. & no. in c. quanto, de iureiur. hic alleg. & hẽ per Alex. in l. 3. in fi. col. ff. si cer. peta. Et adde, quod moneta, ad hoc, vt sit bona, debet tũ valere formata, quantum in massa, vt per gl. in l. 1. ff. de contrah. emp. & per Bal. in l. qui falsam ff. de fal. & per Io. de Imo. in l. Paulus, ff. de sol. & dicit Bar. in 1. ff. de aur. & arg. lega. & in l. 2. in §. mutuũ, ff. si cer. pet. & in d. l. 1. C. de te. numis. po. quod moneta debet cudi expensis publicis. de quo etiam per Canonistas in d. c. quanto. De expendente vero scienter, quomodo punitur, vide Bar. in l. lege Corne ff. de fal. & in l. faccularij, de extraord. crim. vbi dicit, quod expendens nummos plũbeos, vel stanneos, teneatur de falso. Secus si alias sit moneta falsa, puta, quia sit cussa extra locum publicum, vel habeat defectum in pondere, quia tunc punitur extra ordinem, quãdo ceat se ab alio habuisse considerata qualitate personæ, quæ ipsam monetã expendit, si sit honesta, vel vilis. Et adde, quod crimen falsę monetæ admittit socium criminis ad accusandum, & testificandũ, & condemnatus de falsa moneta non appellat, vt per Spe. in tit. de acc. in ver. item repellitur. Item adde tit. de app. in §. 2. ver. 29. Et adde, quod falsificator monetæ, potest iudicare per quemcunque adductũ in iudicium sine aliquo præcepto iudicis, vt per Spec. in tit. de accu. §. 1. ver. hoc tamen. Et accusator falsæ monetæ colligitur immunitatem pœnæ, vt per Spe. in tit. de lib. concep. §. 10. ver. 3. Item bes tamen fabricans falsam monetam non punitur de crimine falsę monetæ, vt per Spe. in tit. da dona. in ver. quid si. Quo autem puniatur falsa moneta, vide gl. Cy. & Doct. in l. si quis. C. de fal. mone. & in l. 1. & ibi per Bart. C. de fal. & in l. fi. C. de vete. numis. po. sup. alle. & vide gl. & Io. And. in cle. uel. in d. c. quanto. & per Spe. in tit. de cri. fal. in §. 1. vbi cõcluditur, quòd tunc netur de falso. Et adde quod non dr̃ quis feciſſe falsam monetam, qui tantum incepit cudere, sed non impressit formam, quia non debet punire tanquam delictum consummauerit, sed alias extra ordinem, vt per Bal. in l. 3. de nau. fœno. & per Bar. in d. l. qui falsam, de fal.

c Iudicio meo. Hæc glo. male loquit, nã Cõpo. & Host. in c. quod ficut, de elec. & do. Ant. in repe. c. cũ M. in 9. col. de cõsti. & do. Abb. c. pastoralis, de excep. fing. dñi, qđ superueniẽtia notitię exceptionis peremptoriæ post terminum p iurm probari non pt. Sed certe ista exceptio in personas testiũ peremptoria, vt dr̃ de excep. & in c. ex parte Adæ, de testi. ergo cũ sit peremptoria, eius superueniẽtia notitiæ non poterit probari per iuramentum, contra illum qui

SVMMARIVM.

Quæ tria per quæ testes testibus præferuntur.
Testis sibi ipsi contrarius non probat, nisi se corrigat incontinenti.
Duo vnus testis contrariatur alteri, neuter probat, nisi alter melior sit, vel nisi iudicem ad deferendum iuramentum in defectum &c.
Quæ tria facienda est, quando plures testes contrariantur pluribus.
Quæ petunt vnam vxorem, & æqualiter probant, quis debeat obtinere?
Quæ testium præferenda sit numero, & magis creditur duobus testibus quam centum negantibus, & quando.

CAP. XXXII.

In nostra. Si testes à diuersis producti deponentes cõtraria, sint æqualis honestatis, statur maiori parti, numero, alias prævalere poterit paucorũ authoritas. Vel summa sic. Si actores testes contraria deponunt, fidem sibi non derogant, prævalent digniores,a & verisimiliora deponentes, & si in his est disparitas, præfertur numerus. h. d. Præmittit factum, diffinitionis causam. Secunda ibi: Mandamus. dat mandatũ cognitionis. Secundum ibi. Si vero. Casus liter. Quidam Archiepiscopus habebat controuersiam cum quibusdam monachis, de quibus commissa fuit quibusdam iudicibus. Lite contest. plures testes hinc inde recepti fuerunt, quibus examinatis iudices dubitarunt, qualiter deberent ferre sententiam. consuluerunt super hoc papam, remittendo sibi attestationes. Do. Papa diligenter examinatis, scribit iudicibus illis, cum plures testes tã de parte archidiaconi, quam ex parte monachorum sint producti, non solum diuersa, sed aduersa penitus testimonia cõtinentes, & ea non solum diuersa, sed aduersa penitus testimonia cõtinentes, non tantum ad multitudinem testium respicere oporteat, sed potius ad qualitatem testium, & ad dicta ipsorum, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus iudex motum animi sui debet informare, & mandat papa iudicibus, quatenus si testes vtrinque sint eiusdem honestatis, & æstimationis, pro Archi. sententiam proferant. cum plures testes archidiaconus produxerit, quam monachi. Si vero testes monachorum tantę præeminentiæ fuerint, quod authoritas eorum aliorum sit multitudini præferenda, absoluant monachos ab impetitione archidiaconi. Ber. No. 1. quod data contrarietate inter actoris & rei testes, nõ iudicatur indistincte pro reo, licet sit fauorabilior actore, sed recurritur primo ad qualitates testium dictorum, & ad maiorem numerum, sed vbi cætera sunt paria, tunc fertur sententia pro reo, b vt in capiru. ex literis, de prob. & hic in glos.

b

1 † No. 2. ex hoc & ex tex. tria, ex quibus testes testibus præferuntur. Primo ex eorum authoritate, quia scilicet sunt honestiores, ditiores, & melioris famæ. Secundo ex depositorum qualitate, vt quia sunt iuri cõmuni consona, vel aptiora negocio, de quo agitur. 4.q.3.c.si testes. & in c. licet, de prob. per Innocen. in c. auditis, de præscr. Tertio ex eorum multitudine, vt quia sunt plures numero. Et dic primo recurrẽdum ad authoritatem. Nam

c vt dicit Host.c possent esse centum ribaldi ex vna parte, & viles; & ex alia parte duo tales, & tãtę honestatis, quod eis potius staretur, quam multitudini, quod est notandum. Secundo ad verisimiliora, argum. c. quia verisimile, de præsump. & de renun. in c. sup hoc. de restit. spol. c. solicite. Tertio ad multitudinem, vt hic. Adde quartam considerationem, vt inspiciatur persona producens, secundum Hostien. Nam ex qualitate producentis, præsumetur testium corruptela. In his tamen non puto posse dari certam doctrinam, sed ex varietate & qualitate factorum informabit iudex motum animi sui d. c. si testes. & l. 3. ff. eo. tit. No. quod probationes debẽt esse tales, vt moueant iudicis animum ad credulitatem. Glo.d 1. est notabilis, & habes fere similem in d. c. si testes. 4.q.3. Et diuiditur hæc glos. principaliter in tres partes. Nam in principio & in fi. prosequitur contrarietatẽ testium directe seu indirecte productorum. Secundo prosequitur contrarietatem testium ad instrumentum. Tertio ponit q. dubitabilem, & so. Prima pars subdiuiditur primo dicit quid iuris, quando vnus testis est sibi contrarius, vel pro parte dicit falsum. Secundo quid, quando vnus contradicit pluribus. Tertio, quando plures contradicunt pluribus? Veniamus nunc ad singula membra, declarando, & supplendo, prout fuerit opportunum. Et pro ingressu glo. oppo. & videtur, quod ex contrarietate dictorum testium, dicta corruant ex toto, vt in c. pura. 3. q. 9. & c. licet, de prob. Sol. secundum glos. Quandoque vnus testis contradicit sibi ipsi, & tunc procedit contrarium. Et est huius dicti ratio, quia ex contrarietate redditur testis suspectus, & per iurus, cum iurauerit dicere veritatem: & contraria simul non possunt esse vera. 32.q.1.c.cum renunciatur. 32. distin. capit. ho spitiolum. Et eadem ratione verificatur dictum sequens in glo. quando testis pro parte dicit falsum. nam annullatur dictum in totum, & de hoc vlti. vide Innocen. in capi. fraternitatis, de hære. vbi etiam prosequitur quid in instrumento, in quo aliquid reperitur falso scriptum. Et pro primo dicto vide Innocen. in capitu. præterea, de test. cogen. vbi prosequitur, quando testis dicitur sibi contrarius, & quando varius, vel vacillans, & per illum text. limita hoc dictum glo. nisi testis corrigat incontinenti suam contrarietatem. nam tunc excusatur. facit quod no. gl. in capitu. cum impositionibus, de iureiuran. lib. 6. in verbo. iusta

ADDITIONES.

a Digniores. Adde de hoc per Ro. sin. suo. 362 incip. duo testes. & Ant. Corse. sin. 252. in Ver. testis. inci. etiam duo testes. Zach.

b Pro reo. Vide Bald. in l. qui accusare. in fin. C. de eden do. & dom. Iaf. in l. non est nouum. eod. titu. & Abb. in c. examinata, columna tertia, sup. de iud. Sebast. Sapia.

c Ista opin. Hoc procedit quãdo ex vna parte sunt pauci testes idonei, ex alia parte multi inhabiles, & indign. Sed si ex vna parte essent multi testes idonei, & ex alia pauci, qui tamen essent idoneiores, tunc procederet distinctio huius gl. secundum Inno. hic, cuius distinctio mihi placet.

d Pro intellectu huius gl. vide gl. fi. in d.c. ecclesiail 2. de ele. & gl. plenissimã. iu §. nunc autem quæritur. 63. dist. & gl. in d.c. si testes. 4.q.3 circ. prin. in veueritatis. & vide gl. in c. ego solus. 9. disti. Et adde hic, quod si adducuntur plures medici ad iudicandum, an vulnus sit mortale, statur dicto paucorũ peritorum, licet cõtrariũ dicatur à pluribus imperitis. Ita determinat Spe. in ti. de homi. §. j. uer. sed pone, quem refert & sequi Ro. in l. j. §. fi. in 3. col. de uer. obli. & do. Ant. in c. proposuisti. in pen. col. uer. plus dicit de proba. Item adde hic quod no. Dom. in c. ego solus. 9. dist. in fi. Itẽ adde, quod licet regulariter stante paritate meriti & depositionis, stetur maiori numero testium concordantiũ, tñ si reperiantur contrahentiũ scripturę autiquissimæ inter se contrariæ, licet pro una parte sint plures scripturæ, q̃ pro alia, non propterea statur maiori numero. Et ad hoc dicebat do. Fran. de Are. se ponderare tex. ualde sing. in l. 2. in 2. respon. ff. de offi. q. Item an testes deponentes super indefinita præferantur deponentibus super uniuersali, uel deponentes super ipẽ, præferantur deponentibus super genere, uide multum eleganter per d. An. post Inno. in c. auditis. in 3. col. de præscrip. Adde an stetur maiori numero peritorum, cum in contrarium sunt multi imperiti, Alex. consi. 149. 2. li. & quando stetur pauciori numero, per eun. consi. 27. 2. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſta cauſa. Item dic dictum glo. procedere, niſi poſſit reduci ad concordiam, arg. c. inter dilectos. §. ceterum. de fide inſtrum. di
a xi in c. cum tu. ſ. eod. vbi vide. & habes a primam partem glo.
3 †Sed omittit gl. aliud membrum, quando vnus teſtis contradicit vni. In quo caſu dicit hic Vinc. ꝙ vtriuſque dictum annullatur, niſi alter eſſet melior, b & dignior, ꝙ prouocet iudicem ad
b iuſiurandum deferendum. C. de reb. cre. l. in bonæfid. Et hoc dictum ſingulare notabis pro intellectu c. fi. de iureiur. Et defendo dictum hac ratione. ſicut plena probatio nō confundit pleniorem contrariam, vt hic, ita nec ſemiplena firmiorem. Quidam tamen tenuerunt contrarium, exemplo duarum præſumptionum oppoſitarum, ſed non procedit, quia vna elidit aliā, cum eſt fortior, vt probatur in c. literas. de præſump. Quando-
c que & ſecundo, vnus c teſtis contradicit pluribus, & talis contrarietas non ob. ſecundum glo. & adduci poteſt ratio ad hoc præcedens. Sed intellige, quando vnus teſtis ex toto contrariatur pluribus. Si āt vtrūq; dictū eſſet poſſibile, vt quiaduo teſtes ex parte actoris deponunt ſuper mutuo, vnus teſtis ex parte rei deponit ſuper reſtitutione mutui, tunc poſſet deferri iuramentum ad dictum vnius, iuxta no. in c. fi. de iureiur. & Bar. in l. ad-
4 monendi. ff. co. & dic, vt plenius ibi no. † Quandoque & tertio plures contradicunt pluribus. Glo. reiecta opi. quorundam, tenet, ꝙ primo, ſi fieri poteſt, iudex reducat ad concordiā. ſi etiā non eſt poſſibile, dicit primo recurrendum ad authoritatem, ſecundo ad veriſimiliora dictorum, tertio ad multitudinem. & no. bene in hoc gl. Idem per omnia tenet glo. ꝙ licet teſtes per omnia non ſint pares, tamen prius ſunt reducendi ad concordiam, ſi fieri poteſt. Nam contrarium ſentit gl. in c. cum contingat. de off. dele. & ibi idem Innoc. & Bar. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. Dicunt enim ꝙ tunc fienda ſit reductio [d] ad concordiam, quando teſtes ſunt omnino æquales. Sed tu tene primū per rationem c. cum tu. ſ. eo. vbi vide. & facit c. nihil obſtat. de verb. ſign. & de pœn. diſt. 1. c. periculoſe. vbi bo. tex. cum gl. Secundo no. prius recurrendum ad veriſimiliora, quam ad multitudinem. & ſatis hoc innuitur in tex. in prin. Et vltra ea, quæ dixi in tex. pone exemplum, teſtes vnius partis deponunt, illum poſſediſſe quadragin. an. & etiam deponūt de titulo, teſtes plures numero alterius partis deponunt ſolum de poſſeſſione. Nā illi ꝓferuntur, arg. c. licet. de prob. & voluit gl. in d. c. ſi reſtes. Limita hoc dictum glo. quando teſtes contrarij deponunt in eadem inſtantia, ſeu cā, ſecus in diuerſa, ſeu ad alium effectum, vt eſt bon. tex. in c. cum in tua, inf. eodem. Et per hoc etiam dic, quod teſtes poſſunt reprobare centum, quia non concurrunt ſuper eodem, ſed iſti duo ſoli deponunt ſuper indignitate illorum centum. Ad hoc c. licet, & quod ibi no. de proba. Si vero teſtes per omnia ſunt æquales, vel ſimpliciter, vel facta compenſatione excedentium, & exceſſorum, dicit glo. tunc ferendam ſententiā pro reo, niſi in caſibus exceptis. & ſi neuter eſſet reus, diuidenda eſt res, vel gratificet iudex, cui vult, ſi res eſt indiuiſi
c bilis, vel ſorte e diuidatur. Tu dic, vt dixi in c. licet, de prob. poſt gl. vbi vide. Hæc procedunt, quando teſtes directo contrarij ſuper eodem art. inducti fuerunt. Sed eſt dubium, quid ſi ſecūdo inducantur teſtes ad probandum indirecte cōtrarium, vt in caſu c. ex tenore. inf. eo. Glo. in fi. quæ hoc congruentius expedit, concludit idem dicendum, quod ſup. vt habeatur reſpectus ad dignitatem & multitudinem, & vbi omnia ſunt paria, ſtatur potius primis, quia præſumitur potius ſubornatio in ſecundis, quod eſt valde notandum. Sed gl. multum no. in c. clerici. diſt.
81. videtur ſentire oppoſitū. Dicit enim ꝙ ſi duo clerici deponūt me commiſiſſe fornicationem certa die, & tot laici dicunt me fuiſſe cum eis tota illa die, præponendi ſunt laici, quia ſtāt pro reo Et ſic vult ꝙ probantes indirecte præferantur, ſi ſtant ꝓ reo, licet alij ſint idoneiores, vt ſunt clerici reſpectu laicorum. Sed credo illam gl. procedere cum duplici limitatione. Primo, quando modicus eſt exceſſus in teſtibus actoris. Secundo quādo fuerunt producti ante publicationem aliorum teſtium, tūc enim ceſſat præſumptio ſubornationis, ſup qua ſe fundat hæc gl. vrile eſt ergo producere plurimos teſtes, etiam pro notorijs cauſæ. V enio nunc ad ſecundam partem principalem gl. Quid ſi teſtes contradicunt inſtrumento? Glo. diſtinguit, tu in vtroq; membro vide plenius per Innoc. in c. cum Ioannes. de fide inſtru. & ibi dicā †In tertia & vltima parte glo. quærit, quid ſi duo
5 eandē perant in vxorem, & æqualiter ꝓbant. Et reſponde, vt in ea habes. Hæc qō rariſſime contingit, quia fere ſemper danda eſt dīa inter probationes. Nec placet deciſio gl. quia poſſet cō tingere ei, qui nō eſt maritus, vt qa poſtea ℈xit, licet probari nō poſſit, arg. l. duo ſunt. ff. de teſt. tut. Et vide de hac q. per Innoc. ſuper rub. de ſpon. duo. vbi inter cętera dicit ſententiam diffe-
f rendam, f donec de anteriori tempore probetur. & hæc opin. ſecurior eſt, & facit c. graue. 11. q. 3. & compelletur hoc caſu mulier continere non ſine cā, nec. n. caret culpa in ℈hendo cum
6 duobus. arg. in c. quoniam. vt li. non conte §. ſi autem. † Glo. vltima quærit, an authoritas teſtium indifferenter præferenda ſit numero? Et dicit, ꝙ non, ſed tunc tantum, quando in modico
g excedit. g Hoſt. dicit gl. in hoc eſſe contra tex. qui dicit ad multitudinem non reſpiciendum, ſed authoritatem multitudini ꝓferen-

ADDITIONES.

a Pro intellectu huius gl. in 1. parte vide omnino per Io. And. in l. cum de ma-
te. ff. de prob. vbi plene examinat eius intellectum, & vide late ſcripta p Io.
And. in lua ſūmula, de teſti. in ver. quid ſi teſtes ſunt diuerſi. Et adde hic cō.
dictum Bar. in l. 1. §. non autem. in fi. ff. de bo. poſ. ſecundū tab. vbi dicit, ꝙ ſi
duo teſtes deponunt, ꝙ Titius occidit Seium de menſe Aprilis, alij duo de-
ponunt, ꝙ Sempronius occidit Seium de menſe Maij, cum illi teſtes ſint cō-
trarij: neutris ſtabitur, vel eligētur digniores. Sed ſi nullius ex teſtibus gra-
ctis deponit de certo tempore, tunc & Titius & Sēpronius puniētur de ho-
micidio, cum verificari poſſit dictum omniū teſtiū, quia intelligetur, quod
Titius & Sempronius ſimul interfecerunt Seium. Item ad materiā huius gl.
in terminis vide multum elegāter poſt beatū Tho. in 2. 2. q. 70. artic. 4. circa
medium. &c. Adde an dicta teſtium contrariorum corruāt, Alex. conſ. 124.
2. lib. & conſi. 44. 4. lib.
Teſte legaliori producto, qui contradicit teſti, non ita legali ab aduerſario
producto, poteſt deferri per hoc producenti iuramentum in ſupplementū.
Et idem dicit Io. An. in addit. Spec. in tit. de teſte §. poſtquam. cir. prin. verſ.
quid ſi aliter. & vide quod no. do. Ant. in c. fi. in 11. col. de iu.
b Ex his poteſt colligi doctrina, quod illud qđ dī, teſtes reduci ad cōcordiā,
vt probent, eſt verū, qñ ſunt pares numero. Secus ſi ſint impares, vt qa vnus
eſt ex vna parte, & duo ex alia. ad quod audiui alleg. Vin. & Io. And. hoc c.
tenet Fed. conſi. 146. & Imo. poſt Bal. in 1. in inſula. §. fructus. in fi. fol. ma.
ad hoc alle. Inno. in c. cum contingat. de offi. dele. de hoc vide Imo. in lite-
ſtipulantem. §. 1. ff. de ver. obl. & idem dicit Bal. in c. cū tu, de teſti. & alleg.
Innoc. in d. c. cum contingat. Adde quando teſtes reducantur ad cōcordiā,
Anch. conſi. 386. & 399. Alex. conſi. 123. Et an dictum vnius ſit reducendū
ad concordiam, per eundem conſi. 81. 1. lib.
c Vide ibi do. Ant. & quod ibi ple. no.
d Reductio. Vide Bar. & alios in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſtum. lo-
te per Alexand. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig. & Felin. cap.
cum cōtingat. ſup. de offic. deleg. & in ca. ex literis, colum. 2. ſup. de proba.
Seb. Sap.
e Vel ſorte. Not. quod qñ eſt queſtio iuris, nunquam recurrimus ad iudicium
ſortis, vt voluit Bar. in l. ſi duo. 1 prin. ff. vti poſ. & ē gl. no. in l. vni. C. vti pro-
ita tenet Bal. in c. licet cauſam. ſup. de prob. Imo. & alij moder. in l. huiuſmo
di. §. fi. ff. de lega. 1. & Ang. in l. ſi ambo. ff. de iudi. Ber. force.
De iudicio ſortis, quot & quibus modis capiat, vide Io. An. in ver. ſortis, in
proœ. cle. & vide gl. 13. q. 2. in ſumma. Et q ſint ſortes licitę & illicitę, vide
gl. c. ſummę. 26. q. 2. Et adde, quod iudicū ſortis dī iudicium fortuna. & ſic
habet locum in: q. facti, non iuris, vt per Bal. in l. ſi duobus. C. communia de
in 1. no. & per Alex. poſt Bar. in l. ſi duo. ff. vti poſ. & vide in c. 1. & tota tit.
de ſortilegiis. Ant. Franc.
f Sententiam differendam. Vide Io. de Ana. in c. 1. de ſortilegijs. vbi referēdo.
Sebaſt. Sap.
g In iſta materia vide & adducas duos optimos tex. ſ. tex. in l. maior. ff. de pe-
ctis. & in l. fi. C. qui bo. ced. poſ. & qđ no. Bar. in l. 4. §. Cato. in fi. ff. de teſti.
oblig. Sed qđ ſi teſtes hinc inde ſunt pares? dicitur recurrendum ad multi-
perſonæ. modo pone, ꝙ ex vna parte ſūt duo Doct. plebeij, & ex alia parte
ſunt duo nobiles, q debebunt præferri? & ſimiliter q̄ iſta pōt occurrere in
prælati ele. & vī ꝙ pterendi ſint Doct. plebeij. arg. eius, qđ dicit Bal. in l. De-
mini. C. de aduo. diuerſi. in. vbi ſentit, ꝙ Doctor plebeius ſit ꝓferendus. De-
nobili imperito, in contrariū facit tex. ex ordine ſcripturę in fine. ibi. Ho-
mes tamen & literatos. & c. de prœben. Ego dico, ꝙ hoc erit in arbitrio iu-
cis, qui habebit conſiderare, quis ſibi videatur dignior. Et adhoc adde q̄
elegans dictum Spe. in tit. de teſti. §. j. in 6. col. ver. ſed quid ſi vir & vx. & q
ſcribit do. Ant. poſt Io. An. in c. ſuper eo. il 2. in 2. col. fi. p. eo. tit. Super hoc
dubio debebit interpretari in partem benigniorem, arg. d. l. maiores. ff.
tñ tex. ex ordine ſcripturæ ꝓbare in d. c. ſuper eo. dum dicit. Diuitis nobi-
tatibus. &c. quod teſtimoniū diuitis ꝓferaē dicto eius, q eſt in dignitate
alibi tñ nobilis, & dies nō nobilis, ęquiparantur, tex. in l. nobiliores. Cap.
ua vec. impo. nō poſſe. Et adde hic Bal. in l. teſtium. in pen. col. C. de teſti.
dicit potius credēdum eſſe duobus teſtibus nobilibus, quā multis ciuib.
Et adde, quod ſi dictū non integri teſtis concurrit cū dicto teſtis, qui eſt ſa-
liſſima perſona, ſuſtentatur dictum teſtis non integri ꝓp dictū legalitatē
perſonę, hoc fuit fin. dictū Ang. in conſi. ſuis conſ. j. adhoc alle. tex. in l. ſi
ex argētarijs §. j. ff. de eden. Et circa id qđ ſup. dixi de paupere Doctore,
ignobili, adde gl. i. l. ſocietas q̄ eſt bona. ff. pro ſoc. q̄ dicit, quod bene
ti debent recipi in canonicos ſicut nobiles, & ad hoc facit gl. in c. nuper. de
diſt. facit qđ no. in proe. Inſti. i fi. vbi dicit, quod ſciētia ciuilis nobilitat
diſcentes eam, & exhibet magiſtratus, & honores cō duplicat. Et vt vno
omnia fatear, iurium profeſſiones per orbem terrarū facit ſolēniter pa-
pari, & habere ſedem in aula imperiali, vide etiā gl. 1. de prębēn. c. de nup.
ta. & adde qđ no. Bal. i l. viduę. cir. prin. C. de nup. vbi dicit, quod nobilitas
& virtus morū, ꝓfertur diuitijs. & ibi vide. Et quod ignobilis ꝓferatur no-
parē nobili imperito, eſt bonus tex. in l. ꝓuidēdū. i prin. C. de poſtul. & no-
de hac Bal. in l. fi. C. cōmina. vel epi. vbi dicit, quod ſi inter teſtes veriſimi-
ductos eſt oīno diſſimilitudo, tūc relinquit arbitrio iudicis, quos ꝓferre
lit. Idem dicit Bal. in l. cū magiſtratus. in fi. C. quando prouo. non eſt ne-
dicens, quod tñ iudex in actis debet facere ſcribi cauſā fuę adhæſionis. Ad
adde hic Archid. in c. ex multis. 1. q. 4. vbi ꝓ illum tex. & ex ordine ſcrip-
cit, quod mores præferūtur ſcientię. Item adde hic gl. in l. nec ei perniti-
tur, §. fi. ff. de adop. quę dicit, quod ad fidem exhibenda plus valeat gra-
vel benignitas morum, quā facultates. Itē adde, quod in dubio ſtatur ca-
bus, rei, licet teſtes actoris ſint aliqualiter legaliores, vt qa ſūt clerici, & te-
ſtes rei ſint laici. Adhoc eſt gl. ſi. in c. clerici. 81. diſt. quam ad hoc brigāt
ter alle. do. Abb. hic & in c. ex literis. de ꝓba. Et adde quod duo teſtes de
liones ꝓferuntur duobus alijs teſtibus, ām Bal. in auth. ſed cū teſtatur. in
col. C. ad l. fal. qui alle. gl. ſi. in auth. de hęr. & fal. §. ſi vero. Item ſcitas, quę
duo teſtes reddentes cauſam ſui dicti, prę ferunturduobus alijs, non red-
dentibus rationem, etiam quando ſumus in cāſibus, in quibus valet dictū
teſtis non reddentis rationem, ſi non ſit interrogatus. ſiſtud dicit no. Bal.
l. presbyteri. cir. fin. C. de epi. & cle.

ferendam. Nam pōt eſſe, ſm eum, ꝙ centum viles, & ribaldi eſſent pro vna parte, & duo honeſti pro alia, quibus ſtaretur, & hoc plus placet. iudex ergo totum arbitrabitur. Nec obſt. iura allegata in gloſ. Dico enim quod loquuntur in habentibus ius eligēdi, qui nō præſumuntur viles; licet alij poſſent eſſe digniores ętate, dignitate, ſcientia, vel ordinibus. Adde ad prędicta, ꝙ no. Inno. in c. ſuper hoc. de renunc. vbi dicitur, quod plus credi-
a tur duobus [a] teſtibus affirmantibus, quam centum negātibus, ſed intellige quando negatiua non eſt reſtricta, & coarctata, ꝓ-ut no. in c. bonæ. il 2. de elect. vbi de hoc.

ADDITIO.

a Duobus. Nota limitationē ad gl. & no. il. diē, ꝓferre. §. ſi plures. ff. de arbitris.

SVMMARIVM.

1 Clericus iudex poteſt excommunicare impedientem productionem teſtium coram ſe fiendam.
2 Electus confirmatus ſed nondum conſecratus, poteſt dici prælatus, ſed non epiſcopus.
3 Inferior, an poſſit relaxare ſuſpenſionem, vel excommunicationem factam a papa.
4 Falſificantes literas, qualiter puniantur.
5 Teſtis de auditu auditus non probat, ſed de auditu ſuo ſic.
6 In cauſa criminali, an ſit deferendum iuramentum in defectum probationis.
7 Criminoſus & infamis admittitur ad excipiendum, & exceptionem producendum, ſed ipſe non poteſt probare.

CAP. XXXIII.

IAm literis. [a] Ad probanda impedimēta electi laici, etiam fœminæ admittūtur. Adde, ꝙ teſtes de auditu, & fama, ſufficienter non probant. Primo ponit, ꝙ probauerunt teſtes ℈ electu m. Secūdo proſequitur articulū bigamiæ: ibi. Quia vero. Tertio ponit pēnā archipresbyteri, & ſacriſtæ, ibi. Archipresbyteri. Caſus liter. Eccleſia Lucana vacante, quidā electus fuit in ēpm, ℈ iſtam electionem Archidiaconus Lucanus, & G. ſacriſta, & quidam alij ſe opponebant. Vnde denunciauerunt quædā impedimenta domino papæ contra electum, quòd cōtraxerit matrimonium cum vidua. Do. Papa ſuper his commiſit inquiſitionē. Item archidiaconus & G. ſacriſta, ꝓdictas literas ſub
nomine maioris partis Capit. ℈ electum miſerunt do. papæ. Capitulum hoc intelligens, ſignificauit do. papæ literas illas de cō
ſcientia capituli non emanaſſe, ſed ꝙ falſæ erant, Et de hac falſitate papa mandauit inquiri. Iudices ſuper his receperūt teſtes, & dū vellent recipere teſtes ſuper eo, ꝙ electus matrimoniū di
cebatur ℈xiſſe cum vidua, appellatum fuit ad ſedem apoſt. ne laici, vel fœminæ reciperentur ℈ ipſum in tali articulo. Vnde iu
dices atteſtationes ſuper aliis articulis receptas miſerūt ad do. papam cum literis ſuis, papa examinatis atteſtationibus illis, re
ſcribit iudicibus, dicens, ꝙ tam ꝓ literas ipſorum, q̄ per depoſitiones teſtium, intellexit nihil eſſe probatū ℈ electum prędictū
niſi de auditu & fama, & ſi illis videantur aliqua eſſe probata, teſtes vel ſunt ſoli, vel ſunt tales, quod non potuerunt illa probare. Sed quia ſuper matrimonio, propter appellationem præfatam, teſtes non fuerunt producti, mandat quatenus teſtes
ſiue laicos, ſiue fœminas idoneas, qui ad hunc articulum probandum producti fuerint, recipiant, & examinent diligenter,
& communicantes illos, qui eos impedire præſumpſerint, quo minus teſtimonium perhibeant veritati, quibus publicatis, ſi ir
regularitas probata non fuerit, indicent electo purgationem ſuper obiectis per ſeptem canonicos maioris eccleſiæ, vel prio-
res & presbyteros ciuitatis Lucanæ, qua recepta prefigāt ei ter
minum, quo ſe cras purgandus ad do. papam accedat. ſi vero irregula
ritas probata fuerit, vel ſi non fuerit ꝓbata, & intra terminū cō
ſtitutum purgationem non ꝓſtiterit, illum remouēant a prælatione Lucanæ eccleſiæ, mādantes Capitulo, vt de alio ſibi ꝓui-
deant in paſtorē. In fine dicit, ꝙ archidiaconus & ſacriſta, q̄ no-
mine maioris partis Capituli do. papæ ℈ electum literas deſtinauerunt, ab officio, & beneficio denuncient eſſe ſuſpenſos, do
nec meruerantur a domi. papa indulgentiam obtinere, cū per atteſtationes prædictas cōſtet maiorem partē Capituli huiuſmo
di literarum ꝓciam non fuiſſe. Ber. No. 1. ꝙ electus & ꝓfirmatus appellatur ſimpliciter electus. Quod n. iſte fuiſſet confirma
tus, colligitur ex eo, ꝙ inf. ſtatuitur terminus ad ꝓſecrationē requiſitam, & ſi ſuccumbit, amouetur a prælatione, ad idē c. tua.
de his, quæ ſi. a præla. No. 2. ꝙ mulieres admittūtur ad teſtimonium, cum agitur de irregularitate clerici. Idē ſi agitur de cri-
mine ciuiliter, vt in c. quoties, ſup. eo. ſecus ſi ageretur crimina
liter, vt in c. forus, inf. de verb. ſig. & dic vt ibi. † Not. 3. iudicem eccleſiaſticum poſſe excommunicare omnes cuiuſcunque cō
demonis, impedientes teſtes produci coram ſe. Poteſt ēt compelle
re ipſos laicos ſubtrahentes fea teſtimonio. inf. ti. prox. per totū. Et hoc eſt caſus, in quo iudex eccleſiaſticus exercet iuriſdictionē
in clericos in caſu præmiſſo, vt in c. quamquam. 14. q. 2. & 11. q.
1. teſtimonium. Nota purgationem poſſe induci non ſolum in cauſa delicti, ſed etiam ſuper irregularitate proueniente ex
defectu ſine aliquo delicto. facit ca. accedens. de pur. cano. No.
ꝙ electus in ēpm, & confirmatus neceſſario non ſe purgat per epiſcopos, vel conſimiles electos. c. cum in iuuentu. de purg. ca
2 no. †No. ibi A prælatione &c. ꝙ electus ꝓfirmatus nondū cōſecratus, ꝓt dici prelatus, licet adhuc non vocetur epūs, de auc. & vſu pal. c. niſi. No. ꝙ ēt principaliores de eccleſia non poſſunt impune ſcribere literas ſub noīe Capituli ſīcio Capitulo. Ad
3 idē c. quanto. de his, q̄ ſi. a præla. & no. tales ſuſpendendos. † No. vlt. ibi. Donec, ꝙ ſuſpenſus authoritate papę nō reſtituitur per inferiorem. & ſic vī aliud in excommunicatione, vt in c. nuper de ſenten. excommu. Sed tu in ſuſpenſione vide gl. ſi. in cle. 1. §. pen. de hęre. in ver. excommunicationis, quæ vult, qđ aut ſuſpēſio lata authoritate iuris, habeat terminum annexū, & nō relaxatur ꝑ inferiorem, ne fruſtretur ipſius effectus, & in hoc caſu ītelligo gl. no. in c. cupientes §. cæterū, in ver. ſuſpenſo, de elect. li. 6. Aut non habet tempus determinatū, & ſi ſuperior reſerua
uit ſibi abſolutionē, idē dicendum, vt hic, & d. c. nuper. Aut nō
reſeruauit, & ꝓt, arg. illius c. nuper. Sic diſtinguit gl. illa. que licet
b cōiter approbetur, mihi non placet, [b] ſed diſtinguo ſic. Quod
c aut ſuſpēſio [c] fit in pœnam, aut pp contumaciam. Primo caſu inferior non ꝓt ſuſpenſionem relaxare, quia non debet remittre pœnam inflictam authoritate iuris, arg. 2. q. 3. c. ſi quē. §. notā
dum. niſi forte vellet diſpenſare in caſibus ſibi conceſſis, iuxta materiam c. at ſi clerici. §. de adul. de iu. Nec obſt. c. nuper. qa loquitur in excommunicatione, quæ nō eſt pœna, ſed medicina, nec eſt perpetua, ſed fertur quodammodo ſub ꝓditione tacita, donec ſatisfecerit. vnde eps relaxando cum ſatisfactione, nil nouī facit, ſed potius ius commune exequitur, ſed in caſu noſtro remitteret pœnam. Et paria ſunt quę ſuſpendere pp delictum perpetuo, vel ſimpliciter, vt in l. ſeruus C. de pœ. No. Inno in c. ex literis. de conſt. & hoc caſu bene militat ratio gloſ. in d. c. cupientes. Si vero fuit ſuſpenſio pp contumaciam: tunc procedet ęquiparatio ad excommunicationem, vt in d. c. ex literis. facit pro hac differentia, ꝙ no. Inno. in c. j. de exceſ. prela. p hoc dico Inn. non bñ dicere in c. 2. de ſo. qui ſimpliciter ſentit idē eſſe in ſuſpenſione, ꝙ in excommunicatione & hoc no. Et inteliigo inferiorem in caſibus prędictis poſſe, qñ excommunicatio, vel ſuſpenſio eſt lata a canone, ſecus ſi ab homine, ar. c. cum ab eccleſiarum, de offi. ordi. no. Ioan. And. in c. ex frequentibus, de inſti.
4 & Arch. 17. diſt. in ſumma. † Opponitur ℈ hoc, & ℈ tex. vī enim ꝙ aliter, & acrius debuiſſent iſti falſarij puniri, vt in c. ad falſarios rū, de cri. fal. & in c. ad audientiam. Sol. Doc. aperte non tangūt, ſed dicunt iſtos nō fuiſſe ſuſpenſos ipſo facto ratione falſitatis, ſed ſuſpendendos prius, & poſtea denūciandos; & fit hęc ſuſpēſio authoritate papę, aliter fieri non debuiſſet; cum ad hoc non fuerit actum. de hoc, de or. cog. capitu. 2. ſed papa punit crimina, vndecunque clarueriut. 4. q. 3. c. ecce. Vel dicendum, vt no. in c. 2. de confeſ. & c. per inquiſitionem, de cle. ita dicunt Hoſtien. & Ioan. An. Sed tu dic latius, & formalius. Aut enim falſa
d uit quis literas d papæ, & habet locum pœna c. ad falſariorum. Aut literas alterius principis inferioris, & procedit c. ad audiētiam, aut capituli, aut alterius prælati, & ſic procedit ꝙ hic dī, puto tñ, quod hoc caſu pœna ſit arbitraria, cum hæc pœna ſuſpenſionis non fuerit ordinarie impoſita, cum nō agereturad ad hoc, vnde puto, quod ſm qualitatē prelati, aut Capituli, cuius ſigillū, vel literæ falſantur, & ſm qualitatem negocij, ſi quo falſitas committitur, iudex arbitrabitur pœnam, arg. c. olim. de reſcri. & de offi. deleg. c. cum olim, il 2. vbi imponitur alia pœna, quam contineatur hic. & vide bonum tex. in capit. ſi epiſcopus. 50. diſtin. vbi falſanti chartam, imponitur depoſitionis pœ
5 na. † V enio ad gloſ. & primo colligit teſtimonium de auditu cū
b fama plene non probare, [b] allegat in contrarium cap. præterea. ſup.

ADDITIONES.

a Tam literis. Pondera hunc tex. vt per Abb. in c. reprehenſibilis inf. de appel. colum. 1. Seb. Sap.
b Non placet. Adde viden. Fed. conſi. 154.
c Aut ſuſpenſio. Aliam differentiam inter ſuſpenſionem, quę fit in cōtumaciā, & ſuſpenſionem, quæ fit in pœnam, ponit nouiter Abb. in c. ſępe. col. 7. inf. de appella. Seb. Sap.
d De falſificante literas, qua pœna puniatur ponit etiam Bart. in l. Paulus. in l. fi. ff. de fal. & ꝑ Bal. in rubri. C. de fid. inſtr. in 19. colu. in ver. quæro de illo, qui falſat &c. & per Bar. in l. Titio cum eſſet. ff ad mu. in vlt. coium. & in l. 2. ff. ad l. Cor. de fal.
Adde Fed. conſi. 219.
De falſificante literas papæ, vel alicuius principis, vide quæ hūr in c. ad falſariorum, de cri. fal. & quo hæc falſitas deprehēdatur, vide ibi plene per D. Ab. & in c. ad hoc. de ſenten. excom. Dicas tñ, ꝙ falſitas literarum nō debet de facili præſumi, de quo vide plene ꝑ Pau. de Caſt. in ſuo cōſi. 146. & quo cognoſcatur falſitas bullæ, vel reſcripti, vide ple. ꝑ Spe. in tit. de reſcri. præſen. S. igitur. vbi ponit plura, ex quibus talis falſitas deprehenditur, de qui bus in præal. c. quam graui. de cri. falſ. per do. Abb. & Doct.
e Non probare. Circa teſtimonium de auditu, quando probet, vide Alexand. in conſſ. 187. inci. in hac cauſa. in 2. vol. & Are. in cōſi. 37. inci. fequēdo ordinem, vbi ponit, ꝙ ad probandum parentelam, admittitur teſtimonium de auditu. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sup.e.& c.dixit. 32.q.j.& solum respondet ad cap.dixit. Dic clarius colligendo dicta a doct. quod quandocunque actus subijcitur sensui auditus tunc valet testimonium de auditu proprio, in c.2.de consue. Sed de auditu alieno secus. & ita loquitur hic. Nam talis non esset proprie testis, vt no.gl.in l.in summa.§.idē Labeo.ff.de aqua plu.arcen. Et est ratio, quia testis debet deponere de eo, quod gestum est, vel dictum in præsentia sua, vt in c. testes.3.q.9. Ad c. præterea, dic, ꝙ ibi loquitur non de auditu alieno, sed de proprio, vt quia audierunt illos commiscentes tenui pariete distante. Et de intellectu illius c.dic, vt ibi plene no. An autem fama cum teste idoneo faciat plenā probationem, putat hic Goff. quod sic, alleg.4.q.3.c.si testes.§.itē sæpe. Tu dic vt latius dixi in c.veniens, sup.co. Et generaliter per quem sensum habet testis deponere, dic, vt no.in d.c.2.de consue.& in c.

6 cum causam, inf.eo.† Opp.& uidetur, ᵇ ꝙ cum pro actore fuissent hic testes singulares, debuit sibi deferri iuramentum in supplementum probationis, cum ad hoc vnus testis, vel alia præsumptio sufficiat. inf.de iureiu.c.fin. Sol.gl.2. quod contrarium procedit in causa ciuili, non autem in criminali etiam ciuiliter mota, ut hic, quod bene no. Hostien. dicit glo. veram, si ageretur ciuiliter ad pecuniæ cōdemnationē, & remittit.ad c.fi. Io. And. post Abb. dicit idem iudicium esse in utroque casu, l.siue causa sit mere ciuilis, siue criminalis. Nam in ciuili defertur iuramentum ei, qui melius creditur veritatem scire. ita hic, cum nemo alius præsumatur melius scire, quam iste electus, an contraxerit cum vidua; ideo sibi fuit delatum, iuramentū vero purgationis adiungunt propter infamiam. Tu vide de hac quæst. latius per Bar. in l. maritus. ff. de quæst. & in l. 3. ff. de iureiu. & in

c l.eum qui,§.in popularibus, eo.tit. Dicam plene in d.c. fi. an,& quando ᶜ in causa criminali criminaliter, vel ciuiliter mota, sit deferendum iuramentum in supplementum probationis. Glo. in verbo, soli. quærit, quare isti testes dicuntur soli, cum nō sit de substantia, ꝙ sint sociati, & satis est, ꝙ sint plures numero 4.q.3. c.si testis.§.vbi numerus. & c.venerabilis, inf.eo. Gl. metu contrarij, vt arbitror, exponit, Soli, i. singulares. & die singulares, qa non erant contestes, vt in c. cum dilectus, de elec. Deponebant. n. simpliciter super diuersis factis. Alij intelligunt, ꝙ dñr soli, qñ sine adiectione causæ testimonium ferunt. & pro hoc vide tex. bo. cum glo.4.q.3.c.solam. & vtraque expositio est bona.

d Reuoco. Vide hic D. Ant. in 4. col. & in c. cãm. i. 1. in antep. col. sup. eo. vbi dicit, q̃ dictum But. loquitur quãdo probões receptæ in summario iudicio fuerunt plenarie receptæ, quia illæ postea faciunt fidem in plenario. Et vide D. Ant. sequentem d. Bu. in c. fraternitatis in 44. col. sup. eo. Sed iterũ cõtra dictum But. vt obstare multũ iste tex. qui dicit q̃ de interesse fuit dictũ per testes, & instra, quæ sunt plenæ probões, & tamen, non faciunt fidẽ in plenario. & ideo dicit Bar. hic, q̃ dictum But. intelligitur, quando probões fuerunt plenariæ, non solum quoad substantiam sed ẽt quo ad modũ procedendi. Sed ego saluo aliter, licet. n. iste tex. loquatur de testib. in instris, tamen non dicit q̃ plene probarent. Poterant. n. forte esse tales testes, vel talia instra. quæ inducant solam præsumptionem. & sol. d. Abb. non vt posse stare, quia si attestationes fuissent in primo iudicio plenarie receptæ quoad modum procedendi: illud iudicium diceretur plenarium, non summariũ, prout loquitur Bu. nisi soluamus dicendo singulariter, q̃ intelligitur, quando fuit obseruatus plenus ordo iudiciarius a principio, donec receptæ fuerunt illæ plenæ probões, & in alio processu non fuit seruatus solemnis ordo iudiciarius, quod est licitum in istis summariis, vt dicit text. in cle. fæpe. in fi. de ver. sig. & in c. Quintauallis. de iureiur. & est bo. tex. & ibi aperte Bal. in l. 3. de mil. test. Nam tunc iudicium illud diceretur summarium, & tunc illæ probationes essent plenariæ receptæ, quoad substantiam probõnis, & quoad modum procedendi. Et per hunc subtilem modum saluaturintellectus d. Abb. qui habuit istam sol. a D. Ant. in d. c. cum cãm. s. eo. in antep. col. Et quod probões factæ in summario iudicio probent in plenario receptæ, tenet Ro. in in Lnaturaliter. §. nihil cõe. in col. 2. de act. pos. Et dicit qd̃ de hoc habemus vnam tñ authoritatem But. in §. sed quod simpliciter. Sed dicit q̃d Bal. expresse tenet contrariũ in l. quod tpe, C. de test. mil. Cui ego addo, quod Bal. ẽt tenet ꝟiũ eius quod dixerat But. in l. 2. C. de ed. & d. An. in c. cum dilectus. §. fi. qui inci. verũ de ord. co. ubi reprobat do. Bu. in §. sed q̃d simpliciter. & illud dictum But. ẽt Ang. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui. secundũ illam doct. But. in d. §. sed quod simpliciter. secutus fuit Ray. n. in d. l. quod tempore, & Inno. in clemen. constitutionem, de elec. & sequitur ẽt ipse Inno. in c. cum ex literis in 18. col. de resti. in integ. pro quo facit quod no. in l. 2. C. de ord. iud. & quod no. Bar. in l. a diuo Pio. §. si super reb. in 2. opp. ff. de re iud. & gl. & Bal. in l. pen. de his, qui sunt sui, & facit gl. in ver. absens in l. 2. C. de contra. iud. tute. Et hoc videtur voluisse Bart. in extraua. ad reprim. uersi. summarie. dum quærit, an si iudex in sententia lata in summario iudicio, dicit se habuisse plenariam causæ cognitionem, an illa sententia faciat ius in alio iudicio: vide etiam Bart. in l. 2. §. 1. uerfic. quæro vtrum probationes factæ, ff. vi bon. rap. Item adde, quod illud dictum But. in d. §. sed quod simpliciter alleg. sequitur, & dicit non esse alibi. D. Ant. in c. per inquisitionem. in vlt. col. ver. nunquid autem. de ele. & sequitur limitando. d. Anto. in c. cum dilectus. §. nos igitur, in princi. vlt. col. de ordin. cog. Et ad idem vide Bar. in d. l. pe. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu.
Adde tu, an probationes factæ in iudicio summario, faciant fidem in plenario. Ant. de But. consi. 37.
An probationes factæ in iudicio summario faciant fidem in plenario: & generaliter, an probationes factæ in vno iudicio, faciant fidem in alio. vide Bal. & Doct. in l. fi. C. de testam. Et adde, quod in iudicio possessorio sufficit summaria, probatio, & per vnicum testem. ita nota. Innocen. in capit. quoniam contra, de proba. & Barto. in l. 1. in penulti. colum. C. quorum appella. non reci. & in l. 2. in §. fin. C. ubi in rem actio. Et adde, quod probatio summaria sufficiat actori, si reus nihil opponit, quando non offert se probaturum exceptionem incontinenti. ita Bal. in l. 1. C. vt in poss. leg. in ver. sed q̃ro. Et adde quod summaria probatio sufficit in causa filiationis. & valet ẽt par coniunctos, & coram iudice laico. Ita Bald. in l. 2. C. ad Carb. & Bald. in l. 1. circa princip. C. quorum bo. Et tene menti, quod probatio summaria l. 1. circa princip. C. quorum bo. Et tene menti, quod probatio summaria sufficit in iudicio præparatorio alterius iudicii intentandi. Ita Bald. in l. quo tempore. C. de testa. milit. & in l. 2. in vlt. col. C. quando fil. vel princ.
Ant. Franc.

e Sententia. Vide do. Dec. in cap. at si clerici, in princip. colum. 7. uerfic. secunda conclusio supra. de adulte. ubi dicit, quod acta coram iudice seculari nõ faciunt fidem coram ecclesiastico, quando variatur modus agendi per istũ tex. Et ibi late de materia, quando acta in vno iudicio faciant fidem in alio. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nario? Respondet, q̃ non valebit illorum dictum, licet aliud sit in dicto, quod est valde notandum. & vide in hoc quod dixi plene in c. per tuas, de prob. Et ex hac particula gl. & ex superius dictis habes, quod attestationes receptæ ad vnum fidem, faciunt fidem quo ad qnid, nõ quo ad totum in alio iudicio. Nam quo ad sententiam ferendam fidem non faciũt, secus quoad reprobandum secundum dictum primo contrarium. Sed ꝺ̃hoc facit, quia qua ratione non faciunt fidem in principali, eadem rõne non debent facere in reprobatione, quia vna & eadem res non debet duplici iure censeri: de deci. c. cum in tua. Item & secundo, si non possunt dicere contrarium eius q̃ primo dixerũt, ad quid inducuntur in hoc iudicio, superfluis enim non est vtendum, l. hæc stipulatio §. diuus. ff. vt leg. no. caue. & circuitus vitandus est. de rescrip. cle. auditor. Sol. vt colligitur ex dictis Inn. nã alia ratio est in principali, alia in reprobatione; nã in principali non faciunt fidem, quia testes non fuerunt ad hoc inducti, sed ad alium finẽ, oportet ergo, vt prima causa incipiat, & postmodum instruatur. Non enim prius debet esse probatio causę, quã inchoatio: sed ad reprobationem eorundem testium sufficiũt attestationes postea receptæ, quia per eas notorium iuris est ipsos testes esse periuros & falsos, quasi velit, q̃ in præiudiciũ eorum testium attestationes inducant notorium: & vide in hoc Bar. in l. eos. ff. de fol. & quod dixi in d. c. per tuas. Et sic diuersitas rationis inducit diuersitatem iuris. Sed aduerte, quia per hanc rationem Innoc. posset argui in contrarium, quod vbi testes fuissent recepti solemniter & plene, deberent fidem facere inter eosdem personas, licet ad aliud nũc ageretur, quia prima solemnitas sufficit, vt inducatur notorium. Adducentur ergo nunc, notorium facientes. Pro hoc, notabile dictum Inn. in ca. qualiter & quando. 2. infra de accus. prope fi. vbi vult, q̃ sententia lata ad vnum finem, possit adduci, vt notorium inducens ad alium finem & facit quod ponit Feder. consil. 23. & vide in hoc, quod dixi in d. capit. per tuas. Ad secundam obiectionem superius formatam respondet Innocen. quod testes isti non inducuntur, vt dicant idem, nec contrarium, sed vt dicant veritatem, quam sciunt: & sicut contingit, quando inter diuersas personas de eadem re ageretur, ita quãdo agitur inter easdem ad diuersum finem. Item dic possibile esse, quod nũc recognoscerent conscientiam, & aliter testificarentur. Et licet non valeret hoc secundum dictum; tamen vtile erit parti, contra quam testificantur, nec primum valet in hoc iudicio. Item forte declarabunt, & excusabunt primum dictum, ac etiam per hoc iuri satisfit, quod disponit testes recipiendos lite contesta. & plenarie quo ad substantiam probõnis. Et ex his habes declaratum intellectum huius cap. quoad materiam principalem. Venio nunc ad glo. fin. quæ attingens quãdam materiam extrinsecam, tria formatat contraria. Primo enim opp. cap. in literis supra eodem, vbi testes familiares & domestici repelluntur, a testimonio, & hic admittuntur isti de Capitulo. glossa non soluit. Ioan. And. dicit, quod contrarium soluitur in d. cap. in literis: vbi habes gl. Vel dic, quod hic non testificantur pro Capitulo, sed principaliter ferunt testimoniũ inter istos duos prendẽtes, nec sunt magis domestici vni, quam alteri, argumen. in l. non solum. ff. de
17 ritu. nup. † Secundo oppo. de cap. fi. de postul. vbi clericus priuatur beneficio, si procurationis, vel aduocationis officiũ exercet contra ecclesiam. Respondit gl. q̃ illud non procedit in officio testificandi, quia illud est necessarium, cum testes nõ possunt in his, quæ aguntur in Capitulo, de facili haberi. q. d. q̃ prędicta duo officia non sunt voluntaria. & dicit Host. hoc verum, q̃ assumendo alterum illorum officiorum voluntariorum clericus debet priuari, nisi ex causa ad hoc cogeretur; quod quando sit, remittit ad summam de postu. vide quod no. in d. c. fi. Et an, & quando compellantur clerici testificari contra ecclesiam suam, dic vt plene not. in c. cum nuncius, sup. eodem. Et potest dici ad istum tex. q̃ non facit pro, nec contra, vt sup. dixi, nõ testificarentur contra ecclesiam, sed inter istos duos contendentes. Vltimo oppo. ex quo isti canonici erant excommunicati, non debebant absolui ad cautelam, sed pure & simpliciter, cũ absolutio sit necessaria excommunicatis, etiam post mortem, vt in cap. a nobis. 2. de sent. exc. Soluit gl. q̃ isti allegabant excõmunicationem esse nullam tanquam latam post appellationẽ, ideo absolutio sit ad cautelam alias fieret absolutio simpliciter, & dicit gl. valde notanter, q̃ ex isto tex. non debet sumi regula, vt excommunicatus quilibet absoluatur pp munus testificãdi
18 quia hic absoluuntur ad cautelã pp necessitatem, cũ per alios
a non poterat fieri probatio. † No. 1. ex gl. q̃ nunq̃ a excõmunica-
b tus b absoluitur ad cautelam, nisi quando excõicatio allegatur proba-

ADDITIONES.

a Nunquam. Vide Gemi. in capitu. solet, de senten. excommunicat. in 6. & Abba. in capitu. ab excommunicato, columna fina. de rescrip. & in capit. significauit, de eo, qui duxit in matrimonio, quam polluit per adulterium. Sebast. Sap.

b Excõicatus. An & quando excõicatus absolui possit pro officio testificandi, adde quod delegatus etiam possit absoluere, vt dicit Ioan. And. in additio. Specu. in rub. de relig. ver. super dicta, & quis possit facere hanc absolutionem, vide per Oldra. consi. 14. Et quod excommunicatus non admittatur ad testificandum, est text. clarius, in capitu. decernimus, de senten. excommunica. lib. 6. & probat. tex. in capit. nullus. in 3. quæstio. 3. de quo vide per Specu. in titu. de teste. §. 1. in 21. colum. versicu. item quod est excommunicatus. Quod limita, primo, nisi excommunicatus fuerit descriptus testis, in instrumento, quia tunc probat, vt not. Innocen. in capitu. pia. circa fin. de except. libro 6. Quod intellige prout ibi late notaui. Secundo limita, nisi fuerit adhibitus testis in testamento, cum reputaretur non excommunicatus, vt dicit Bald. in l. 1. versicu. quæro quid de infamę, C. de testi. Tertio limita, nisi esset excommunicatus excommunicatione minori, tantum, quia illa non repellit, nisi a perceptione sacramentorum ecclesiæ, vt in capitu. si quem. de sentent. excommunicatio. & in capitu. Engelbrudam. 3. quæstio. 4. Et quia dato, quod excommunicatus excommunicatione minori dicatur esse in peccato mortali, per capit. fi. qui matri. acc. tamẽ peccatum mortale non repellit a testimonio, vt est text. melior de iure, secundum d. Abb. in capitu. inquisitiones. §. 3. in fin. ibi. (Forsan ante iuramentum in dicto capitu. decernimus. nisi forte hoc casu dicemus contrarium retione iuramenti, quod debet præstari a teste, quod est sacramentum. Sed posset, responderi, quod capit. si quem loquitur, de sacramentis, per quæ confertur gratia, vel aliis inductis ab ecclesia, de quibus per glo. in cap. veniens de transa. quale non est iuramentum, quia tale non appellatur sacramentum, vt patet in tit. eo. ff. de iureiur. vbi patet, quod tẽpore iuris consultorum, qui fuerunt ante Christum, præstabatur iuramentum, super hoc tamen est cogitandum, quia non reperio bene declaratum. An autem excommunicatus possit testificari contra excommunicatum, Ioan. And. in d. capit. decernimus, tenet, q̃d non. de quo vide in Spe. in ti. de teste. §. 1. in d. versic. quod est excommu. An autem excommunicatus indistincte post absolutionem admittatur ad testificandum: vide late gl. 4. q. 1. in summa. sed Archid. ibi dicit, quod ante fuerat excommunicatus pro contumacia, & admittitur post absolutionem, aut pro crimine, & non admittitur, si potest de illo crimine accusari. Sed tu vide de hoc multum late per Innocen. in capitu. testimonium. in glos. sua, quæ incipit, quid dicemus de excommunicato. infra eodem, cuius dicta sequitur Archi. in d. cap. decernimus. Sed videtur quod non sit semper verum, quod excommunicatus repellatur a testimonio, maxime contra excommunicatum, per tex. in l. quoniam. C. de hæredi. conscindo capitu. excommunicamus, eodem titu. & confirmari videtur per tex. in capi. si hæreticus, qui videtur velle, quod dispositio illorum iurium non habet locum de iure canonico, sed potius dicit, quod text. in d. l. quoniam, & in d. capit. si hæreticus loquuntur in hæreticis, qui non sunt vere hæretici peccantes directe contra articulos fidei: sed alias habẽtes pertinaciam, de quibus loquitur glos. in clemen. 1. de vsur. quia cum istis mitigatur, prout singulariter scribit Do. in capitu. si Papa 40. distinct. in vltimo. nam ex tales non sunt ipso iure excommunicati, quia capitu. excommunicamus, de hæreti. loquitur de illis hæreticis, qui peccant in articulis fidei. mirum ergo, si tales hæretici largo, modo, habentes pertinaciam dogmatis repelluntur a testimonio. Et ita est propria mens. d. l. quoniam. C. de hæredi. Videtur voluisse gl. secundum primum intellectũ in c. si hæreticus. Et si hoc esset verum, daremus magnam & singularem limitationem ad text. in d. c. excommunicamus. §. credentes, vt habeat solum locum in hæretico litigioso qui peccat in articulis fidei; non autem in hæretico large, qui habet pertinaciam dogma: sed dato, quod in puncto iuris, quilibet hæreticus ꝺ̃ largo modo sit excõicatus, non credo quod dispositio dictæ l. quoniam. de hæredi. procedat in hæreticis, qui non sunt vere hæretici, nec etiam ciuili, cum simus in materia peccati, in quantum illa lex dicit hæreticos admitti in testes in testamento, quia ad testamentum pro solemnitate requiratur, quod testes sint rogati, vt habetur in d. §. in testamentis. ff. de test. quis cogeretur necessario peccare, dicit Bald. in l. 1. versicu. quæro quid de infamę, C. de testi. quod non licet rogare testem excommunicatum, vt interesset testamento, quod non est dicendum, nisi dicamus, quod ille tex. loquitur quando testificatur in testamentis Iudæorum, sed hæc est diuinatio, vel possumus dicere, quod est singularis responsio, quæ est de mente illius literæ in d. c. quoniam. & ille tex. loquitur, quando non possunt haberi alii testes, & instat pericu nec adest tempus, quo excommunicatus faciat se absolui. quo casu, communicatus poterit admitti ad testificandũ in testamento, & in quocunque contractu, quia cessat ratio peccati communicationis cum excommunicato, quia non peccat cum excommunicato communicans in necessitate, in cap. si vere, de senten. excommunic. Dico, quod etiam omnis contrarius mundi, in quo testis non requiritur rogatus, nec ad solemnitatem, sed ad probationem, potest celebrari præsente excommunicato, & erit legitimus testis, dum tamen postea se reperiat absolutum, si contingat eum deponere in iudicio testimonium. Ad hoc optime adduco, quod in simili q. fertur ab Anton. in capitu. fina. cum his, quæ late notaui post eum, de senten. excommunica. Aduerte tamen, quod illi solutioni, quam dedi ad tex. in capit. quoniam: videlicet quod loquatur in casu necessitatis, quando non possunt haberi alii testes. Fortiter ob. uerba tex. in d. capitu. quoniam. in fin. dum discit sine ulla: distin. Et ex ista. doct. domi. Anton. & Docto. hic collige quæ pulchras. limitationes, ad quas, Docto. hic non aduertunt. Prima, quod ab lud quod dicitur excommunicatum ab homine non posse absolui, sed excommunicatore, vt habetur in capitu. ex frequentibus. infra de iudi. & bet locum in absolutione perpetua, sed absolutio ad tempus potest fieri ab alio, quam ab excommunicatore, vt hic: & collige aliam limitationem ad id, quod dicit Innocen. in d. capitu. de cætero. de senten. excommunica. & domi. Abba. in capitu. nuper. eod. titu. ubi dicunt, quod ubi superiori nõ reseruatur absolutio excommunicationis maioris, intelligatur permissa ipso copo, non autem inferiori prælato: quia illud est uerum in absolutione perpetua, sed secus est si fiat absolutio ad tempus, vt hic, &c. Adde an infamis, qui tamen reputabatur bonæ famæ, possit esse testis, Alexand. consi. 137. & quid de existente in peccato mortali, per Federic. consilio 120. & an quis possit absolui ab alio, quam a suo excommunicatore, per Rom. consilio Seb. Sap.

Ex isto tex. cum gl. sua coniuncto eo, quod no. Barto. in l. fi. C. de in ius vocando, probatur, quod iuramentum non est de substantia in teste, ad quod etiam facit quod not. Barto. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. in fin. ibi. Legitima non habent tex. quod iuramentum possit remitti testi: sed alleg. glo. ibi. Iaso.

randi. C. eod. glo. in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. calu. Bar. in l. filiusfami. in princip. in 2. colum. ff. de donatio. & vide glos. in l. 1. post princip. de fer. Bar. in l. fi quis legatum. in princi. ff. de fal. Item adde hoc domi. Anto. in repe. c. fina. de consue. in pen. char. in vlt. colum. illius char. versicu. ad primum si redacta, vbi dicit, quod si agitur de probanda consuetudine introducta a populo illius eiusdem ciuitatis, creditur testibus, etiam non iuratis. Item adde huc, quod no. Specu. in titu. de testa. §. sequitur, circa fin. versicu. quid ergo si testes. vbi, dicit quod si testis noluit iurare, tenetur refarcire parti damnũ & interesse. Item adde, quod in informatione super fama, vel notorio, creditur testibus iniuratis, ita dicit domi. Anto. post Innocen. in c. cum in tua. in fin. de spon. Item vide quod no. domi. Abba. post Innocen. in c. 1. prope fi. de post. prælato. vbi dicit, quod vbi agitur de informatione fa mæ promouendi ad dignitatem, creditur testibus non iuratis. & ibi vide etiam domi. Anto. in 4. colum. versicu. secundum contrarium. Item quando facerdos deponit super pœnitentia alicuius, an teneatur iurare, vide per domi. Abba. Adde, quòd si sit multitudo testium, eis non creditur, nisi iuratis, vt no. Do. in 2. no. per illum tex. 34. dist. Item adde, quod ille cui est data potestas pronunciandi nulla iuris solemnitate seruata, non potest pronunciare per dicta testium non iuratorum, secundum Bal. in l. milites. C. de militi. Et idem firmat Imo. in l. filiusfami. ff. de do. licet Barto. ibi dixerit contrarium. Item adde, quod etiam in causis summariis testes debẽt iurare, ita tenet Imo. post Io. de Lig. in clemen. sæpe, in 36. colum. versicu. fina. Item ad de, quod iudex, seu arbiter habens potestatem procedendi de facto, & pro cognoscendi de iure tantum, potest recipere testes non iuratos, secundũ Bal. in consanguinei. in fi. de re. iu. Item vide Bal. in l. presbyteri. in vlt. col. ver. quæro pone. C. de epis. & cle. vbi dicit quod potestas habens arbitrium pro cedendi sine solemnitate, non potest procedere ad condemnationem, vel absolutionem, propter dicta testium non iuratorum.

An iuramentum possit remitti per partes, dicas, quod iuramentum potest remitti parti, vel tegi, de consensu alterius partis. ita Bar. post gl. & Doctor. in l. 3. in §. 1. ff. de fer. & no. in l. quoties ff. de iureiuran. Quod intellige vers, quando iuramentum respicit commodum partis, secus si respiciat Dei reuerentiam, vt per do. Car. in clem. 1. in 13. quæst. de vsu. Et adde, quod iuramentum remissum habetur pro præstito. l. fi itaque. & ibi per Doct. & per Alex. ff. de iureiur. Et adde, quod iuramentum præstitum potest remitti per præstantem ad effectum, vt iurans vrgeatur a periurio. l. fi. ff. qui & a quib. & maxime quando remittitur antequam incurratur periurium, puta si est præstitum creditori de soluendo ad certum tempus, & creditor illud remittat ante tempus. Ita Bar. in l. Labeo. ff. de iureiu. & habetur per Spe. in ti. de iureiur. versi. & no. Sed non potest remitti periurium commissum, ut per Bald. in auth. quod ei. C. de nupti. Et adde, quod si statutum disponit, quod alicui certæ personæ credatur, non uidetur ei remissum iuramentum, imo debet intelligi, quod ei credatur cum iuramento, l. Theopompus. ff. de dote præle. & habetur per Ange. in l. si uacantia, C. de bon. uacan. li. 10. in uersic. sed incidenter opponi.

probabiliter nulla, puta, quia lata post appellationem: tunc n. est necesse, quod constet appellationem præcessisse, licet adhuc non constet de legitimitate appellationis. Nam si de ea constaret, non fieret absolutio, sed pronunciaretur nulla. Et de hoc vide bonum tex. cum glos. no. in ca. venerabilibus, de senten excommu. lib. 6 & ad plenum vide materiam per Ioan. in c. soler. co. titu. & lib. Sed circa principale dictum glos. Innocen. ponit tria. Nam primo dicit, quod glo. hic vult, quod excommunicatus vocatus ad testimonium, non debet pp hoc absolui, sed isti fuerunt absoluti, quia erant excommunicati post appellationem, vt dicit patere in registro. & ecclesia consueuit tales absoluere ad cautelam, vocatis tamen his, pro quibus fuerunt excommunicati, & audientur, si dicant qđ pro manifesta offensa fuerunt excõitati. de quo dic vt plene legi. & no. in d. c. solet. Secũdo dicit, q̃ forte fuit ista vna specialis prouisio, scilicet præponendo, quod isti essent vere excõicati. & sic gratiose processit papa. vnde non est trahendum ad consequentiam, arg. c. in causis. de re iud. Vel & tertio refert alios tenere, q̃ hoc procedit, q̃n alię probationes deficiunt. Host. dicit, q̃ de consuetudine curie est, tales indifferenter absoluere ad tps, ita q̃ illato testimonio, statim reincidant ipso facto in eandem sniam. & dicit tales absolutiones potius verbales quoad homines, quã reales quoad Deũ, cum eos nõ pœniteat, nec ex corde petant veniã, nec conterantur qua pp tex. dicit tales absolutiones de rigore iuris non faciendas. 11. q. 3. c. cum aliquis. D. An. dicit se putare, q̃ sicut excommunicatio p̃t fieri ad tempus, ita & absolutio ad tempus fieri potest. Et q̃ de iure tollatur vinculum excommunicationis, licet non vinculum peccati, ex quo datur pœnitentiam ab excommunicatione p̃t absolui inuitus & impœnitens licet secus in vinculo peccati, iuxta no. in c. ab excommunicato. de resci. Sed contra prædicta arguo sic. licet præsupponatur vinculum excommunicationis tolli in non pœnitente; si remanet peccatũ non modicũ, tum pp cõtumaciam & inobedientiã in non satisfaciendo. 8. q. 3. c. sciendum: tum pp perseuerantiam in excommunicatione, de qua non curat liberari, q̃ inducit præsumptionem hęresis, in c. fi. cum ibi no. de pœ. ergo perseuerantia in tali delicto dẽt hũc reddere inhabilem ad testificandum, vt in c. testimonium, inf. co. & 2. q. 7. c. si qui sunt, & quicquid habeat consuetudo, dico de iure aduertendos tres quia post appellationem lata, & hoc probatur; licet non cõstet de legitimate causæ, nec aduersarius se offert ad probandũ, q̃ manifesta offensa fuerit excõicatus, & tunc in dubio, post absolutionem ad cautelam, licite fert testimonium, quia negat hic delictum. & sic non constat de vinculo peccati, nec excõicationis post absolutionem ad cautelam, q̃ iuste impeditur per supradicta. & de hoc est easus hic fm istum intellectum. Secundus casus, qñ allegatur iniustitia excommunicationis, de qua potest probabiliter dubitari. & tunc satis p̃t practicari opi. Host. vt absoluatur, donec tulerit testimoniũ. obstat tñ, quia non petendo absolutionem, vt contemnere, in c. per tuas, inf. de sent. excommu. vnde posset teneri vlt. opi. Inno. vt hoc casu non absoluatur, nisi in defectum aliorum probationum. arg. eorum, q̃ no. gl. in fine c. cum dilectus, de elec. Tertius casus, qñ non negatur iustitia excommunicationis, vel de ea constat. & tunc puto, q̃ non debet fieri absolutio, quia non posset ẽr absolutus testificari, pp perseuerantiam in peccato, de quo non conteritur, sed perseuerat in eo, & maxime excommunicatio, quæ non infertur, nisi pro graui excessu, 11. q. 3. c. nullus, & c. nemo. Et no. ex prædictis, & ex tex. q̃ ad cautelam fit absolutio, & nõ relaxatio. relaxatio enim fit, seu renocatio, qñ constat sententiam esse in iustam. & sic intelligitur c. Odoardus, de sol. & c. sacro. de sen. ex com. à suspẽsione tamen fit relaxatio. & sic loquitur c. olim de accu. secundum Host. & Ioan. And. in c. Odoardus, præl. vnde etiam si ad tempus remittitur excommunicatio, debet fieri absolutio, & non relaxatio, vt sentit hic Hos. & bene. Et no. de absolutione fienda ex causa ad tempus.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur conuersi, oblati, seu donati.*
2 *Iuramentum, an sit de solemnitate testimonij.*
3 *An iuramentum, quod defertur testibus, vt remittatur à partibus, requirat consensum iudicis.*
4 *In remittendo iuramentum testibus, requiritur consensus vtriusque partis.*
5 *An partes in causa criminali possint remittere iuramentum testibus.*
6 *Iuramentum calumniæ potest tacite à partibus remitti, sed non expresse. & quæ sit ratio differentiæ inter iuramentum calumniæ, & illud, quod præstatur testibus.*
7 *Testis, an aliter possit astringi ad ueritatem dicendam, quam per iuramentum.*
8 *Si non appareat, an iuramentum fuerit remissum, nec præstitum, an præsumatur præstitum.*

CAP. XXXIX.

TVis quæstionibus. Religiosi ad testificandum nõ admittuntur absque iuramento, nisi a partibus remittatur, ponit, dictum, a quo casum excipit, ibi Nisi. Casus literalis satis patet in tex. Ber. † No. primo, quod alij
1 sunt conuersi monasterij, & alij monachi, & sic appellatione monachorum non veniunt conuersi. facit c. non dubium. de sen. excommu. Alij etiam dicuntur oblati, seu donati, vt in cle. 1. de deci. Et dic, quod monachi dicuntur illi, qui sunt clerici, & literati. Conuersi, qui deuouerunt se, & sua, & non sunt clerici, assumpserunt tamen habitum disparem professis, & literatis, seu clericis. Oblati & donati dicuntur, qui donauerunt se & sua monasterio, habitu tamen non mutato. ad hoc quod no. in d. cle. 1. & vide de istis, quod no. glo. in c. vt lex cõtinentiæ. 18. q. 1. omnes enim isti possunt in causa monasterij testificari, quia largo modo omnes possunt dici conuersi. & vide ad materiam
2 quod plene dixi in cap. insuper sup. eod. † Nota. 2. ibi. Proprijs.
3 quod causæ monasterij debent dici proprie monachorum. †
a Not. 3. quod iuramentum non est de solemnitate formali a testimonij, cum possit à partibus remitti. Posset tamen dici contrarium per c. de testibus, supra eo. vbi legitur & nota. quod nõ valet testimonium sine iuramento. Vnde dic, quod est solemnitas formalis, & substantialis; sed si concernit fauorem partium principaliter, potesta partibus principaliter remitti, secus, si concernit principaliter fauorem publicum. argum. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in c. vno, de lit. contest. Glos. 2. quærit, vnde insurgat hæc potestas, vt partes possint remittere hanc solemnitatem iudicialem? Respondet, quod ex eo, quia quilibet potest renunciare iuri in fauorem suum introducto, de reg. capitu. ad apostolicam. nam principaliter est introductum hoc in fauorem partium, vt prædixi, nam partes possent conuenire, vt staretur verbo alterius duntaxat. vt ff. de fideicom. l. fi. no. glos. Sed an valeat pactum a principio, vt de omnibus damnis & expensis stetur nudo verbo partis, vide quod dixi in capitu. finem, de dolo & contuma. & per Barto. in l. fina. ff. de præto. stip. Quid si testator dixit, vt super aliquo stetur dicto tertij, an ille habeat iurare? Vide Barto. in l. Theopompus. ff. de do. prælega. plene dixi in capitul. 2. sup. eod. vbi vide. Sed contra prædicta, &

ADDITIO.

a De solemnitate formali. Vide Bal. in c. consanguinei, circa fi. inf. de re iudic. ubi dixit, quod iuramentum testis est de ordine, non de substantia, quod examinat Ioan. And. in regul. non est sine culpa, col. 2. uersi. in contrarium, de regu. iur. in 6. in mercur. refert Fely. in c. cum dilecta, col. 12. uersi. limita hæc, supra, de rescrip. & uide Ang. in l. nemo potest. in 8. & 9. col. ff. de leg. 3. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta,& tex.gl. opp. Cum enim hoc iuramentum concernat etiã fauorem iudicis, vt veritas detegatur, & ſua authoritas non cir cumueniatur,non videtur quod poſſit remitti a ſolis partibus. Reſpõ. quod hæc remiſſio fiet authoritate iudicis. & ſic ſentit, qđ iudice reſiſtente non poterit remitti. & ſic ſimpliciter tranſeunt hic Doct. Sed aduerte,ꝙ pro gl. facit l. acta ff. de re iud. vbi patet, quod acta iudicij non deſtruuntur, niſi procedaꝫ ex partium & iudicis conſenſu: ergo idem dicendum in caſu noſtro. Sed in contrarium adduco l. ſi conuenerit, ff. de re iud. vbi dicitur, ꝙ ſi partes conueniant, vt iudex ferat certam ſententiã, debet iudex talem ferre. Nam iudex ad nihil aliud intendere debet, niſi vt partes ad ꝓcordiam adducat l. 1. §. inde quæritur. ff. de noui ope. nunc. Item iuramentum debet eſſe neceſſarium, de iureiu. c. & ſi Chriſtus: ſed neceſſitas ceſſat, ex quo partes, de quarum fauore principaliter agitur, remittunt, facit c. ſignificaſti, de electio. Et per hoc puto conſenſum iudicis non neceſſarium, vbi cauſa eſt mere priuata hoc eſt, quod iſte text. nullam facit mentionem de iudice. Non obſtat l. acta. quia procedit in intereſſe, quod poteſt iudex prætendere ex deſtructione actorum, vt ibi notat Bart. † An autem ſufficiat conſenſus aduerſarii tantum. tex. iſte videtur velle, quod ſic, cum de eo ſolum faciat mentionem: ſed Ioan. And. intelligit, ꝙ etiam conſenſus ꝓducentis interuenire debeat, cum teſtis iuret pro vtraque parte teſtificari, & ex falſocius teſtimonio poſſit vtrique parti præiudicium generari, ergo vtriuſque partis debet cõſenſus interuenire, ad quod de reg. iur. lib. 6. c. quod omnes tangit. &c. Et hoc placet: & ad tex. dico, quod ideo non facit mentionem de parte producente, quia producens hic nolebat, quod conuerſi, & fratres iurarent, & iuramentum ſic inferebat conſenſum. † Quærit no. gl. an in cauſa matrimoniali poſſint partes iuramentum teſtib. remittere? Et concludit, ꝙ non, ſi agitur de contracto diſſoluendo, ſecus ſi de coniungendo, & ſic loquitur, quaſi primo caſu negotium non conſiſtat in libera voluntate partium, ſed in ſecundo ſic, & idem communiter ſentiunt Doct. Et pro hoc c. ſicut. de ſpon. & atteſtation. es, de deſpon. impub. in quib. iudex ex officio exigit in hac cauſa iuramentum. Et per hanc rõnẽ dico generaliter, ꝙ in cauſa, quæ non dependet a libera partium voluntate, non habet locum hoc, quia non renunciat gs, niſi iuri in ſui fauorẽ inducto. ꝓ hoc cap. ſi diligenti de fo. cõp.

† Quærit ſecundo gl. an iuramentum calumniæ poſſit remitti a partibus, ſicut iſtud iuramentum teſtium, & ponit varias opi. Dic vt hodie habetur in c. 1. de iur. cal. lib. 6. vbi deciditur, quod tacite poteſt remitti: ſed non expreſſe, vnde iudex poteſt exigere ex officio ſuo, & ſic approbatur opi. Io. & Bar. & ſequacium poſita hic in gl. Et reddit Hoſt. rõnem diuerſitatis inter iurm calumniæ, & teſtium. Nam ſine periculo animæ non poteſt committi calumnia, in quo Deus offenditur, reſpublica læditur, & Eccleſia ſcandalizatur, ſed ſine teſte poſſum tibi de meo dare, ceſſantib. prædictis. Aduerte, quia dictum Hoſt. procederet, qſi ſine depoſitione vellet pars, acquieſcere: ſed quando teſtes ẽt deponit ſine iuramento, poſſunt concurtere multa, ſicut cũ re mittitur. iuramentum calumniæ. Nam teſtis falſidicus eſt obnoxius Deo, iudici, & parti, vt in c. 1. de crim. fal. Tenetur enim teſtis pœna falſi, acſi iuraſſet, vt no. Io. And. in reg. non eſt ſine culpa in merc. dixiin c. 2. ſup. eo. ergo illa non eſt bona rõ. Quare ego redderem hanc diuerſitatis rõnem. Pactum expreſſum de non iurando de calumnia, aperte videtur inuitare partes ad delinquendum, & protelandum lites in præiudicium iudicis, & boni publici; ergo non valet pactum, vt in l. conuenire. ff. de pac. do. & in c. quemadmodum, de iureiu. Sed pactum, vt teſtes non iurent, eſt conforme iuri diuino, vt credatur proximo, de elect. ſignificaſti. nec inuitat ad delinquendum, cum prædixi, teſtis habeat timere pœnam falſi, ſi aliter quam res ſe habeat dixerit. Itẽ hoc iuramentũ teſtium concernit mere fauorem partium, licet multos offendat, dicendo falſum. Sed iuramentum de calumnia concernit fauorem partium: & publicum bonum & iudicem, ne vexetur ex calumnioſa lite, & vt non proteletur plus debito, continet. n. in ſe multa capitula, vt no. in c. 1. de iur. cal. † Quæro extra gl. an a teſtes poſſint aliter adſtringi ad veritatem dicendam, quam per iuramẽtum? D. An. ꝙ ſic, vt Per baptiſmum, per fidem Chriſti, per eius iudicium, in vera obediẽtia te adiuro, vt dicas veritatem. 25. q. 1. c. ſi duo. Item in periculo lo baïæ tuæ, inf. de fridig. & malef. c. fraternitatis, & ſimilib. modis. Sed tanti viri reuerentia ſalua, hoc dictum non eſt verum, licet enim fateat, quod multa ex prædictis adſtringant, vt iuramentum, pro quo vide tex. in c. conſtitutis, 2. de app. iuncta gl. in verſ. adiurauit. tamen in teſtibus non ſufficit ſimplex fidei ꝓſtatio, vel iuramẽtum, ſed debet eſſe præſtitum tactis ſacroſanctis Euangelis, vt eſt tex. expreſſus in c. hortamur. 3. q. 3. vnde ceſſante contraria conſuetudine, non valeret dictum teſtis Euangeliis non tactis, quantuncunque iurauerit, quia non eſt iuri ſatisfactum. Pro hoc vide gl. in cle. 1. §. porro. de hær. in ver. tacta, & facit gl. no. in c. vt circa, de elect. lib. 6. Videntur enim hæc iumenta corporalia magis obligare, & tanto plus, quanto ſup re ſanctiori præſtantur, vt in c. mouet. 22. q. 1. notat. Inn. & in c. & ſi Chriſtus, de iureiu. prȩall. dicit tamẽ illa gl. in cle. 1. de hær. & ſi Chriſtus, de iureiu. prȩall. dicit tamẽ illa gl. in cle. 1. de hær. ꝙ apud Italicos præſtatur conſuetudo, vt ſufficiat quemlibet ibrum, ſeu ſcripturam quamlibet tangere. Sed dic, ꝙ vbi habet cõſuetudo hoc, põt ſuſtineri, cum in totum iuſm poſſet remitti conſenſu partium, ergo fortius ex conſuetudine gnali poſſet remitti tactura Euangeliorũ, ſed vbi cõſuetudo nil diſponeret in contrarium circa tacturam Euangeliorum, nõ valeret diſpoſitio præſtito iuſo ſine tactura. Et idem eſt, vbicũque a iure, ſeu ſtatuto requireretur iuſm corporale, vt no. in d. glo. quod bene no. & hoc, quia vt prædixit, talia iuramenta magis adſtringunt. Et vide ad prædicta gl. in c. fraternitatis. ſup. eo. & quod ibi not.

† Vltimo quæritur, quid ſi non apparet iuramẽtum remiſſum, nec præſtitum, nunquid debet præſumi, quod fuerit præſtitum? Dic, quod non, quia hęc eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non ꝓſumitur, l. quęcunque. §. 1. ff. de pub. & c. dudum. 2. de elect. in ver. non inuenimus eſſe factam & c. no. Bart. in l. ſciendum. ff. de ver. obl. & in l. Theopompus. ff. de do. prȩleg. imo ſi in actis diceret, qđ talis teſtis iuratus ſic depoſuit, licet tũc probet iuſm præſtitum, qa poterit interuenire tpe depõnis, & ſic verba enũ ciatiua faciunt fidem, ſm theoricã in c. quoniam ℨ, de proba. & gl. in l. 1. C. de fide inſtr. lib. 10. non tamẽ probatur, ꝙ pars fuerit præſens in actu iurandi, vt no. in d. l. Theopompus. & vide qđ dixi in c. 4. ſup. eo. & c. poſt ceſſionem. de prob. & per Fed. cõſ. 192. Conſilium bonum eſt, vt in actis deſcribatur qualiter teſtis iurauit in prȩſentia partis. Nico. Abb.

ADDITIONES.

a An. Nota multos modos, quibus teſtis poteſt adſtringi ad dicendum veritatem aliter quam per iuramentum. Et adde, quod plus obligatur, qui iurat per Deum, quam qui iurat ad ſancta dei Euangelia, tex. eſt in cap. ſi aliqua. 22. quæſt. 1. dom. Abb. hic reprobat iſtos modos, vt hic per eum. Sed de quibuſdam extraneis modis iurandi ponit Plau. in Comœ. captiui duo. dum dicit primo parafito, qui iurabat Egioni, μὰ τῶν ἀ'σ'υλλων, καὶ τὴν Ἑρμοῦ, καὶ τὴν ἐνυαλίου ἀλαζονίαν. Et dum antiqui iurabant per caput filii sui. Vnde verg. per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat. Item addit, qđ ille, qui in actis dixit, Sic Deus me adiuuet. ſi contra facit, eſt periurus. & extra protectionem Dei, & eccleſiæ. ſecundum Bal. in c. ego. N. in 2. colũ. de iureiu. Et de illo, qui dicit Teſtis eſt mihi Deus. vel coram Deo loquor, quod per Deum, quod idem eſt vide b. Tho. in 4. q. 89. ar. 1. in fi. Item addo, quod paria ſunt quem iurare per ſalutem ſuam, & iurare per Deum, nil quando iuramentum aperte parti fuiſſet delatum, ut iuraret per Deum, tex. eſt in l. qui per ſalutem ff. de iureiur.

b Periculo. Ille, qui dicit promitto dicere veritatem in periculo animę meę, de iurare. & idem dicit Do. poſt Io. An. in c. & ſi Chriſtus. in prin. in 2. col. de ſepul. in 6. & Inn. in d. & ſi Chriſtus. circa medium &c.

c Non eſt verum. Vide Abb. in capitulo laudabilem. infra, de frig. & malef. & Bald. in capitu. 1. §. ſacramenta. de pace. tenen. & in repetitio. l. 2. chart. 1. de iureiuran. Alexan. in l. 3. §. iurari. eodem titu. & Felyn. in cap. fraternitatis, in fi. ſupra eod: Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 Fœmina eſt capax iuris conferendi præbendas, etiam ſacerdotales ex priuilegio.
2 Fœmina eſt capax iuris præſentandi.
3 Præbendæ ſacerdotales ſunt, quæ habent onus celebrandi annexum.
4 Diſpoſitio capituli noſtri, habet locum, etiam ſi pars habet duos teſtes.
5 Diſpoſitio cap. noſtri habet locum etiam in cauſa criminali.
6 Iudex delegatus, qui iurat ſe nihil ſcire in cauſa, à qua petitur remoueri, non remouetur a teſtimonio dicendo.
7 Iudex impetratus, qui volebat eſſe meus aduocatus, non remouetur.
8 Iudex delegatus ſi antequam incipiat cognoſcere, committat totam cauſam, an teneat commiſſio, & an poſſit teſtificari in cauſa coram ſuo ſubdelegato.
9 Iudex a quo, ſi efficiatur iudex ad quem committit alteri cauſam.
10 Papa propter ſuſpicionem eommittit alteri cauſa propriam.
11 Ordinarius, an poſſit produci in teſtem coram ſuo vicario, vel officiali, vel iudice foraneo.
12 Maior iudex falſum deponens, an poſſit a minore iudice puniri.
13 An aduerſarius poſſit opponere contra iudicem remotum, quando ipſe ingeſtrauit iudicem.
14 Diſpoſitio capituli noſtri, habet locum etiam in uno iudice, & perſona ingerantis.

CAP. XL.

Dilecto. Delegatus, neceſſarius in teſtem, remouetur a iudicando, & alius ſurrogatur. In prima ponitur impetrantis querela. In ſecunda ꝓponitur impetrati querela. Inter Præpoſitum Arien. & Comitiſſam Flandren. queſtio vertebatur ſuper hoc, quod ad probandum crimen contra teſtem, iudex remouebatur. ego remitto ad dicenda in d. cap. dilectorum. † Tertio & vlt. hæc gio. quærit, quid ſi iudex vellet iurare, quod nihil ſcit de cauſa illa? Reſpondet, quod non remouebitur, quod placet Innocen. Nam ſi fides inæ ie committit pars, vt dicat teſtimonium ſuper principali, fortius debet ei credere, cum iurat ſe ne ſcire. C. de teſtib. l. penul. & 4. quæſtio. 4. cap. ſi teſtes. § ſi quis teſtibus. & de dona. inter vir. & vxo. cap. per veſtras, quod placet communiter Doct. Imo plus dicit Innocen. quod is, qui petit

cauſa ipſa procederent, Decano excluſo, vel ſuperſederent negotio, quouſque dom. Papa alium ſubſtitueret loco ſui. Sed iudices poſtulationem ſuam admittere noluerunt, imo poſt appellationem a collatione prædictarum ipſarum ſuſpenderũt eundẽ Præpoſitũ. Præpoſitus hęc, oĩa Papæ ſignificauit: ne ergo propter defectum teſtium iuſtitia Præpoſiti valeat deperire loco ipſius Decani dom. Papa ſubſtituit Abbatem Vrſicampi, mandans eidem, quatenus ſi eſt ita, relaxata ſuſpenſione Præpoſiti. procedat in cauſa iuxta prioris mandati tenorem. Bern.

† No. primo, quod mulier eſt capax a iuris conferendi præben, dasetiam ſacerdorales. Et ſi vis intelligere: ꝙ verbum, Donatio ponitur in textu, ſtet pro collatione, pro quo facit cap. fina. de offic. lib. 6 tunc ſtat quod dixi, ſed intellige, ꝙ habeat ex priuilegio Papæ. Pro hoc bo. tex cum gl. in c. Mennam. 2. q. 5. & 63. dilin. c. Adrianus: alias non poſſet, iuxta no. in c. 3. de iudi. nec ex conſuetudine poteſt hoc licere laico, etiam per tantum tẽpus de cuius initio memoria non eſt, argumen. in c. cauſam, de præſcrip. no. Ioan. And. in cap. 2. de præben. lib. 6. † Si vis intelligere tex. in præſentatione. tunc poteſt procedere ſine diſpenſatione, ſeu priuilegio. Et quod poſſit ſic intelligi, probatur in cap. ſi de conſeſ. præben. vbi præſentatio appellatur donatio, & loqui tur ille text. de iſta Comitiſſia Flandren. & ſic poteſt intelligi de eodem facto cum iſto. Vnde verius puto, ꝙ hic erat contentioſus per iure præſentandi. Et ex hoc, & ex tex. collige, quod ius patro. cadit in fœminam. Et quanquam iſte tex. loquatur in fœmina habente dignitatem, idem tamẽ dic in priuata. b Pro hoc facit iſte tex. iuncta gl. in c. quoniam inueſtituras. 16. qõ. 6. vide Doct. in clemen. 2. de iurepatro. qui notabiliter ſentiunt, ꝙ hæredes maſculi, & fœminæ, pariter ſuccedunt in hoc iurepatro. & ſatis eſt hoc iure non prohiberi ipſis mulieribus. & vide qđ no in cap. ſi. de concef. præben † No. 1. quod præbendarum quæ dam ſunt ſacerdotales, quædam non, & poſſunt dici ſacerdotaleſ illæ, quæ habent onus celebrandi annexum: argumen. c. ſignificatum. de præben. & vide tex. iuncta gl. 1. in cap. cui de non lacerdotali, de præben. lib. 6. Et intellige hoc de ſpeciali diſpoſitionem nam de iure communi non eſt diuerſitas in prædictis, nec requirunt conſtitutum in ſacerdotio, vide tex. cum gloſſ. in clemen. vt hi, qui, de ęta. & qualit. & quod no. in c. 2. de conſtit. No. 3. ꝙ in eadem cauſa non poteſt eſſe quis iudex, & teſtis. 4. q. 4. c. 1. Item no. quod officiũ teſtificandi eſt magis neceſſarium, quam officium iudicandi. Nam repellitur quis a munere iudicandi propter actum teſtificandi, vt hic. & hoc quia, facilius reperiuntur centum iudices, quam vnus teſtis. hinc eſt, ꝙ facilius recuſatur iudex, quam teſtis, vt legi. & nota. in capit. cum R. de offic. deleg. alia notabilia clara ſunt. Quæro, quid intendat litem dicit. ꝙ Præpoſitus propoſuit citra lit. conteſt. Reſpondet gl. 1. ꝙ fuit proteſtatus, ꝙ per illa verba non intendebat litẽ conteſtari. Sed dic melius, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. ꝙ talen nõ erat neceſſaria aliqua proteſtatio, quia per verba hic expreſſa non reſpondebatur petitioni: vnde dicit, nulla fuit facta proteſtatio, ſed illa verba, citra lit. conteſta. denotant tempus exceptionis propoſitæ. Et ponderatur hoc, quia poſt litẽ conteſtatam non potuiſſet petere alium ſurrogari. 3. quæſtio. 1. cap. indue. & offeratur. de offic. deleg cap. inſinuante, niſi ex noua cauſa, vt ibi. Nam conteſtando litem coram illo tanquam coram iudice, viderentur renunciare ſuo teſtimonio, niſi nouiter perciſſet illum fuiſſe & eſſe de cauſa informatum, quia tunc eſſet ſubueniendum, etiam poſt litis conteſt. ar. cap. præſentatum, ſupra co. & quod no. 3. q. 6. c. ſi quis Epiſcoporum, vbi bo. plan fi. † Gl. in effectu format tres q. Prima, nunquid diſpoſitio c. habet locum, ſi pars vltra iudicem habeat duos teſtes: ex concluſit ꝙ ſic, ſecus ſi haberet plures. rõnem vide in gl. Sed hoc vltimum limitat gl. in fi. niſi fradulenter aduerſarius impetraſſet illum iudicem, quem volebat producere in teſtem. Nã nunc remouebatur, etiam ſi haberet plures teſtes, quod placet. Nam forte alii non ſunt idonei, vel repelli poſſunt, & fraus non debet fraudoloſo prodeſſe de reſcrip. c. ſedes. † Secundo quærit an idem ſit in criminali, concluđit, ꝙ ſic, quia licet teſtes in hac cauſa non compellantur, poſſet tamen iudex remotus, precib. inducì. dicit tamen ꝙ ſi omnino nollet teſtificari, non remouebitur. Mihi hoc vltimum placet: nam iudex non remouetur, niſi ob defectum teſtium, vt hic, quo caſu etiam in cauſa criminali teſtes compellunturr. & ſic non ſufficit, ſi iſte iudex dicat ſe, nolle teſtificari. Ad hoc quod no. in cap. dilectorum, infra titu. probatur. ego remitto ad dicenda in d. cap. dilectorum. † Tertio & vlt. hæc gio. quærit, quid ſi iudex vellet iurare, quod nihil ſcit de cauſa illa? Reſpondet, quod non remouebitur, quod placet Innocen. Nam ſi fides inæ ie committit pars, vt dicat teſtimonium ſuper principali, fortius debet ei credere, cum iurat ſe ne ſcire. C. de teſtib. l. penul. & 4. quæſtio. 4. cap. ſi teſtes. § ſi quis teſtibus. & de dona. inter vir. & vxo. cap. per veſtras, quod placet communiter Doct. Imo plus dicit Innocen. quod is, qui petit iudicẽ remoueri, & alium ſubrogari. non eſt ſtatim audiendus ſed deberet præmitti aliqua cognitio veriſimilis coniecturæ, ſuper duobus, quod ille ſit neceſſarius, & quod de illa re veritatem ſciat. Nam ſi ad recipiendum teſtes non datur dilatio ſine cauſæ cognitione. 2. quæſtio. 3. d. cap. induciæ. §. ſpacium, & l. a procedente. C. de dila. fortius in hoc caſu, vbi qualequale præiudicium. generatur alteri parti habenti iudicem gratum. Item grauatur ſaltem in expẽſis factis in impetratione, & hoc ſatis placet. Et dico, quod hic videtur tex. Nam iſte propoſuit, quod iſte iudex erat ſibi neceſſarius, & Papa fundando ſe ſuper defectu probationum, ſubrogat alium cum clauſula, Si eſt ita Et ſic oportet, quod conſtet prius de neceſſitate allegata, ſaltẽ veriſimilitudinarie, quod no & facit quod in ſimili no. Innocẽ. in c. tenor, de re iudic. gloſ. in verſi. excluſo dicit, quod illa petitio præpoſiti, vt procederetur illo iudice excluſo, habet locũ quando clauſula, Quod ſi nõ omnes, &c. ponitur in reſcripto. Vult dicere, quod vbi ſimpliciter eſſet facta commiſſio & facta pluribus, & vnus eſſet neceſſarius in teſtem, non poſſunt alii illo excluſo procedere, per cap. vno delegatorum, & capit. cauſam matrimonii. de offic. deleg. Sed habet tunc locum allegatio ſecundæ partis alternatiuæ, ſcilicet, vt ſuper ſederetur negotio, donec delegans alium loco illius ſubroget, ſecus quando ponitur illa clauſula impotentię, quaſi ſit purificata cõditio ex quo alter legitime non poteſt intereſſe quod no. quia extendit multum virtutem illius clauſulæ: & facit cap. ſuſcitatus. de reſcrip. Glo. in verbo Admittere reculſatis: facit quinque. Nã primo fortificat litem, dicendo quod male fecerunt iſti iudices in non admittendo iſtam petitionem ipſius Prȩpoſiti. Nam & ipſe, prætor, qui eſt ordinarius ſuum teſtimonium dicere debet. 4. queſtio. 1. cap ſi teſtes §. ſi tres. & ff. de teſt. l. ob carmen. §. 1. Intelligo hoc, quãdo producitur in teſtem in ea cauſa, i qua non eſt iudex. Nam in eadem cauſa in qua eſt, vel fuit iudex, teſtis eſſe non poteſt, vt hic, & 2. quæſtio. 6. cap. ſtatuendum, alias

7 ſtatutum. dixi plene in d. capit. cum a nobis. ſupra eodem. † Secundo quęrit, quid ſi impetraſti iudicem illum, qui volebat eſſe aduocatus meus? Reſpondet, quod non remouebit, niſi hoc feceris in fraudem, & hoc tenet Ioan. And. quod maxime procedit, ſecundum eum, ſi ille erat generalis aduocatus eccleſiæ, beneficio ſibi collato ab eccleſia, de iureiuram. cap. breui. Tertio, hoc dubium fortificando, quærit: ecce concluſum eſt ſupra quod non debet remoueri, ceſſante fraude ex eo, quia volebat

c eſſe aduocatus alterius. c Sed quid ſi ob hanc cauſam, quia volebat eſſe aduocatus meus reuelem ei ſecreta cauſæ? Concludit, ꝙ etiam non ſufficit, quia iudex habet iudicare, ſecundum allegata, vt in c. iudicet. 3. quæſtio. 7. & plenius in cap. paſtoralis. de

8 offic. deleg. §. quia vero. † Quarto quærit, quid ſi iſte iudex delegatus antequam peteretur remoueri ob munus teſtificandi, cõmiſit in totum cauſam ſuam alteri, nũquid teneat comm. iſſio? & ſi tenet, an poterit coram ſubdelegato teſtificari? Glo. ponit opin. Ioan. ꝙ non, ſed poſtea concludit cõtrarium, arg. huius. c. nam iſte fuit ſemel iudex: & tamen ſubmotus a cauſa perhibet teſtimoniũ. Primam opi. tenet hic Inn. ẽt ſi commiſitin totũ ea rõne, ga delegatus fungit vice delegãtis. l. 1. §. vlt. ff. de of. ei⁹, cui manda. eſt iuriſd. Hoſt. tenet ſecundam opi. & facit ad hoc, ſecũdum Io. And. c. iudex, de offi. deleg lib. 6. Sentit etiam Abb. qui dicit, ꝙ ſi impetraui mihi conſanguineum meum in iudicem, qui recuſatus eſt, bene potero ipſum in teſtem inducere, quia licet remoueatur a iudicando, non tamen a teſtificando, de præſum. c. literis. Ego dicerem, ꝙ aut ante ſubdelegationem iudex proceſſit ad aliquam ſententiam, ita vt ex hoc preſumatur affectus ad cauſam, non poterit eſſe teſtis, ratione ſuſpicionis, quia non debet in eadem cauſa eſſe iudex & teſtis, vt in d. c. ſtatuendum. 2. quæſtio. 6. facit quod no. glo. in l. ob carmen. §. 1. ff. eod. tit. Aut commiſit in principio cauſę, & tunc ſi erat delegatus, & commiſit in totum, non video aliquid rationabile reſiſtens officio teſtificandi. Hoc enim caſu ceſſauit ratio opi. contrarię, cum non fungatur iure ſubdelegantis, cum ille deſierit eſſe iudex, nec põt am plius reaſſumere cauſam, nec ad eum appellari, de offi. deleg. c. ſuper qõnum. §. porro, & in c. ſi delegatus. co. tit. lib. 6. Nec põt dici, ꝙ hẽat affectionem ad eãm cum in ipſius principio ſubdelegauerit. & ſic ceſſat ratio c. ſtatuendũ. ad hoc d. c. iudex:

ADDITIONES.

a Mulier capax. Quid poſſit mulier, & quorum iurium ſit capax, & quorum incapax, late proſequitur Dec. in reper. l. fœminæ. ff. de reg. iu. Sebaſtianus Sap.

b Idem tamen dic in priuata. Ego contrarium dicerem per ea, quæ no. abunde Iac. Reb. in rub. C. de iure fiſci. nume. 4. & ibi remiſ. in apoſtil. Cel. ad ipſum libro 10. Zach.

c Aduocatus alterius. Vide Felyn. in capitu. irrefragabili. in 1. colum. ſupra de offic. ordina. vbi vult, quod aduocatus non poſſit in eadem cauſa eſſe iudex, quando pars propalauit animum ſuum, ſed pro limitatione ſubiicit, quod ego non poſſum recuſare illum, qui fuit meus aduocatus, licet propalauerim ei omnia ſecreta, quia hẽt iudicare per allegata & ꝓbata, ut hic per glo. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAusam. In causa, matrimoniali cogendi sunt testes ferre testimonium communiter summatur, sed non placet, inquã tum ponit specialitatem in matrimonio, quia sic loqui videntur iura in alia materia ciuili. Ideo generalius summo sic In causa ciuili, mo nendi, & inducendi sunt testes ad testificandum, & si se subtra hant odio, gratia & c. compelluntur. In prima, parte, ponit causæ commissionem. In secunda prouidet partibus ibi. Idequæ. Casus literal. Quedam causa matrimonialis vertebatur in ter M. mulierem, & virum suum: commissa fuit iudicibus. Mandat Papa, Papien. Electo, quod moneat testes ad ferendum testimonium, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si vero, amore, vel timore se subtraxerunt, quoad ferẽdum testimonium coram prædictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc mittant, & inducas, quod per hæc verba non designatur p ibi, Moneas, & inducas, quod per hæc verba non designatur p cissa compulsio. Patet, quia in fine mandat compelli, si indu non possunt: vide de hoc quod no. in capit. 2. de sponsa. Nota. quod etiam in causa, matrimoniali non debet iudex testes principio compellere, seu cõtra eos sententiam fulminare, prius monere & inducere, quod puto verum, nisi necessarium sit illorum testimonium, quia aliter probari non posset, vel nisi iudex sit remotus a partibus. Tunc enim, quia de facili nõ test iudicium iudicis geminari, poterit iudex a principio procedere, & sub conditione censuram ecclesiasticam fulminare. & sic iudicio meo intelligi potest cap. j. prox. † No. iudicem posse committere testium receptionem, etiam in causa matrimoniali. Et no. quod talis commissarius potest nuncius appellari. & dicit Ioan. And. quod iste quandoque vocatur executor, quando que auditor, vel cognitor, quem potest iudex quilibet ad certa arti. deputare, de offi. deleg. cap. super quæstionum. §. 1. & vbi rum. Ego credo, quod quando iudex prius examinat capitula, & interrogatoria, & postmodum mittit notarium, vel aliũ ad examinandum testes, iste sic missus potest dici nuncius. Sic appellatur, quia mittitur ad ipsos testes, & quandoque nullam habet iurisdictionem, sed nudum ministerium, iuxta no. in clem. vna, de off. delega. & videtur tex. in c. 21. de iud. lib. 6 & sic loquitur hic, vt patet, ibi, Quem ad hoc miserint, &c. Quandoquidem iudex simpliciter receptionem testium, & tunc ille non habet appellatur nuncius, sed iudex, seu cognitor, vt clemẽ. iudex cis, de offic. deleg. cum ibi nota. Oppo. videtur enim quod non erit opus scribere ordinario, vt compelleret testes producendos corã delegato Papæ, qa ipsemet hoc facere poterat cum omnia videantur esse commissa, sine quibus causa commode expediri non potest, de off. delega. c. præterea, & c. prudentiam Sol. Vincẽ. fatetur, quod delegatus hoc posset, & committere Docto. post eum, sed scriptum fuit ordinario, quia forte plus timebatur in loco, quod placet, similiter quando mandatur ordinario, vt ex quatur sententiam delegati. A postolici. cum & ipse per se exequi posset, de off. deleg. c. in literis, c. significasti, & c. querenti. Gl. 1. querit, quare testes compelluntur, cum regulariter quis non compellatur de suo facere beneficium. vt. q. c. precariæ. Respondet, ç duplici ex capite. Primo propter bonũ publicum, ne veritas occultetur, & malus, vt bonus ſtimetur, & facit, licet gl. non alleget, l. cum qui nocentem, ff. de iniur. & c.
a vt famæ, de sen. excomm. Secundo, quia tacere veritatem a peccatum a mortale. xj. quæstio. 3. c. quisquis. † Contra hæc opb po. dupliciter: videtur enim primo hoc esse falsum. s. ç tacere veritatem sit peccatum mortale: nam Christus interrogatus à Pilato, quid est veritas? non respondit, vt habetur in Euangelio. Glin d. c. quisquis, dicit, ç primum dictum procedit: cum producitur in testem, alias bene potest, & debet quis quandoque tacere veritatem, vt in c. 1. & c. ne quis. 22. qõ. 2. & vt habetur in contrario. Si enim quis quæritur ad mortem, non teneor respõdere, vt in iuribus prælleg. Et licet D. Ant. hic instet, ego breuiter dico post Archid. & Bea. Thom. vt not. in c. item quod dicitur 22. quæstio. 1. quod in casibus, in quibus iudex potest de iure interrogare, non respondendo, sed negando, vel celando veritatem, quis mortaliter peccat, quia debet quis obedire suo superiori in spectantibus ad officium suum, de maior & obed. c. 1. & cap. qui resistit. xj. quæstio. 3. secus vbi interrogat in nõ spectantibus ad officium suum. † Et per hoc soluetur quæstio nobilis. an peccet accusatus, si timens condemnari negat veritatem. Conclusio est quod sic, b per prædictã rationem. Ita in simili concludit Bar. in 1 relati. ff. de pœni. Dicit enim, ç condẽc natus c iuridice ad mortem peccat, fugiendo, carcerem. Secus dicit, vbi carcer esset violentus & iniustosus. ad hoc, quod leg. & no. in clc. pastoralis, in gl. in verbo, per violentam, de re iud. Idẽ puto scilicet, quod peccat mortaliter, qñ quis potest proximo prodesse, & non vult, negando veritatem, argumen. c. 1. de fal. Nam quisque tenetur diligere proximum, sicut seipsum, de poen. distin. 2. c. charitas. il 2. §. proximus. Idẽ dic, si quis falsò de ponit cõtra seipsum, vt est no. tex. in c. si non licet. 25. q. 5. per quod argue contra istos, qui timore tormentorum cõfitentur contra se. † Secundo oppo. d ad idem, nam multi sunt iure ciuiliter priuilegiati á ferendo testimonio, vt habetur 4. quæ. 3. c. si teſtes. §. item lege Iulia. iudiciorum. no. in c. si qui testium. supra tit. prox. Quod non esset, si esset peccatum, non testificari, cum nulla lex, vel priuilegium, seu Princeps excusare possit à peccato, vt in c. fi. de præscrip. & in c. Iulianus & c. si dominus. xj. q. 1. imo nec prætextu pietatis excusatur quis in peccato, vt in c. super eo, de vsu. Sol. notabiliter Host. ç priuilegium prædictum non excusat ex toto, sed tunc solum cum alij testes haberi possunt: vnde dicit, ç inter priuilegiatos & non priuilegiatos hęc differentia notari potest, vt non priuilegiati cogantur, etiam si per alios fides fieri possit, ex quo moniti testificari recusant. Priulegiati vero non cogantur, nisi vbi palios veritas haberi non possit, quo casu procedit, quod dicitur de peccato. Not. bene hanc solutionem, quia per ea habes limitata iura, quæ dicunt solum parentes, & similes non compellie debẽt enim intelligi, quando per alios veritas haberi potest. Secundo no. quod non priuilegiati possiint compelli, licet veritas aliter haberi possit, & de hoc vide in glos. seq. alias enim nullum esset priuilegium illorum priuilegiatorum, contra capit. statuendum. alias statum, in fi. 1. quæst. 6. & c. quanquam 14. q. 4. vbi dicitur, quod clerici nõ debent ad testimonium vocari, nisi in aliorum defectũ. † Gl. 2. quærit, hic dicitur testes compellendos, quando gratia, vel timore se subtrahunt. & idem in ca. super eo, infra eodem. quomodo probabitur, ç taliter se subtrahant? Respondet nota biliter, ç eo ipso, ç requisiti nolunt ferre testimonium, præsumitur cõtra eos. nisi constaret, ç per alios veritas haberi & cõprobari posset. Pondera bene hanc gl. Dicit enim duo. Primo, ç præsumitur contra testem, eo ipso, ç testificari recusat. Idem no. in c. super eo. & c. caterum. & c. dilectorum inf. eo. Io. Andr. Inn. & Host. dicit procedere in ciuilibus, in quibus peccatum est tacere veritatem. Et hoc verum secundum eum, nisi hanc præsumptionem elidat alia, vt puta, quia religiosus est, q non in damnum proximi, sed obtentu religionis iurare renuit: argum. sup. tit. 1. c. super. & inf. de iureiur. c. & si Christus, in fi. vel subest alia si milis causa. In criminalibus vero & in alijs, in q̃bus non est peccatum, veritatem celare, non est præsumendũ, secundum eum, ç is qui testificari renuit, malitiose se subtrahat, & ideo non est cogendus, nisi manifeste appareat de malitia. sup. eo. c. peruenit. † No. bene hoc, & videtur, & videtur iudicio meo hoc probari. inf. eo. in ver. constiterit. Et dicam latius in c. dilectorum, inf. eo. vbi expediam hanc materiam. & hoc procedit vbi veritas aliter haberi potest. Si autem aliter haberi non potest, tunc dicit Ioan. And. post Inno. per dictam decretalem, peruenit. 2. quod in criminalibus & in causis, in quib. alias testes non coguntur, nec cogentur etiam si non se subtrahant gratia, odio, vel timore. Idem Host. nam, secundũ eũ, videmus ç hoc casu compellitur clericus d. cap. quanquam, qui alias est priuilegiatus, vt non compellatur. d. ca. statuendum, in fi. Non obst. quod prohibitum sit iuramentum, sine quo testis non deponit, quia hoc verum, nisi in casibus, quorum ille est vnus. Et in casibus vide gl. in cap. nullus. infra de iureiurã. Prædicta no. & expediam latius in d. c. dilectorum. Secundo videtur hæc gl. pernum dictum limitare, vt præsumatur, quod gratia, & capit. quando veritas aliter haberi non potest. Quod non videtur, ꝓcedere, nisi in priuilegiatis, vel in criminalib per prædicta. Et

ADDITIO.

a Tacere veritatem. Vide Do. Ias. in l. præscriptione in 2. no. C. si contra ius vtil. publi. vbi tangit, quod ita punitur testis, tegendo veritatem, ac si falsum dixisset, de quo etiam per Ang. de Are. in tract. malef. in verbo Calumnia. Seb Sap.

ex prædictis deciditur tacite alia quæstio, cui incumbat onus ꝓbandi, quod veritas haberi aliter non potest, quam latius & explicite attingam, infra eo. cap. super eo, & vide ad confirmationem prædictorum no. dictum Barto. in l. 1. §. 1. ff. de fal. vbi dicit quod si quis subtrahit se à testimonio, reddit se suspectũ de falsitate, seu corruptione, videlicet, quod gratia, seu commodo se subtrahit, ex qua præsumptione iudex poterit inquirere contra eum, secundum Barto. quod est menti tenendum, sed debet limitari secundum prædicta, quando scilicet, non subest alia præsumptio hanc elidens. Ex omnibus prædictis possunt elici tres conclusiones. Prima, quod priuilegium super testimonio non ferendo concessum, cessat deficientibus aliis probationibus, siue sint laici, siue clerici. Secunda conclusio, quod in causis ciuilibus, præsumitur quis corruptus, si requisitus testificari, recusat. & ad hoc compelli potest, & contra eum inquiri de corruptione, nisi alia in contrarium præsumptio subsit. Tertia conclusio, in criminalibus causis testes non compelluntur, nisi in aliis probationibus deficientibus, nec præsumitur corruptio, si quis testificari recusat, nisi aliter probetur, quod casu fiet compulsio, licet aliter veritas probari possit. Hæc conclusio probatur in capitu. super eo. iuncto capitu. peruenit 2. eodem titu. De iure vero ciuili aliud videtur, de quo vide text. cum ibi not. infra eod. & cap. super eod. in fi. Glos. † fin. est clara, & notabis causam, quod in causis criminalibus non mittitur etiam ad egregias personas, sed omnes compelluntur venire ad prælentiam iudicis. Hoc limita secundum tex. no. in cap. 3. de iud. lib. 6. vide circa hoc quod plene dixi in cap. cum causam. supra tit. 1.

ADDITIONES.

2 Peccatum. An sit peccatum non testificari, vide etiam aliquid per S. Tho. 22. q. 7. ar. 1. cir. fi. ubi dicit, quod testificari est de necessitate salutis, supposita testis idoneitate, & ordine iuris, alias secus. Item, an, & quando sit peccatum mortale, cælare veritatem in iudicio, vide dom. Anto. in cap. 1. in 1. colum versicu. 20. non compelli. supra de probatio. & vide Abb. post Innocen. & quod ibi late no. post eum in c. 1. circa princip. infra de crimi. fal. Et de isto argu. vide eleganter per bea. Thom. in 2. 2. quæstio. 7. art. 1. ubi concludit, ç si requiritur testimonium alicuius subditi, authoritate superioris, cui requisiti, in his, quæ ad substantiam pertinent, obedire tenentur, non est dubium, quod tenetur testimonium ferre in his, in quibus secundum iuris ordinem testimonium ab eo exigitur, vt puta in manifestis, & de quibus præcessit infamia, sed de occultis, & de quibus non præcessit infamia, non tenetur testificari. Si autem non requiritur eius testimonium à iudice superiori, sed ab alio, & tunc aut ad hominem liberandum ab iniusta morte, vel falsa infamia, vel a pœna quacunque, & tunc tenetur testificari, imo si eius testimonium non requiritur, tamen tenetur facere, quod in se est, ut veritatem denunciet alicui, qui ad hoc possit prodesse. Super his vero, quæ pertinent ad condemnationem, non tenetur quis ferre testimonium, nisi cum a superiore compellitur, secundum ordinem iuris, non attento, quod immineret periculum accusatori, cum ipse sponte in hoc periculum sit ingressus.

b Quod sic. Scias, quod inquisitus, qui respondendo ad inquisitionem iurat non fecisse, si postea appareat contrarium, non per hoc punitur tanquam periurus. Istud est dictum solemne, quod pauci sciunt, de quo per Alexand. in addit. ad Barto. in l. 1. ff. de bo. eo. qui sibi mor. consci. vide omnino unam apostil. ad Abb. in c. is, qui, in 2. not. in apostil. mag. in fin. infra de sol. Et ita videtur posse limitari dictum Abb. hic, ut procedat in foro fori. Aeneas de Falco.
Circa hoc, an inquisitus iurans contenta in inquisitione non esse vera, si postea appareat contrarium, teneatur de periurio, dicas, quod inquisitus tenetur respondere cum iuramento inquisitioni contra eum formatæ de crimine, hoc est, an deliquerit, vel non; & vide Spec. in tit. de depos. in §. 7. in uersi. 19. & in tit. de inquisitio. in §. 4. Nec dicitur ex hoc incurrere per iurium, quod uoluit Iaco. But. in l. quod sæpe, in §. fi uero, ff. de contrahend. emp. de quo uide per Alex. in 1. 1. ff. de his, qui mor. sibi consci. hic allega. de quo tamen multum dubito, quia non debet quis deierare pro quocunque commodo personali & temporali, ut in c. 22. quæst. 1. imo potius debet omnia mala temporalia pati, quam consentire malo animæ. c. suscepimus, de homi. & 32. q. 5. cap. ita ne. & uide Spec. in tit. de actio. & pet. in §. 4. uersicu. quod si forte. Ant. Fran.

c Condemnatus. Vide D. Ias. in Ladmonendi, colum. 65. in materia fugæ. ff. de iureiuran. Seb. Sab.

d Secundo opp. Et adde, quod istæ personæ, non dicuntur inuitę testificari, licet fuerint citatæ ad iudicium pro testimonio, si postea testificantur. Ita dicit Bal. in l. fi quando, in 1. colum. C. de test. Et idem dicit, ubi etiam iam oppposuit exceptionem priuilegii, in l. parentes, in vlt. colum. C. de test. ubi dicit ita se consuluisse. Item uide Archid. in c. statuendum. 7. qõ. 5. ubi dicit, ç in ciuili causa, ubi aliter veritas haberi non potest, compelluntur etiam testes priuilegiati, de quibus in c. si testes, §. item lege Iul. 4. q. 3. & dicit, quod ita consuenit concludi in cap. dilectorum. de test. cogen. Adde Rom. singu. suus, folio 8.

e Compelli. Vide Bar. in l. lege Iulia. ff. de testib. & Marsi. sing. suo 76. incip. plures sunt, & in l. fi. char. 8. cir. princ. C. de prob. & Firmia. in repertorio suo in verbo, testes, ver. testium coactio. Seb. Sap.

f Gl. Vide gl. 3. quæst. 9. c. testes, ubi est gl. sing. iudicio meo, in uer. sed præsentes, quod non valet consuetudo, quod examinatio testium in crimalib. detur, & ad hoc eam nunquam audiui allegari. Et adde hic Specu. in legari possit, & ad hoc eam nunquam audiui allegari. Et adde hic Specu. in titu. de teste. §. nunc tractemus. & uide Bald. in d. Authen. apud eloquentissimum, ubi concludit, quod etiam in criminalibus potest delegari receptio, si testes sunt in alia prouincia. Et adde. quod licet receptio testium in causa criminali non possit delegari, tamen potest delegari receptio instrumenti, tex. est in capit. contingit. & ibi do. Ant. circa fi. uer. non penul. de fide instrum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

instrum. Et generaliter quando possit committi examinatio testium ponit Dy. in l. scire oportet §. j. ff. de excus. tut. & Spec. in titu. de teste. §. nunc tractandum, ver. nunquid ad officium. ad quos remittit, Bal. in l. 3. §. idē quod Diuus. ff. de test. Et adde, quod istam regulam, quæ dicit causam criminalē non posse delegari quoad receptionem testium, limitat no. tex. in d. c. mulieres. de iud. esse veram, nisi ex parte testis concurrat, quod sit persona priuilegiata, quæ non cogitur testificari in iudicio, vel ex parte iudicis non concurrat magna honestas, vt quia episcopus, tunc enim posset delegare. & hoc dicit Pet. de Anch. circa fi. Sed quod in causa criminali receptio testium possit alijs committi, videtur casus apertius in c. vt officium, §. verum, ibi, alij, quos ad hoc duxeritis deputandos. de hære. in 6. nisi respondeatur quod ille tex. loquitur in nuda examinatione, cum iam testes iurassent coram inquisitoribus, vel dicatur, quod sit speciale in crimine hæresis, sicut multa alia. Item adde, quod vbi agitur de crimine in modum exceptionis, potest committi examinatio testium. Ita dicit Pe. de Anc. in c. præsentium, §. testes, in prin. de test. in 6. item vide quod no. Arc. in d. c. præsentium, §. testes in vl. col. ver. quæro post Io. And. Item adde, quod papa indistincte potest committere examinationem testium in causa criminali. Ita determinat Spe. in tit. de test. §. nunc tractandum in 3. col. ver. in criminali vero. arg. c. ille gladium, 33. q. 4. dicit tamen, quod quando papa tradit articulos delegato, iniungat ei sub interminatione diuini iudicij, & sub periculo animæ iux, quod debeat bene & legaliter, super quolibet ar. secundum ipsam interlocutoriam examinare. & adde hic Lap. alle. 46. An autem in causa criminali possit delegari receptio testium, vel in alia causa speciali, vide tex. in c. significauit. de of. or. & quod ibi no. Adde, quod in causa criminali non potest delegari examinatio testium, Ro. fi. in. fuis. fol. 12. An examinatio testiū possit committi, & qualiter committatur, maxime in criminalibus. Et an iudici alterius territorij, & an debeat pars aduersa moneri, & citari ad comparendum coram iudice, cui committitur talis examinatio: & de forma faciendi talem commissionem, vide Bald. Salic. & Doc. in l. iudices. C. de fi. instru. & in auth. apud eloquentissimum. eo. ti. & vide Bart. in l. cum ab initio. ff. quemad. test. ape. & vide omnino Ang. in Auth. de test. in §. & quoniā 2. & vide Innocen. in c. quoniam contra, de prob. & in c. cum Bertoldus, de re iudi. & in c. 2. de iureiur. & vide omnino per d. Car. in cle. 1. in 6. quæstio. de offi. del. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Testis nolens comparere, potest suspendi, deponi, & excommunicari, & iudex potest incipere ab excommunicatione.*
2 *Iudex potest in primo præcepto imponere mulctam contumaci.*
3 *An requiratur vna citatio, an duplex, an triplex, ad hoc, vt iudex possit mulctare.*
4 *Citatus ad certum tempus hora diei non expressa, debet tali hora comparere, vt possit explere officium suum.*
5 *Citatus certo die ad faciendum electionem, debet mane comparere.*
6 *Iudex excommunicauit testes non comparentes in termino præfixo, & testes in dicto termino fuerunt impediti, nunquid sint excommunicati.*

CAP. II.

Vm super. Per excommunicationis, suspensionis, & depositionis sniā cogendi sunt testes. Vel summa generalius sic. Vbi testimoniū est necessariū, compellendi sunt testes ad illud ferendum, ēt per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiā. h. d. Tria facit. Primo præcipit. Secundo punit contemnentē. Tertio aggrauat. Secunda ibi. Si vero. Tertia ibi. Et si. Casus liter. Mandat papa quibusdā presbyteris, quatenus ad p̄sentiā suā accedant, perhibituri testimoniū veritati sup cā, quæ vertitur inter episcopum prænestinum, & Abbatē Sublacensem. Si vero non venerint, sciant se ab officio, & bñficio suspensos. & si nec venerint, excōicationis sententiam poterūt formidare. Ber. No. 1. q. vbi testimoniū est necessarium, non p̄mittitur monitio, sed à principio p̄t testib. mandari, vt veniant, ēt si sint præsbyteri, vt hic, iūcta suprascriptione. Et no. q. testes possunt compelli ire ad curiam Romanā de longinquis partibus, expensis tū producentis, vt in c. statutum, prope fi. de reser.

1 li. 6. & 4. q. 3. c. si teste. §. venturis. † No. bonam practicā procedē di ꝫ testem, vel alium absentem, vt in eadem citationis litera, si non venerit in termino præfixo, fulminetur suspēsio. & si intra alium terminum non venerit, eadem litera præfixa feratur excōicatio, si nō venerit in tertio, comminetur depositionem. Et sic vī Host. intelligere literam. & hic intellectus est verus in se, licet ex litera aperte non colligatur, q hic fuisset lata excōicatio, sed potius innuitur, q solum comminata. Credo tū, q quilibet terminus debeat esse peremptorius, alias non deberet fieri suspensio, vel excōicatio. ad hoc, c. sacro. de senten. excom. & q no. Inno. in c. j. de excess. prel. vide practicam per tex. iuncta gl. in c. constitutionem, de senten. excom. li. 6. Et ex hoc, & ex tex. innuitur iudicem debere vltimo loco reseruare excōicationē, & prius incipere à suspensione, q est f'm do. Ant. contra practicos nostri temporis, qui incontinenti incipiunt ab excommunicatione. Ego dico, q licet cæteris paribus hoc sit honestū, nō tū necessarium. Iudex enim p̄t incipere ab illa, quæ magis timetur, vt in c. quoniam, in fi. vt lit. non contest. & in c. 1. de iud. vbi pro prima contumacia fuit lata excōicatio. Vnde alibi dicit gl. q quælibet minima contumacia, est excōmunicatione digna. & q tanto maior est, quanto ex minori re surgit. ita dicit gl. no.

2 in c. duo sunt. 96. di. vide bo. tex. in c. tuæ, vt li. non conte. † No.

3 & tene menti, q iudex a potest in primo p̄cepto apponere mulctam nō parenti. Et facit, q iudex possit præcipere aliquid sub certa pena. de quo vide per Spe. in ti. de sen. prola. §. 2. versic. sed nunquid iudex. Et ibi videtur concludere, q sic, si euidenter p̄sumit contumaciam. Et idem deberet obseruari in excommunicationis prolatione, vt probatur in c. Romana. §. caueant, de senten. excom. li. 6. sed pp viarum distantiam, cum sit difficile geminari præcepta, satis poterit obseruari prima vice, quod hic dicitur. Nam ex causa rationabili, potest pro futuris culpis sub conditione excōicatio ferri, vt ibi. Scēo facit, q post primaciā possit iudex sine noua citatione infligere mulctā, de quo dic,

3 vt plene dixi in c. j. de iud. † Opp. contra hoc, & contra tex. videtur enim q ex prima contumacia non possit iudex mulctare, iuxta no. in c. 2. de proc. Vinc. dicit, q isti puniuntur, quia hoc fuit in citatione expressum. No. hanc solu. ex qua innuitur, q si iudex præcipit simpliciter aliquid fieri, non debet illico infligere mulctam non parenti, sed geminare præceptum. Sed credo posse dici tres citationes requiri ad causam principiandam, & sic loquitur l. ad peremptorium. ff. de iud. & no. per Innocin c. ad petitionem, de accu. Sed vbi fit præceptum aliud, vt hic, nō est opus geminare citationem. arg. in l. 1. ff. si quis ius di. non obtempe. primum tamen æquius. No. tū ex dicto Vin. q iudex licite exprimit pœnam ex prima contumacia. facit pro allegato dicto Spe. Opp. videtur enim q hæc citatio nō arctabat, cū esset sine termino. Gl. j. metu contrarij supplet, q hic fuit terminus constitutus, & q isti debebant comparere ea hora, qua possent expedire officium, ad quod erant vocati. Dic, q etiam sine

b certo termino valeret citatio. b & intelligitur, vt citatus veniat,

4 quam citius potest, vt plene dicam in c. cum parati, de app. † Secundo collige ex glo. q citatus ad certum terminum, hora dici non expressa, tenetur comparere tali hora, q possit explere officium, seu negocium, ad quod citatur. Et facit quod in simili

5 no. Innoc. in c. cum nobis, de elec. vbi dicit, q citatus, vt comparet, certa die ad electionem faciendā, dēt comparere de mane, quia tali tpe fit electio pp Missam Spiritussancti. Hinc Vnc. in secunda solutione dicit hic, q dēt venire tali tpe citatus pro testimonio ferēdo, q deponat iciunus. 22. q. 5. c. honestum. & sup. titu. prox. c. 1. Vel, f'm eum in prima solutione, satis est, q ex die iuret. Nam pro actu depositionis p̄t testis teneri per ij. dies, vt l. pen C. de testa. Cōclude ergo, q citatus ad certū diem sine hora dēt comparere tali hora, qua expedire posset id, pp q videatur. In dubio satis est, q veniat ante noctis tenebras, quia tūc dies sibi cedit, de quo in c. consuluit, de offi. deleg. & c. cum nobis. Op. 3. de c. cum non ab homine, sup. de iud. vbi fit primo depositio, & postea excōicatio, & hic econtra. Sol. gl. 2. q ibi sufficit, cedit, vbi processus fundatur super contumacia. nam tunc inducitur a mitiori pena. ꝫrium, q cedit, vbi fundatur super crimine & dic vt ibi plenius no. Gl. 3. colligit, q in vna citatione possunt fieri plures citationes, de hoc dic, vt leg. & no. in c. constituit quæstionem quotidianam. Iudex excommunicauit testes,

6 nem, ad quod sup. remisi. † Gl. fi. in prin. est facilis, postea formauit quæstionem quotidianam. Iudex excommunicauit testes, nisi comparerent in termino præfixo, in termino testes fuerūt

c impediti, quæritur nunquid sint excommunicati. c Conclusio, q quoad Deum nō sunt excommunicati, tū quoad Ecclesiam sic. tamen docto de impedimento absoluentur sine difficultate. Idem tenet gl. in c. vno. 3. q. 5. super verbo, occurrerit. Sed attende, quia contra istam gl. videtur esse communem. Nec obst. si dicatur hanc sententiam continere intolerabilem errorem, quia, vt dicit Inno. in d. c. P. & G. hic error non est patens ex verbis sententiæ, licet ex mente sit reducibilis ad errorem, talis autem error non inducit nullitatem sententiæ, vt ibi no. Ego in hac quæstione soleo sic distinguere, q aut ex tenore sententiæ apparet, q iudex voluit omnino ligare non comparentem in termino, siue esset impeditus, siue non, & talis sententia non tenet, tanquam continens errorem intolerabilem, de sen. excom. c. per tuas. Aut non constat ex tenore sententiæ, quia iudex simpliciter excommunicauit non comparentem in termino, & aut ex aliquibus verbis potest iudicis mens deprehendi, vt quia dixit, si contempseris, vel si distuleris in termino comparere; & non erit excommunicatus, quia qui non potest, non contemnit, nec differt, vt no. glo. in c. quā sit, de elect. lib. 6. in ver. distulerit. Aut non potest deprehendi, & tunc non est, excommunicatus quo ad Deum, ex quo non deliquit, de re iud. c. 1. lib. 6. Sed quia quoad ecclesiam excommunicatio iniusta, ligat maxime, quando est apparenter iniusta, poterit fieri absolutio saltem ad cautelam. Plus tamen in subtilitate placet opi. Hosti. & Spec. vt dato, & probato impedimento facti, nulla indigeat absolutione, quia non videtur verisimile, quod iudex voluerit eum ligare. argumen. c. vt nostrum prodeat, vt ecce. benefi. Et per hæc puto idem dicendum in sententia Papę, & fortius, quia sententia hoc casu nō infringitur ex defectu potestatis, sed potius voluntatis, quæ voluntas potius debet præsumi in Papa, tanquam iustior, quam in alio, argum. 40. dist. c. 1. facit c. in causis, de re iud. Ad §. idem, allegatum per Io. And. potest responderi, q loquitur, quando excommunicatus allegabat impedimentum, sed non probabat, tunc à principio absoluitur prestita cautione, vel ille volebat p̄tendere de nullitate, facit c. cum olim, de re iudi. vbi sententia Papæ interlocutoria decernitur nulla, si ex circunstantiis appareat eum fuisse circumuentum, vel immemorem.

SVMMARIVM.

1 *Notorium non inficitur, licet pars aduersa negauerit factum.*
2 *Testis non cogitur ferre testimonium in criminalibus, nisi à parte aduersa subtrahatur.*
3 *Testes de iure ciuili indistincte cogendi sunt.*
4 *Testes præsumuntur timore aduersæ partis nolle testificari, quando requisiti nolunt testificari.*

Cui incumbit onus probandi, cum quis dicit quod per alios testes probari nō possit, nisi per illos, quos adducit.

CAP. III.

Vper eo. Testis, qui timore aduersę partis se subtrahit, testificari compellitur. Ad de. tiam in criminali, secundum communem intellectum, vt sic aliquid addat ad c. 1. sup. co. & c. dilector. inf. eo. In prima decisa consultatio: In secunda respōsio, ibi. Consultationi. In quo distinguit, & secundū membrū prosequitur ibi. Verum. cuius respōsio moderatur ibi, Nisi. Demum quærentem instruit ibi. Licet. Casus literalis. Aliquis conuenitur de aliquo facto coram iudice, ille factum negat: quæritur, an illi, qui interfuerunt negocio, cogendi sint ferre testimonium veritati? Respōdet Papa, si factum notorium est, nō sunt necessarii testes, cum talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant. Si vero non est notorium, q is, qui conuenitur, factum negauerit testes qui interfuerunt, monendi sunt, non cogēdi, nisi forte timore aduersę partis, à ferendo testimonio reuocentur. De iuris rigore tamen indistincte sunt cogendi. B. No. notorium non indiget testib. hoc intellihe prout plene no. in c. vestra, de cohab. cler. & mulie. & 2. q. 1. c. manifesta.

1 Not. 2. q in facto notorio non distinguitur, an neget pars, vel

2 confiteatur. Ex quo infero, q negatio partis [2] non inficit notorium, nec reddit rem dubiā, vt hic clare probatur, licet soleat ad hoc allegari dictum Inn. in c. tua, de cohab. cle. No. 3. q in facto notorio per negationem partis res efficit dubia, vnde deue

3 tari oportet ad instructionem causæ. † Nota bonam limitationem ad iura, quæ dicunt, q in criminalib. testes non compelluntur. Non enim procedit, quādo timore aduersę partis se sub trahunt. Nam tunc in odium partis compellūtur, vt hic. Et idē dicit Inn. si aliter malitiose per partem aduersam a testimonio retrahantur, inf. c. prox. Et idem cōiter Doct. quod placet eadē ratione. Secus dicit Abb. si amore partis se subtrahunt. Nam ista licentia nullam mentionem facit de amore. quod no. sed tunc cōpelluntur, deficientib. aliis probationib. vt dixi supra c. 1. Et q ista procedat in criminalib. tenent cōiter Doct. quia loquitur de notorio. & cōiter delicta, & non ꝯctus sunt notoria, ad quod no. Inno. in c. tua, præalleg. & probatur hoc procedere in criminalib. etiam, inf. cap. proxim. No. ibi. Constiterit, q malitia partis non præsumitur ex eo, q testis in criali testificari nō vult,

3 sed oportet aliter probari. & vide quod sup. dixi in c. 1. † No. ibi. Passim, q de iure ciuili non fit distinctio in compulsione testiū inter causas ciuiles & criminales, & an res aliter probari possit vel ne: & an impediatur per aduersarium, vel non; sed indistincte possunt cōpelli: & notabis hoc, quia clare in ciuili iure hoc non probatur. Nam l. si quando. C. eo. tit. & auth. ibi posita, loq videntur in ciuili, sed idem videtur in criminali, vt hic. Videtur tamen, quòd primo monendi sint, vt sentit hic Hostien. ff. de tab. exhib. l. locum. §. exhibere. Gl. 2. quærit, nunquid saltem sententia sit necessaria in notorio. Et respondet, quod sic. Alii addunt etiam citationem. Ego remitto ad not. in d. cap. vestra.

4 & aliquid dicam in c. cum olim. de re iud. † Glo. fi. quærit, quomodo constabit, q timore aduersæ partis se subtrahunt. Respōdet, hoc præsumi eo ipso, q requisiti testificari nolunt. no. glo. & eam allegaui supra c. 1. & declara & restringe, prout ibi dixi. Sed Ioan. And. post antiquos formatur hic vtilem quęstionem, cui incumbat onus probandi, quod veritas aliter probari non

b possit. b Et vt clarius intelligas vtilitatem huius quæstionis, scire debes, quod vt concluſi supra c. 1. priuilegiati non compelluntur, nisi quando veritas, aliter probari non potest, & idem in criminalibus regulariter. Pone nunc in terminis partem dicere rem aliter probari non posse, nisi per illos testes, quos adducit, testes dicunt oppositum, quis habebit hoc probare? Allegatur contra actorem primo, q ipse probet, quia ipse dicit, ergo &c. de renunc. c. super hoc. Nam si diceremus, q testi incūberet onus probandi, effet res in magno circuitu, si quilibet testis haberet hoc probare. In contrarium allegatur, quia qui dicit per alium rem posse liquere, excipit, probet ergo ipse. ff. de prob. l. in exceptionibus. & l. ff. de excep. facit c. cum ecclesia. de causa poss. & proprie. & sic transit Ioan. And. Putat do. Ant. quod in ciuili onus probandi incumbat testi, quia fundata est præsumptiue intentio producētis nisi testis sit priuilegiatus. In criminalibus vero probet actor, quia oportet actorem ostendere causam compellendi, quod satis placet. Et credo posse dici, quod vtroque casu staretur iuramento ipsius testis, an res per alios possit probari, quia sicut producēs submittit se super principali iuramento ipsius testis, ita debet se submittere super isto præambulo. facit quod in simili no. in c. dilecto. 3. tit. proxi. Itē posset capi media via, vt iudex summarie iformaretse sup hoc.

ADDITIONES.

1 Negatio partis. An & quando per negationem res efficiatur dubia, uide Barto. in l. 4. C. de procur. ubi Do. Ias. colum. fi. & quod in notorio negatiua non faciat rem dubiam, uoluit idem Ias. in l. post rem. ff. de transact. Sebastianus Sapia.

b Non possit. Vide hanc q. in terminis positam, & decisam per Lanf. sæpe alleg. c. quoniam, & §. testium depositiones. num. 28 uer. sed modo stat difficultas. sup. de probat. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione instrumentorum, an veniant testes.*
2 *Conflito de malitia subtractoris, testis est etiā super causa examinandus.*
3 *Propter malitiam subtractoris, testis etiam in criminali est cogendus.*

CAP. IIII.

a Perueni. Compellitur testis a illius fraudem detegere, qui aduersario probationis copiā subtrahit. Sic communiter summatur: sed ego summo notabilius secundum vnum, & communem, intellectum. Compelluntur testes, etiam in criminali causa, quos accusatus malitiose accusatori subtraxit. hoc dicit. communis diuisio. secunda ibi: Nos. Casus literal. Quidam nomine I. de S. Laurentio, accusatus coram iudice suo de simonia, & adulterio, adstrinxit per iuramentum quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, quod contra ipsum non deponeret, dubitauit iudex qualiter aduersus eum sit procedendum, & an testis ille sit cogendus ad testimonium proferēdum, quęsiuit a Papa quid iuris sit. Papa considerans, q nemo debet aduersario instrumenta subtrahere, quorum appellatione testes continentur, & q ille, qui hoc facit, & qui parem copiam aduocationis subtrahit aduersario suo, iniquā a se litem foueri ostendit. Respondet ipsum testem, compellendum esse ad detegendum commentum tantæ calliditatis & fraudis. Bernar. Not. 1. quod etiam in criminali non possunt testes constringi iuramēto, vt non deponant. ad idem capit. constitutis, sup. tit. prox. Est enim contra bonos mores inducere aliquos ad tacendum veritatem, cum expediat reipubli. peccata nocentium esse nota, vt in l. eum, qui nocentem. ff. de iniu. & cap. vt famæ, de senten. excommunicatio. vnde licet aliter testes non compellantur, tamen

ADDITIO.

2 Testis. Sed qualiter compelluntur testes de iure ciuili, ex quo non possunt imponi istæ pœnæ, dic, q compelluntur captis pignoribus. Ita dicit glo. in l. si quando. C. de testi. Sed de hoc uide Spec. in tit. de testium compulsione. uer. sed qualiter coguntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men malum est eos iuramento ad testificandum constringere. & hoc probat tex.versic.nemo debet. & clarius prælallega.cap.
1 constitutis. † Not. 2. a quod appellatione instrumentorum, ve-
a hiunt testes. Nam instruunt causam, merito appellari possunt instrumenta: ad idem l.i.ff. de fide instrumento. & capit. forus. infra de verborum significatio. quod procedit in lata significatione, secus vbi materia esset stricta, cum aliud instrumenta sint, aliud testes. Vñ videmus, quod post publicõnem attestationum, possunt instrumenta produci: testes vero non, vt in cap.
b cum dilectus, de fide instrumen. Ex hoc b infertur, quod si datur terminus ad productionem instrumentorum non possunt pro
c duci testes. c facit l. testium. C. eodem titu. & vide Specu. in tit. de dilat. §. videndum, versic. item not. vbi hoc tenet, & Pet. hic. Sunc enim hæc diuersa, vt in capit. cum Ioannes, de fide instrumento. & in capit. forte, in fin. 24. quæstio. 4. No. eum puniendum, qui probat ones, & aduocatos aduersario subtrahit. con-
a cor. d. capit. constitutis. † Quæro nunquid testis iste, qui iurauit non testificari compellatur ad proponendum super principali, an super malitiosa subtractione, seu inductione facta per aduersarium. Gl. fi. ponit tres opiniones. Prima, q debet seruare iurm deponendo duntaxat super fraude: sed fraude manifestata, hñ pro producto. No. q isti solum sentiunt, vt habeatur pro producto, & sic, si haberet alium testem in cã, obtineret. Sed hoc placet Vin. sed forte secundum eum deferetur iuramentũ in supplementum probationis, de proc. c. ex insinuatione: quasi sentiat, q non debet haberi ex toto pro producto. & dixit hic Phi. q licet ex hac subtractione oriatur suspicio contra subtrahentem, q iniquam causam foueat, nõ tamen ex hoc debet perde-
d re causam, d si iustitiam fouet, quod nota. Tu in hoc vide quod plene dixi in d.c. constitutis. & dic, vt ibi. Secunda opi. est, q ẽt super principali debet compelli ad deponendum. Tertia opi. gl. vt non compellantur deponere super principali, per c. dilectorum. inf. eo. sed super fraude sic, qua manifestata, denunciabitur iuramento non teneri, & postea si solucrit, poterit depo-
n re super principali. Ego dico tenendo secundã opin. q compellatur super vtroque, prius tamen debet constare de malitia subtractoris, & hoc in odium fraudulenti. quod multum bene probat hæc litera, & sic intelexit hoc c. sup. Inno. c. proxi. Nam detegit commentum, deponendo super ipso crimine. De iuramento non est dubium, q ipsos testes non stringit, tanquam ꝺ bonos mores præstitum, vt prædixi, & probatur in d.c. constitu-
4 tis. & quod ibi dixi tetigi etiã in c. intimauit. sup. tit. prox. †
4 Sed hoc c. etiam inducit de nouo, vt testes compellantur in criminali propter malitiam partis, vbi alias non compellerentur. & tetigi in c. 1. ꝺ. eo. vbi compelluntur in criminali, si timore aduersę partis se subtrahunt. Fortius hoc dicendũ si ex aduersarii malitia hoc contingit, de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta, & hæc bene notab.

ADDITIONES.

a No. 2. Ad hoc vide Bar. plene in l. in fraudẽ §. neque. ff. de iu. fis. in ver. fi. Sed appellatione tekium iam non comprehenduntur instrumenta, ut est text. in cle. sæpe, ver. eo saluo, de ver. sig.
Dicas circa hoc, an ap. testium veniant instrumenta, quod licet testes, & instrumenta, parem vim habeant l. in exercendis. C. de fide instr. dicas hoc verum, nisi in probatione facti antiqui, & facti perplexi, & dubii, ut per Spec. in tit. de prob. in §. 3. Et etiam, quando scriptura esset de substantia actus. de quo vide per Bal. in l. 2. C. si mi. le. ma. di. Et per Docto. in l. emptor, in §. Lucius, ff. de pact. & in l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipu. & vide per Spec. in ti. de instrumẽ. edi. in §. 3. restat, ver. fed si alii. Et cõclude, quod quando producuntur ab eadem parte, æquiparantur, secus autem si procederent à diuersa parte, & adinuicem contradicerent. de quo vide per Cy. Bal. & Doct. in l. si quis decurio. C. de fal. & per do. Abb. & alios in c. cũ Ioannes, inf. de fi. instr. Ant. Fran.
b Ex hoc. Si statutus est terminus ad producenda instra, poterunt produci testes. quod intelligit uerum hic Imo. quando est statutus post publicatas attestationes, secus si ante. Sed vide Bal. in l. si ex falsis. C. de transact. & ponit hic Pet. de Anch. si statutum imponit fabricanti falsum instrumentum pœnam, ao habeat locum in corrumpente testes. Et determinat, quod non, de quo per But. & Sal. in l. 1. ff. de fide instr. & per Imo. in rubr. inf. tit. proxi. sit et utrum appellatione documentorum, contineantur testes. Vide text. in l. Celsus. ff. de testi gl. in ver. alibi, in c. cupientes. §. ad hoc, de elect. in 6. & gl. in c. coram, de in integ. restit. Quid autem contineatur appellatione documentorum, uide bo. tex. in c. plerumque. 2. q. 7. & quod no. D. Ant. in c. quoniam. contra in 24. colum. de proba. uide Bal. in l. pen. C. de transa. Item adde, quod cũ eo, quod dicit hic Imo. de testib. publicatis, ut sup. retuli, in terminis concor. Do. in c. eos, in prin. 3. colum. de sent. excommu. in 6. Item an delegatus datus ad recipiendum testes, & instrumenta, possit recipere confessiones partium. uide plenis. per Do. post do. de Rot. in c. præsentium. §. testes, in 2. col. de test. lib. 6.
c Produci testes. Vide Rot. dec. 28. ubi vult, quod post conclusionem in cã non possint produci testes, licet possint produci instrumenta. Refert Ias. in rep. l. admonendi, col. 35. ff. de iureiur. uide etiam Fely. in c. cum dilectus. inf. de fide instrum. Seb. Sab.
d Cãm-Sed quod imo hoc casu debeat perdere causam, tenet Inno. in c. intimauit, de testib. refert, & sequitur Ang. in l. 1. in §. si reus, ff. de eo, per quẽ fac. est. Et si quis lacerat instrumentum aduersę partis, utrum debeat perdere causam, & qua pœna debeat puniri, uide per do. Ant. post Io. And. in c. accepimus. inf. de fide instrum. & uide quod ibi no. Et an ille, qui corrumpit testes aduersarii, vel contrahit inimicitias, uel subtrahit copiam probandi ad uersario, ex hoc solo debeat perdere causam, uide per do Ant. post gl. in cum causam, il 1. in 22. col. sup. tit. 1. & uide gl. fing. in uersi. coꝛpella, in d. c. cum causam. Item adde hic, quod no. in l. si de possessione. C. de proba. & quod no. Bal. in l. §. ille casus. C. de la. li. tollen. & uide de hoc not. per Bal. in c. intimauit. sup. tit. 1.
An subtrahens probationes aduersario, puta corrumpendo testes, debeat perdere causam, uide Cyn. in l. prouidendum. C. de postul. & Ang. in l. siats aperte. C. de fal. & Bar. in l. fal. in fi. C. si ex fal. instr. ubi dicunt, quod perdit causam, & punitur etiam pari pœna cum ipso teste falso, de quo uide Spec. in tit. de teste, in §. 1. in uer. quid si is, qui tulit testimonium. Et eodem modo dicas de corrumpente notarium actoris, ut debeat perdere causam, ut in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iur. fisc. & in l. si quis obrepserit, ff. de fal. & uide Bal. in l. fin in 1. col. C. de pœna iudi. qui male iudi. & uide Bar. in l. 1. in §. sed &, ff. de calum. ubi etiam dicit quod corrumpens aduocatum partis aduersæ nõ perdit causam, quamuis teneatur parti ad interesse. Quid autem de corrumpente arbitrum. Vide gloss. in laudenales, C. quando prouo. non est necess. & habetur per Cynum in l. sed & si in seruum, in §. fin. & alii. ff. de arbitris & late habetur per Lanfran. in tracta. de arb. in 14. colum. Ant. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Testis reddens causam scientiæ, quia fuit præsens. probat.*
2 *Multæ lecturæ ad textum nostrum.*

CAP. V.

PEruenit. Super probanda iniuria clerico illata, cogendi sunt testes. Ego summo generalius, secundum aliam lect. notabiliorem sic. Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali, compellendi sunt testes. Communis diuisio. Secunda ibi. Consultationi. Casus literal. Laici frequenter enormem, & intolerabilem iniuriam inferunt clericis multis præsentibus, & videntib. Iniuriantes in causam tracti, negant se tale facinus commisisse, clericus per illos, qui præsentes erant desiderat sua intentionem probare, sed illi nolunt testimonium perhibere, quæsitum fuit Papa, quid iuris esset, & ipse respondet, dubitãte, q hi, qui pro ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas haberi non potest, ad illud per censuram ecclesiasticam co-
1 pellendi sunt. B. No. 1. ibi, Multis adstantibus, & videntib. q testis in reddendo causam sui dicti, non sufficit, a q dicat se fuisse
a præsentem, nisi etiam dicat se vidisse, quod tamen non est ve-
b rum, quia non dicitur quis actui præsens, nisi etiã intellexerit quid ibi ageretur, vt l. coram. ff. de ver. sig. & l. diem proferre. & coram, ff. de ar. leg. & no. in c. eorum. n. q. 3. vide Io. An. in c. presentium, de test lib. 6. Ad istum tex. dic, quod verbum, adstantibus, largo modo capitur pro his, qui exhibent corpus, & nõ tam corporeum, quod non est sic capiendum, quando à principio testis dixit se scire. No. 2. clericum posse conuenire laicum qui iniuriam corporalem sibi intulit, etiam coram iudice ecclesiastico. Pro hoc c. cum sit generale, & quod ibi no. de foro competen. & quod est plus, laici ad testimonium adduci possunt, & per censuram ecclesiasticam ad testificãdum compelli. † Oppo. & videtur, quod cum hæc causa esset criminalis, non debebant testes compelli, infra eod. capitu. dilectorum. Glo. hic ponit duas lect. ad tex. Primo fatendo contrarium, & ad hoc respondet, quod potius probat cõtrarium. Nam cum Papa fuerit consultus de iniuria, & ipse respondeat, quod in rebus ecclesiasticis compelluntur testes, dat directe intelligendum, quod super iniuria non compelluntur. Secũdus intellectus est, quod hic Papa satis respondeat ad quæsitum, quia profecutio iniuriæ clerici, satis potest ratione personæ dici res ecclesiastica, fed debet intelligi, quod agebatur ciuiliter de iniuria pro suo interesse, puta ad impensas factas, & operas amissas & hanc lectu-
ram videntur tenere Pet. & Abb. Tertiam lectu. sentit Ale. quam videtur intelligere, quando testes gratia vel odio se subtrahunt, & tunc ad text. in ver. clerico. supple, maxime. Quartam lecturam ponit hic Innocen. quod hoc sit introductum in fauorem clericorum, & ne laicorũ iniuria remaneat impunita. Ego pono quintam lecturam, quam ad istum tex. sentit Innocen. in eodem. cap. 1. post principium, quod loquitur quãdo agitur criminaliter, & aliæ probationes desunt. Tunc enim ne crimina remaneant impunita, compelluntur testes, & pro hoc tex. ibi. Si aliter veritas, &c. & ad tex. ibi: De reb. eccl. supple, maxime, quia idem in aliis, sed maxime in istis, de quibus quærebat, & secundum hanc lecturam habes hic casum notabilem.

ADDITIONES.

a Non sufficit. Vide Bal. renentem contrarium in l. testium, col. 4. C. de testib. dicit, qd quando testis adducit rõnem, scio quia præsens fui, subintelligitur. & intellexi. Et si dicatur, quod põtesse præsens, & non intelligere. respondet Bal. quod hoc non potest esse, quia contrarium asseueraret. & sequitur Fely. alia adducens in rub. procemii Gregoriani, col. pen. ver. Item in quantum dicit do. Abb. Seb. Sap.
b Nisi etiam intellexerit. Adde Ant. Corse. sing. 360. inf. in uer. minor. quod ex aliis remiss. allegaui in apost. ad istũ. sup. in proœ. post Berian. compositum. in uer. sine eo, quod legan. Zac.

SVMMARIVM.

1 *Testes in causis spiritualibus sunt cogendi.*
2 *Causa consanguinitatis quando dicatur spiritualis.*

CAP. VI.

GOeterum. Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Sed mihi nõ placet hoc summarium, quia si bene ponderatur finis c. nullum speciale ponit in consanguinitate probanda, cum exigat, quod odio, gratia, &c. Ideo potest summari, prout summaui. c. 1. supra eodem. Casus literalis apparet ex tex. Nor.
1 quod consuetudo potest concurrere cum iure communi. † Secundo no. secundum Inno. in spiritualibus causis testes esse cogendos, & notabis bene hoc dictum, quia vult extendere istũ tex. ex identitate rationis ad omnes causas spirituales. Dicit Io. And. quod hoc dictum procederet, si hic ageretur de consanguinitate probanda ad matrimonium coniungendum, vel di-
e iungendum. † Si autem quæratur de cõsanguinitate ad succedionem seu tutelam deferẽdam, vel iudicem recusandum, vel his similes, tunc cessat hoc dictum. quasi dicat, quod tunc non esset causa spiritualis, & per consequens nõ recte extenderetur ad causas spirituales. Ego dico quod etiam si ad primum effectum fuisset hic actum, non tamen colligitur hoc dictum Inn. quia si bene tex. ponderetur, non dicitur simpliciter hic testes in causa esse cogendos, sed loquitur conditionaliter, sicut fecit in c. 1. sup. eo. & in alijs iuribus, scilicet gratia, vel odio, &c. & sic nullum speciale in effectu inducitur hic sed de consanguinitate mentionem fecit, quia sic fuit in facto quæsitum. No. tamen glo. 3. quæ dicit, quod eo ipso, quod se subtrahit, præsumitur, quod odio, sed intellige, prout latius dixi. sup. in c. 1. Vltimo no. glo. fi. in quantum ad id, quod dicitur de odio, exẽditur etiam ad odium iuramenti, vt sunt multi, qui habent solum iuramentum odio. Secus dic, vbi facerent ob reuerentiam, sicut multi boni viri religiosi, vt dixi in c. sup. eo. & facit c. nuper. sup. ti. pxi.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante, vel quando præscripsit. potest cognoscere super causa matrimoniali. 2.*
3 *Testis, qui testificatus est in vna causa, non compellitur testificari coram alio iudice.*
4 *Testis incontinenti se corrigens, non habet docere de errore suo, & idem est in parte corrigente confessionem suam.*
5 *Testis synodalis, dicitur proprie denunciator.*
6 *Qui possunt denunciatores constituere.*
7 *Denunciatoribus an plene credatur.*
8 *Denunciator, an admittatur in testem in causa, quam denunciauit.*
9 *Denunciator non potest denunciare illas personas, contra quas non potest esse testis, vel illas non potest accusare.*
10 *Denunciator, an compellatur coram alio iudice deponere, vel denunciare.*
11 *Superior inhabilem assumens ad aliquod officium, an videatur cum eo dispensare de inhabilitate.*
12 *Testis quando dicatur corrigere dictum suum incontinenti, & quando incontinenti potest primo dicto addere.*
13 *Incontinenti, quid importet.*
14 *Quis dicatur sibi contradicere, quis variare, & quis vacillare.*

CAP VII.

PRæterea. Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio depositum, non compellitur iurare super eodem coram delegato. hoc primo. Et propter superuenientem infamiam a testimonio repellitur. hoc secundo. Potest tamen, si errauit, in continenti, non ex interuallo, dictum suum corrigere. hoc tertio. ita communiter summatur. Et quia varijs modis ittelligitur, posset aliter summari. sed quia hæc summatio generalis potest conuenire cuilibet intellectui, transeo pro nunc cum communi summario. Nam ex inf. dicẽdis clare patebit intellꝰ. tres sunt partes, quæ per se patent. Casus lit. Cum Episcopus visitat parochiam suam, conuocato populo, facit aliquos honestiores de plebe iurare, quod ipsi diligenter inquirent, si aliqui consanguinei matrimonialiter sunt coniuncti, vel si aliqui tales coniungi velint, quia denunciabunt Episcopo, vel eius misso. Testes isti dicuntur synodales, de quibus legitur. 35. q. 6. c. Episcopus in synodo. & hoc secundum consuetudinem alicuius loci, vt hic dicit. Quos tua ciuitas nuncupat synodales, secũdum hoc sic ponne eatum. Testes isti coram Episcopo, vel Capitulo semel tulerunt testimonium in aliqua causa. si illa causa postmodum per hinc ad aliquem delegatum super eadem causa, non debent compelli iterato iurare, dummodo delegatus veritatem aliter intelligere possit, nisi forte articulus nouæ quæstionis emergat. Secundo dicit, q si testes isti postquam in communi iurauerunt. infamiam contraxerunt, debent a perhibendo testimonio non remoueri. & si testes isti in suo testimonio errauerunt, sed non studiose, & incontinenti se correxerunt reprobari non debent, secus autem erit, si suæ correctioni interposuerunt interuallum. B. No. 1. quod quidam sunt testes publici, qui alio vocabulo dicuntur synodales & pro horũ intellectu scire debes, q quilibet Episcopus debet constituere in synodo sua aliquos viros idoneos per totã diœcesim: quos debet iuramento adstringere ad denunciandum sibi, vel per eum misso, quicquid perpenderint fieri ꝺ voluntatem Dei, & rotam Christianitatem, q pertineat ad iurisdictionem ecclesiasticam, vt habetur in c. Episcopus in synodo. 25. q. 6. Hinc appellantur synodales, quia constituebantur in synodo. publici vero, quia reipub. seruiũt, cuius interest, ne crimina remaneant impunita, de senten. excõi. c.
1 vt famæ. † No. 1. ibi. Vel tuo Capitulo, &c. quod Capitulum potest iudicare super causa matrimoniali, cõtra quod videtur tex. in c. accedentib. de exc. prel. & in c. 1. de consang. & affin. vbi dicitur, quod hoc pertinet ad dignitatem episcopalem, propter quod Docto. intelligunt istum tex. sede vacan. inf. de hære. c. ad abolend. vel quando hoc habeat consuetudo prescripta, & cõ-
2 cor. sup. titu. proxi c. Albericus. † No. bene hoc dictum, q Capitulum succedit sede vacante, etiam in cognitione causæ matri-
a monialis. Item, quod ex consuetudine præscripta a potest hoc spectare ad inferiorem Episcopo, licet Hostien. in hoc vltimo senserit contrarium in c. literas, ref. spo. Sed glos. ibi tenet primum, sed vide quod ibi dixi, tenendo primum dictum hic, &
3 idem Doct. sup. titu. proxi. c. Alber. † No. ex tex. secundum vnũ intellectum, arg. optimum, q ex quo quis semel tulit testimonium in vna cã, non dẽt iterum compelli ad testificandum coram alio iudice, nisi in defectum probationum, & hoc ne incurrat plures inimicitias, & forte ne incidat in ꝺrietatem, iuxta illud Salo. In multiloquio nõ effugies peccatum. Ex quo habes vnum casum, q recusando testificari, non præsumitur hoc facere odio, timore, &c. & sic limita q dixi in c. 1. sup. e. No. vlterius ar. bo. & quasi expressum, q ad denunciationẽ istorum testium synodalium, nõ fertur sententia condẽnatoria. Nam si sic esset, non oporteret, q iterum tanquam testes deponerẽt, sed primæ attestationes facerent fidem, cuius contrarium hic innuitur. Et hoc idem no. in c. nullus, §. aliqñ. 4. q. 4. & in l. ea quidem, C. de acc. & inf. latius dicam. No. ex secũda parte, in §. huiusmodi, q propter infamiam quis repellitur ab officio publico, vide tex. in c. inter dilectos, de excel. prel. & in reg. infamibus, de re. iur. libr. 6 Quod in notorio, vide Bart. in l eadem, ff. ad l. Iul. repe. Not. quod testis non potest ex interuallo corrigere dictum suum, & est in hoc valde no. & quotidie allegatur per legistas,
4 & canonist. † Item no. bene, & tene menti, quod si testis corrigit dictum suum incontinenti, non habet docere de errore, Idem puto in parte reuocante incontinenti confessionem suam, vide gl'o. no. in capi. apud. 32. q. 1. & in capi. cum in positionibus. de iurciuran. lib. 6. Et sic limita c. fina. de confes. & l. er-
b ror, b C. de iu. & fac. ign. Probo ratione. difficilius testis corrigit errorem suum, quam pars confessionem suam, & hoc propter timorem subornationis. arg. hic, iun. d. c. fi. Sed testis potest incontinenti, non docto de errore, ergo fortius pars, facit c. ex literis, & q ibi no. de diuor. & de pe. dist. 1. c. diuortium. Dicit tñ multum no. hic Innocen. circa dictum testis, q iudex debet diligenter attendere modum, & causam correctionis, inf. de acc.

c. cum

ADDITIONES.

a Ex consuetudine præscrip. Adde ad hoc Iano. late in c. literas, in prin. in gl. in ver. in tua, sup. de rest. spol. Zach.
Præscripta. Vide Abb. in cauditis, col. 6. in 6. no. inf. de præscr. vbi etiam Feli. & eund. in c. cum ex officii, col. 1. de præscri. & Cald. in consi. 1. sub titu. eo. de præscr. Seba. Sapia.
b No. diligenter ad limitationem l. error, &c. q quælibet erronea confessio, siue facta in iudicio, siue extra, potest absque aliqua alia probatione erroris reuocari, dummodo incõtinenti reuocetur; secus si ex interuallo. Sicut etiam testis potest incontinenti reuocare, vt est pul. gl. in uer. iusta, c. cũ in positionib. hic alle. per istum, quam sequuntur ibi Doct. no. Bal. ad literã in repe. Padua. l. edita, C. de eden. in pe. col. ver. sæpe accidit, q quis vult ei dare positio & idem Bal. in l. 1. in vlt. col. in versi. & no. quod interdum. C. de fur. Intellige tñ, quod confessio erronea pt incontinenti reuocari, vt fit singul. verum, nisi confessio erronea talis fuerit expresse acceptata per partẽ, tunc. n. non poterit amplius reuocari absq; probatione erroris. Ideo in practica cautela est, quod pars semper acceptet confessionem. Ita fin. determinat ad literam Bal. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de li. & posth. in 2. col. sequitur Lud. Ro. in l. 1. §. fi quis simpliciter, ff. de ver. obl. & do. Alex. de Imo. cõsi. incip. fere omnis vis istius consultationis, &c. refert, & seq. do. meus do. Ias. de May. in d. l. error, in 2. col. vbi mandat esse bene menti tenendum, quia est pulchra deci. Adde quando confessio erronea possit reuocari. Roconsi. 3 4 6. & 391.
Circa hoc, an & quando confessio non sit acceptata per partem, noceat, vel non. primo dicas, quod non acceptata nõ nocet. Ita. vbi per Cy. in 2. q. C. de confe. & ibi per Sal. in 15. opp. & vide Bal. in l. 4. C. de rep. hære. quod adeo verum est, vt non sufficiat dicere confessionem esse factam, parte præsente, nisi etiam dicatur, & acceptante, vt per Alex. in consi. 19. in 4. par. consi. & hĩ per Sal. in Iubemus, C. de lib. cau. & in l. generaliter, C. de non nu. pe. & vide gl. & Doct. in l. hominus, ff. de leg. j. vbi hĩ, quod cõfessio facta per partem, si fuit acceptata per aliquem pro absente, non nocet, de quo per Bar. in l. 1. C. de conf. & per do. Pau. in l. rale pactum, ff. de pact. & in consi. suo 81. Ant. Fran.
In eadem causa. Pondera hunc tex. vt ponderat do. Abb. in c. cum P. Manconella. inf. de accu. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. cum dilecti. Et nisi cognoscat eum probabiliter se posse corrigere, incidit in suspicionem, vel vacillationem. ff. de test. l. testibus. & eadem ratione, & per d.c. cum dilecti. Idem puto dicendum in parte confessionem suam incontinenti corrigente, & hæc bene no. Vlti. no. quem posse in eadem cā, a nedum in di-
a uersa, deponere pluries contra eundem, nec ex hoc præsumitur inimicus, vt sic hoc prætextu possit repelli. & quanquā iste text. loquatur in ciuili: tamen idem puto in criminali, cum isti testes, seu officiales constituantur principaliter ratione delicti euitandi, & per hoc vide bo. gl. 4. q. 5. c. si testes, §. item in criminali. & quod dixi in c. fraternitatis, sup. tit. proxi. hoc dico pro-
5 pter no. in c. meminimus, de acc. † Opp. antequam descendam ad gl. vt declarem naturam istorum testium synodalium, qui hodie, vt plurimum, constituuntur in partibus Tusciæ, per potestates seculares in qualibet vicinia: videtur enim q isti nō debeant dici testes, cum iurent in absentia partium, contra c. 2. sup. tit. prox. Sol. Inno. vt arbitror metu contrarij, q isti non repræsentant proprie officium testium, sed officialium denūciatorum, alle. ad hoc. C. de acc. l. ea, quidem & ff. de reb. eo. qui sub tu. l. magis puto, §. non passim, ver. eius officio, & sic communiter transeunt hic Doct. Ego latius attingens hanc materiā post Bar. in l. diuus. ff. de custo. reo. dico, q proprie iste talis denūciator non est accusator: hinc est, q in denunciatione, seu denunciationis prosecutione non inscribit se ad pœnam talionis, vt in l. ea quidem, C. de accu. & in c. super his, de acc. Nec est proprie testis: patet ex eo, quia iurat prius absente parte. Item si esset testis, non produceretur iterum, vt testis, coram delegato, sed sufficeret attestatio habita coram ordinario, ad hoc c. fin. de prob. & c. cum cām, sup. tit. proxi. sed est potius denūciator hūs officium publ. ad denunciandum, & potest subijci iuribus disponentibus de denunciatore, seu denunciatione, quia trahitur ad illorum naturam nisi quatenus habeat officium de publico,
6 quod ex multis sentit Bar. in d. l. Diuus. † Et de isto denunciatore quæro de pluribus. Primo, quis possit tales denunciatores p̄stituere? Dicit Bar. in d. l. Diuus, q quilibet iudex vel vniuersitas, quæ habet merum, vel mistum imperium, ad hoc l. §. quies, ff. de off. præfc. vr. & d. l. ea quidem. Ex quo infero, quod licet cap. Episcopus in synodo. 35. q. 6. dicat Episcopum constituere in synodo tales denunciatores, nihilominus constituere potest extra synodum prout, & idem in legato Papæ, argum. in cap. 2. de offic. leg. lib. 6. Et idem in quolibet ecclesiastico iudice habente ex iure communi, vel speciali, merum, aut mistum imperiū. Nam isti constituuntur quasi ad coadiuuandum officium iu-
7 dicis, vt in d. §. quies, quod no. † Secundo quæro, an istis denunciatoribus plene credatur: Gl. in d. l. ea quidē, dicit, q sic si denuncient notoria, si vero aliud crimen, non creditur eisnisi probēt, alleg. l. curiosi, C. de curio. & statu. lib. 12. Sed glo. apertissime tenet contrarium in d. l. ea quidem, C. de acc. debet enim saltem probari notorium, & idem gl. sentit in d. l. decurio. Cy. in d. l. ea quidem, multas recitat opi. sed tandem breuiter ipse cōcludit, q huic officiali, seu nūcio creditur de facto suo sibi commisso. Puta, si dicit se aliquem citasse, vel fecisse aliquid ex mādato iudicis, & sic intelligit omnia iura, quæ vīr cōtraria. Sed si refert maleficiū alterius, sibi non creditur, nisi probet, vt in d. l. Diuus, & l. curiosi. Bar. in l. 1. §. quies, ff. de off. præfe. vr. hanc opi. tenuit, licet ī d. l. Diuus, vbi latius attingit materiam, aliter distinguat. Dicit. n. quedam esse maleficia grauia, & in istis nō creditur denunciatorib. & sic loquuntur l. Diuus, & l. ea quidem, & l. curio si, præalle. Quędam sunt maleficia non grauia, & tunc aduertēdum: quandoq; constituitur denunciator ad denunciandum illud, quod re ipsa inuenit. Exemplum mittitur aliquis per ciuitatem ad scrutandum ludentes, vel portantes arma, vel quid simile, & tali officiali referenti se sic inuenisse, creditur. Ita loquitur, secundum eum, l. 1. § quies præal. facit l. leuia, ff. de acc. Si vero officialis non mittitur ad referendū id, quod videt, sed aliud quod reperit ex auditu & fama aliorum, tunc istis officialib. nō creditur, sed prodest, vt perueniatur ad inquisitionem, vt probat tex. in d. l. Diuus. Mihi placet primum, & vlti. membrū, sed secundum non vsquequaq;. Nullibi n. probatur, q officiali credatur de facto alterius, maxime si est vnus, cum vox vnius, sit vox nullius, quoad condemnationem, vt in c. licet ex quadam supra, tit. prox. vbi dī, q vni testi non creditur ēt si p̄sidiali p̄ fulgeat dignitate: nec iura alle. per Bar. hoc probant quo ad hoc vt iudex possit ad pœnam peruenire ex sola denūciatione. Posset tamen dici, q vbi concurrerēt duo, s. q crimina essent leuia & isti officiales essent plures, q crederet. Et sic vī iudicio meo velle glo. no. iuncto tex. in l. ictus fustium, ff. de his, qui no. infaque per alios ad hoc non alleg. Secundum prædicta puto temperandum dictum Archid. in d. c. Episcopus, qui simpliciter te-
8 nuit, q istis officialib. non credat, nisi probent. † Sed formo hic aliud dubium no. nunqd isti officiales, seu denunciatores possint esse testes in crimine denunciato? Archi. in d. c. episcopus, vī velle, q qui denunciat, non possit testificari, sed alios officiales poterit vt testes adducere. Sed in contrariū aperte facit hæc litera, vbi isti producuntur coram delegato, licet prius denunciassent ordinario. Bar. licet hanc quæstio. principaliter non tra-
9 ciauerit in d. l. 1. tamen incidenter sentit, q sic. Dicit enim q si iudex processit per inquisitionem super denūciato, potest denunciantem admittere in testem. Et in hoc differt ab accusatore, quia ipse non admitteretur in testem, de simo. c. licet. & hoc idem videntur tacite sentire Doctor. Sed hoc indistincte sentire, mihi videtur maxima iniquitas. Nam testes, maxime in criminali, debent esse sine omni suspicione, vt in c. fi. de test. lib. 6. & l. sciant cuncti, C. de prob. canonizata. 2. q. 8. c. sciant. Sed isti, qui denunciant, non carent suspicione magna, cum veniāt puniendi, si non probant, quę denunciarunt, b vt in d. l. 1. C. de decurio. lib. 12. fac. tex. in c. fi. de calu. & tenet Bar. in d. l. Diuus. Nā licet se non inscribant ad pœnam talionis, vt dictis iurib. puniū-
b tur tamen pœna extraordinaria, vt in iurib. præalle. Quomodo ergo credetur eis, cum pretendant interesse maximū: facit qđ dixi in c. insuper, sup. de test. & quod no. Bar. in l. deferre, de iurisd. Ideo dicerem sic, q in causa, in qua proceditur vigore denūciationis eorum, illi, qui denunciauerunt, non possunt esse testes, sed alii sic, qui carent dicta suspicione, & sic procedit dictū Archi. Sed in alia instantia, puta, quia tunc agitur coram delegato', vel alio iudice, non vigore huius denunciationis & tunc, admittuntur testes, cessat enim tunc suspicionis causa, & ita iudicio meo loquitur hic multum no. iste tex. Et licet videatur aliqualis suspicio contra eos vigore denunciationis præcedentis, tamen illa confunditur ratione publici officii, cuius p̄textu fecerunt, nec nunc expectant pœnā, si delictum non probatur. Nam, vt sup. dixi, in leuib. creditur, si sunt plures. Ita nūc debet eis credi in magnis, si ferunt testimonium coram alio iudice. Potest enim quis ferre testimonium in diuersis instantiis, vt in c. in tua, supra tit. proxi. & hęc bene no. quia hactenus pen-
alium non sunt discussa. Et cum hoc temperamento puto intelligenda no. in c. in omni, sup. titu. proxi. vbi denunciator admittitur in testem. non enim ea videntur procedere, vbi denunciator veniret puniendus, si non probaret. † Vlti. scias hic antequam descendam ad glo. quod Bar. in d. l. Diuus, posuit in hac materiam magnam restrictionem. Dicit enim q isti denunciatores possunt deunciare illas personas, contra quas testimonium non ferunt, seu quas accusare non possunt, quia hæc denunciatio habet vim accusationis, vt d. c. in omni. Ego non puto verum, qa prædixi, hęc proprie non est accusatio, vel testificatio, nec faciunt hoc sponte, sed necessitate ex debito officii. Fateor tñ, q ex circunstantiis minor fides eis adhibebitur, puta, si essent inimici. Dictum tñ Bar. est æquū vt sicut non tenentur testificari ℨ partem, vel similes personas, ita nec denunciare de no. tñ dictum Bar. in practica, maxime pro limitatione d. c. Episcopus. Nunc venio ad gl. & primo quæro, quare isti tres non iurent coram delegato, cum nulli sit credendum sine iuramento: Gl. 2. respondet, q eo, quia iuramentum primo præstitum extenditur ad totam illam causam, coram quocunque tractetur. Et ex hoc sentit gl. q isti bene debent deponere coram delegato, sed non compelluntur iurare. In contrarium facit text. sequens, qui dicit: Dummodo aliter fiat fides, &c. Ex quo infertur, q vbi aliter fides haberi non potest, compelluntur iurare, q non esset, si iuramentum extenderetur ad totam causam. Gl. sequens supplet, maxime. dicit enim q sicut testis, qui semel iurauit, non pellitur amplius iurare, licet iterum deponat, ita & isti testes pu-
10 blici. † No. primo ex similitudine gl. q testis semel iurans, non
c debet a iterum in eadem causa iurare, licet deponat coram alio iudice. do. Abb. notabiliter hic dicit contrarium, argum. l. cum apud,

ADDITIONES.

a In eadem causa. Pondera hunc tex. vt hunc ponderat do. Abb. in c. cum P. Marconella. inf. de accus. Seb. Sab.

b Denunciarunt. Quod denunciatores si non probent, debeant puniri, tradit Bal. in l. 1. in princi. C. de erro. addo. vbi limitat, vt ibi per eum: vide Ang. Are. in tract. male. in verbo, nec non ad denunciationē, col. 6, late Ang. Are. & Fel. in c. sicut olim, c. pe. inf. de ac. ubi plura de materia denunciationis. S. S.

c Non debet. Vtrum iterato producūs, iterato debeat iurare, & videtur quod sic per tex. in c. fraternitatis, in fi. de test. ubi vide dom. Ant. in vlt. no. & hoc tenet gl. in l. fi. C. de test. & ibi vide per Bal. in ult. col. sed contrarium dicit Bar. in l. hæredes palam, 5. si post, in fi. ff. de testi. & Bal. in d. l. fi. C. de test. dicit, quod aut producuntur testes iterato coram eodem, sed super nouo articulo, & compelluntur iterato iurare. & sic possunt intelligi prima iura aut iterato producuntur coram eodem iudice non super nouo arti. sed ad declarandum, & non compelluntur iterato iurare, & ita proprie loquitur Bal. in d. l. hæredes palam. & vide hoc per Bald. in d. auth. hodie, cir. prin. C. de iure calum. ubi dicit, quod iterato producūs in eadem causa debet iterato iurare. & vide hoc per Bal. in apost. in l. 3. in 4. colum. ff. de test. ubi dicit, quod testis iterato producitur super eo. c. non debet iurare, secus si super alio. ita dicit tenere Inno. in d. cap. fraternitatis, nisi a principio iurasset super tota causa. vide Bal. in c. 2. cir. prin. de contro. inueſt. sed do. Abb. in c. fraternitatis intelligit istum tex. quando testis, qui modo examinatur, super rotis capitulis, prius in alia depositione iurauerat deponere super certis articulis, sed fi iurasset deponere super tota causa, licet modo producatur iterato ad per nouis capitulis, sua in eadem causa appellationis, non compelleretur iterare eadem causa iurare.

apud, ff. iud. sol. vbi dicitur, q cautio de stando iuri, præstita coram vno iudice, non extēditur ad alium, si mutetur iudicium. Procedit ergo gl. secundum eum, qñ coram eodem deponit, secus si coram alio, quod satis mihi placet. & ad hoc allego gl. or. quæ hoc sentit in l. fi. C. de testib. dixi plenius in c. præsentata, su pra tit. proxi. Sed redeo ad intellectum c. intelligit ergo glossā dele-
lor coniungendo. 2. gl. 5. & 4. q̄ isti debent iterū deponere corā delegato, sed non iurare, nisi oriatur nouus articulus, ad quem iuramentum prius præstitum non extendatur. Inno. ponit hic istos intellectus, vnum qui concordat cum glo. alium, q̄ isti testes publici, ex quo semel denunciauerunt, non compellantur amplius super eodem nec iurare, nec testimonium dicere in publico, nisi quando alij testes nequeunt inueniri. Et hoc ideo fit, eum, ne per redditionē testimonij sibi inimicos plures acquirant. Hoc vī placere do. Ant. & addit aliam rationem, quia
12 periculum posset esse testi toties super eodem deponendo, ne d incidat in contrarietatem. Sed tu ad hoc vitandum, vide quod dixi in c. cum in tua, sup. tit. px. Tertiam lect. princ. ponit Host. qui dicit hanc esse mentem literæ, q̄ testis synodalis, qui semel testimonium suum tulit, alio modo non cogitur super eo iurare, nec testificari, dummodo aliter fides haberi possit, alias cōpelleretur testificari, sed non iurare; nisi forte nouus sit articulus, non comprehensus in primo iuramento, quo casu compellitur non solum testificari, sed etiam iurare. Et hoc videtur placere Io. And. & do. Ant. Mihi non placet sequendo dictū Abb. de quo sup. nam cum testificentur nunc in alia instātia coram alio iudice, primum iuramentum se ad hunc casum non extē dit, vt plenius dixi in d. c. præsentata. Item probo alia efficaciss. ratione. Isti testes publici non sunt proprie testes, vt sup. dixi, sed denunciant, tanquam officiales. Cum ergo nūc coram delegato deponant, vt testes, debent iterū iurare; quia se, ad hunc casum, primum iuramentum non extēdit; maxime quia testes debēt iurare coram parte, vt in c. 2. sup. tit. prox. Et pro hoc vide no. dictum Inno. in c. bonæ, de elect. & Bar. in l. fi. ff. de quæstio. vbi dicunt, q̄ testes, qui deposuerunt in inquisitione generali,
4 in qua fuit aliquis nominatus, non faciunt fidem postea in inquisitione speciali ℨ illum; sed oportet, q̄ iterum iurent, a & deponant, parte citata. Ad idem bo. tex. in Auth. de fide instrum. §. in hoc, vbi dicitur, si vertitur in dubium, an instrumentū in iudicio factum fuerit confectum per tabellionem assertum, dēt il le notarius sub iureiurando recognoscere suum instrumentū; & sic non sufficit primum iuramentum. Inhæreo ergo prædictæ opi. & lect. Inno. latius declarando, q̄ si officialis semel denunciauit, non compellitur coram alio iudice, nec deponere, nec testificari rationibus prædictis, sed in defectum aliarum p̄bationum compellitur iurare, & deponere. Et hoc vltra prædicta probat apertissime iste tex. in vers. dummodo, qui venit ex eo, quod dixerat de isto, & capitur ibi iurm pro de positione iurata, argu. in l. si qñ, C. de testi. & c. 2. eo. tit. & habes
e declaratam primam partem c. Venio ad secundā partē, & quęro, quare isti testes publici repellantur pp infamiam sequentem, & non præcedentē? Gl. nititur rīdere in ver. Propter infamiam, dicens, q̄ infamia superueniens non potest inficere testimonium alias legitime præstitum, quia quod legitime fa-
ctum est & c. Aduerte, licet hoc dictum sit verum in se, non tñ satisfacit literæ, quia litera latius loquitur. Dicit enim q̄ pp infamiam præcedentem non possunt repelli a testimonio perhibendo, si fuit ante assumptum officium contracta, quod est cō tra c. testimonium. sup. tit. prox. Inno. in hoc multum instat, & inter cætera dicit, q̄ differentia inter infamiam præcedentem & sequentem causatur ex eo; quia ex quo fuit ad officium infamis assumptus, videtur dispensatum super infamia præcedente, ideo non debet amplius reprobari, arg. in l. Pōponius, ff. de proc. & c. horrendus. 32. q. 5. quæ tō cessat in infamia contracta post officium assumptum: imo grauius delinquit ratione officii, argu. 11. q. 3. c. præcipue. & de voto c. magnæ. † No. bene hoc dictum Inno. vult. n. q̄ superior assumēdo aliquem inhabilē b ad aliquod officium, videatur secum dispētasse, & idem sentit in c. diuersis fallaciis. de cle. coniu. Sed contrarium tenuit in c. veniens, de filijs presbyt. Ioan. in gl. fuis, fuit etiam sibi contrarium vnum tenuit in c. si qui sine. 81. dist. & aliud in c. qui aliquo. 51. dist. Host. hic videtur approbare dictum Inno. hic in notorio, vel saltē famoso; secus in occulto, quia tunc vī imputandum testi, qui hoc tacuit, argu in eo quod legitur, & no. in c. expositi, de corpo. vitia. & de præb. c. cum non ignores. hoc vlt. q̄ imputandum est ei, qui assumitur ad officiū publicum, si non detegit inhabilitatē suam occultam. Et clarius
c patet hoc tenere Bar. in l. 2. C. si ser. aut liberi, ad decu. aspi. li. cerio & dicit, q̄ ex hoc potest puniri per illum tex. quod no. & vide quod dico in c. fsciscitatus, de rese. Sed quoad primum, an vi dentur dispensatum, no. sing. opi. Host. qua possumus limitare cum Io. And. & aliorum in c. 2. de schisma. qui dicunt, quod ratione præmissi causæ cognitio, videtur dispensatum; alias secus. quia hoc posset procedere, vbi inhabilitas esset notoria, vel fa-
moſa, & pro hoc alle. gl. sing. q̄ hoc tenuit in d. c. qui in aliquo; licet gl. teneret contrarium in d. c. si qui sine. Sed pro primo dicto multum bene facit iste tex. & l. Barbarius, cum ibi no. ff. de offi. præto. quod habeo pro indubitato quoad principem promouentem; sed quo ad inferiorem distinguerem, an subesset causa dispensandi, & videtur dispensasse, ne præsumamus delictum. aut non subesset, & secus, pro hoc quod no. Inno. in c. cū ad monasterium, de sta. reg. prope fi. Glo. antep. colligit, q̄ infames repelluntur a denunciando. Tu distingue plenius, prout dixi in c. nouit. sup. de iudi. & no. 2. q. 1. c. si peccauerit. Et ad hūc tex. dic, q̄ non probat dictum gl. sed solum probat, q̄ infames repelluntur a testimonio, vel q̄ ecclesia non debet habere officiales infames. Nam isti, qui constituuntur, debent esse veraciores, iustiores, & honestiores totius parochiæ, vbi constituitur, vt in c. episcopus in synodo. 35. q. 6. Glo. vlt. querit, † quan-
12 d do testis dicatur dictum suum corrigere incontinenti? d Et dat tres sol. Prima, q̄ hoc faciat antequam loquatur partib. Secunda, q̄ hoc est considerandum ex qualitate personæ. Tertia remittit ad l. continuus, ff. de verb. obl. & ad l. quod ait. ff. de adul. Et videtur hoc sentire, quando nullum actum contrarium interposuit. Alij ex gl. posuerunt quartum intellectum, dicentes, q̄ hoc potest vsq; ad sniam, sicut principalis; quod non placet Goff. & bene, quia principalis hoc non potest, nisi probet errorem, vt in d. c. fi. de confes. & l. error. præal. Quinto Inno. notabiliter distinguit, an testis velit corrigere dictum suum, an addere. Primo casu hoc facere potest antequam exeat conspectū iudicis, seu partibus loquatur. Si autem fecerit postea, stabitur primo dicto, argu. in c. sicut, de testi. debilitatur tamē primum per contrarium fm, quod bene no. Si vero vult addere, hoc faciat, antequam exeat conspectum iudicis, & licitum est, vt hic. Si autem hoc faciat, postquam potuit partibus loqui, audiēdus est; sed minor fides sibi adhibetur, argu. hic, & in Auth. de testi. §. quia vero, & notabis bene hanc differentiam. Et vide circa hoc, quod dixi in c. per tuas, sup. tit. prox. Host. vī inhærere secundæ opinioni gl. Dicit. n. quicquid circa hoc dicatur, putat ipse hoc esse arbitrarium, considerata qualitate personæ, & quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantijs; & iudex ipse secundum hoc qñq; correctionem admittit, quādoque non; hæc opinio satis mihi placet. Quid. n. si cā est inter vi-
c les, & episcopus vel alia notabilis persona e producitur in testē, qui ex interuallo corrigit dictum suum, quia melius recordabatur, debemus ne dicere, q̄ præsumatur corruptus à vili rusti-
co? Minime, argu. in c. & si qōnes, de simo. & maxime per illā reg. tu magis scire potes, quanta fides sit testibus adhibenda, de testi. l. 3. & 4. q. 1. c. si testes. Glo. in fi. oppo. ℨ tex. de c. q̄ quis cōmisit. 35. q. 9. Rīde, q̄ non tangit hoc, & d. hoc vide quod no. ibi in gl. a. Illud enim loquitur secundum Io. And. in alienatione rei ecclesiasticę indebite facta, quæ reuocatur etiā ex interuallo, & per successorem: Illud in teste, qui propter timorē subornationis. ex interuallo se non corrigit, tu dic, vt sup. dixi post
13 Host. † Postremo scias, q̄ Inno. ponit hic quis dicatur sibi contradicere, variare, vel vacillare, vide hic per eum, & quod not. Bar. in l. eos, ff. de fal.

ADDITIONES.

a Iterum iurent. Quid autem si testis vult declarare dictum suum, an debeat pars citari; Bal. in auth. hodie, C. de iura. calum. tenuit, q̄ non, sed contrarium sentit Bar. in l. ab executore, col. 3. versic. quæro, qñ fiet. ff. de appel. Sebast. Sapia.

b Inhabilem. Vide Abb. in c. fraternitatis, in col. 2. inf. de schif. & Mod. in l. quidam consulebant, ff. de re iud. Fel. in c. nonnulli, col. 16. versi. confirmatur ista quarta fallentia, sup. de reseri. Cald. in consi. 8. inci. an existens, sub titu. de rescrip. & in consi. 21. incip. papa reseruat, sub titul. de reg. cum multis alleg. per eundem Felin. in cap. postulasti, in 15. columna, sup. de rescripr. Sebast. Sapia.

c Potest puniri. Adde Ro. consi. 77.

d Incontinenti. Gl. vero in d. c. apud. 32. q. 1. videturvelle, q̄ diceretur incontinenti corrigere, si corrigat antequā redigatis in scriptis. postquam ītō est redacta in scriptis per notarium, secus esset, & reputatur ad hoc sing. mihi non placet.
Adde, an testis possit errorem suum corrigere, Ro. consi. 49.

e Notabilis persona. Facit quod dicit hic Bal. in c. iuraut, in 3. colum. de prob. q̄ ille, qui est bonæ, & spectatæ fidei, potest corrigere dictū suum, & post aperta, & didicita testificata nouos testes producere, quia in eo cessat timor, & suspicio subornationis testium.

CAP. VIII.

SVper his. Cum de fama, vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. Ita sum̄at Io. And. sed nimis restringit, iudicio meo. non enim apparet, quare his casibus, & non alijs cogantur testes; ideo lege tu, & summa, vt ex inf. di cendis apparebit. Casus liter. Quidam electus fuit in episcopū Lucan. quidam canonici oppoluerunt se, dicentes, q̄ erat male famæ, & q̄ matrimonium contraxerat cum vidua, & literas contra ipsum nomine capituli ad dominum Papam miserūt. Super his articulis commisit papa inquisitionem. Dubitabat, an ad hæc probanda essent compellendi testes. Rīdet Papa, q̄ testes, qui ad hæc probanda nominati fuerint, compellantur.

B. Not.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Nor.q contra eos procedi potest, qui nomine Capituli præsentant literas, quarum Capitulū, vel maior pars est insecia. Et intellige hoc per ea, quæ habentur in c.tam literas.sup. ti.prox.& in c.quanto, de his, quæ si.a præla. Opp.contra tex.de c. dilectorum.inf.eo.v bi testes in criminali non compelluntur. Gl.remittit ad ibi no. Extra glo. dantur quatuor intellectus. Primus, s'm V in.q hoc procedat, cum de causa aliter non potest liquere, 3. c.peruenit,& sit hoc, s'm eum, quia ciuiliter agebatur. Secūdus intellectus, secundum Inn. quia in modum inquisitionis hic q cedebatur, & not. hunc casum, quia est multum generalis. Tertius secundum eūdem, quia delictum commissum fuit lite pendente, vnde fit hoc fauore iudicum, ne ipsorum iurisdictio elidatur, no. etiam hunc casum generalem. Quartus, quod est speciale, ne indignus in episcopum præficiatur, & quilibet potest sustentari, sed generaliter dic, vt in contrario dicetur.

SVMMARIVM.

¶ *Intellectus ad istud capitulum.*

CAP. IX.

VM contra. Super crimine falsi, cogēdi sunt testes. sic summat Ioan. An. sed certe non elicitur hoc simpliciter ex tex. quia mandat sub conditione, si se gratia, odio, &c.& sic nō ponit speciale in crimine falsi, quia sic logtur in alijs causis criminalibus, sup.eo. Communis diuisio. Secunda ibi. Nos. igitur. Casus literal. Magister Rodulphus impetrauit literas à sede Apostolica. Dum ipse per se, vel procuratorem illis literis vteretur, obiectū fuit ei, q essent falsæ, quod cum ipse negaret, pars aduersa voluit hoc probare, petens, ut testes, quos adhoc probandum nominaret, compellerentur quæsiuit Archiepiscopus, vtrū testes super articulo falsitatis huiusmodi essent compellē di. Respōdet papa, q si se odio, amore, vel timore subtraxerint vt veritati testimonium perhibeant, compellat eos. Ber. Gl. op. de c. dilectorum, inf.eo.& remittit pro solutione ad ibi no.& videtur sentire ibi, q de iure ciuili non compellantur testes in criminali, cuius contrariū sentit in d.c.dilectorum, & apertius hoc probatur in c.super eo, sup.eo. vbi dixi. Sed gl. hic loquitur argumentatiue. Inno. ponit hic vnum intellectum, q loquitur, cum agitur de falsitate ciuiliter, ne. s. quis per falsas literas fatigetur, & perdat ius suum, & pro tanto videtur peccatum tacere veritatem istarum, † Ego dico, q nullum speciale ponit hæc litera, quia siue criminaliter, siue ciuiliter ageretur, loquitur determinate secundum alia iura, vt patet in c.j.& c.super eo. sup. eo.& ideo debet intelligi secundum quod ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *In casibus, in quibus testes cogendi sunt censura ecclesiastica, compelluntur per iudicem ecclesiasticum, per iudicem vero secularem imponitur mulcta.*
2 *An & quando testes sint cogendi, tam in causa ciuili, quam in criminali, tā de iure ciuili, quam canonico, & nu. seq.*
3 *Mediatores uel proxeneta quo casu compellantur ad testificandum.*

CAP. X.

DIlectorum. Nō sum matur, nec diuiditur, & merito, propter varietatem lect. Casus liter. Inter Capitulū Vulteranum ex parte vna, & episcopum eorundem ex altera, sub diuersis articulis per conuentionis & reconuentionis modum, quæstio vertebatur. Procuratoribus vtriusque partis in præsentia papæ constitutis, lite cōte st. mandat papa quibusdam iudicibus, quatenus testes, qui fuerint nominati, si te odio, gratia, vel timore subtraxerint, præterquam super criminibus, per censuram ecclesiasticam compellant testimonium veritati perhibere. No. hic tex. apertum, quod causæ criminales, & ciuiles non per omnia regulantur eisdem regulis, maxime in compulsione testiū.

1 †Secundo, no. quod ec clesia,[a] compellit testes, qui se à testimo
a nio subtrahunt per censuram ecclesiasticam. Ex quo infertur, quod peccant mortaliter, argumen. 11.q.3.c.nemo,& c.nullus. Iudex autem secularis, secundum Vinc. hoc casu indicit multam, ff.si quis ius di.non obtem.l.j. vel capit pignora, sicut in tu toribus, & curatoribus nolentibus satisdare, quorum officium est publicum, sicut testium Insti. de satisf. tu.§. pen. & de excu. tu. 1. respon. Sicut etiam parens nolens filium alere. ff. de lib.
2 agno.l.si quis a liberis.§. si quis. † Oppono,& videtur, quod iste tex. generaliter disponens, vt in criminalibus testes non compellantur, sit contra c.super eod.c.peruenit, c.super his,& capicum contra sup.eo. Solutio. glos. nostra, ad quam quotidie fit remissio. multum laborat in declarando, an, & quando testes sint compellendi, & principaliter prosequitur duo membra. Primo quid iuris in causa ciuili. Secundo quid in causa criminali. In primo glo. ponit regulam, & duos casus exceptos. Regula
3 est, †quod si requisiti nolunt testificari, compellūtur. Fallit pri-
b mo in mediatoribus, qui alias proxenetæ[b] appellantur, qui non compelluntur, nisi de consensu partium, secundum glos. Secundo fallit in personis priuilegiatis, vt non testificentur. Tu de hoc vltimo dic melius. vt dixi 1 c.j.3.c. Et de mediatoribus dic vt no. gl. in Auth. de teste. §. quīn. q ex mente illius literæ colligit trés casus. Primus, si partes consentiunt, vt testificentur, & tunc compelluntur. Secundus, quando partes ambę consentiunt, vt non testificentur, nec compelluntur. & isti duo casus sunt clari. Tertius, quando altera pars tantum consensit; & tunc possunt testificari, sed non compelluntur indistincte, vt dicit ibi gl. quia præsumptio est, q sint affecti ad causam, tum propter lucrum, quod habuerunt, vel quod sunt habituri, tum quia præsumitur velle, vt res per eos inchoata habeat effectum. Dicit Io. An. hic, q hęc ratio concludit, eos etiam non admittendos, si volit altera parte non consentiente. Aliter hic Io. An. non dicit, quasi tacite sentiat, q non debeant admitti, nisi vtraque parte consentiente, quasi tunc admittantur, & compellantur, & non aliter. Idem videtur velle gl. in c.j. de test. li. 6. in versi. ciuiliter. Sed certe hoc videtur contra mentem illius § quoniam. & aperte contra gl. ibi positam. Ideo dicerē, q altera parte consentiente admittuntur, si volunt. sed quanta fides eis sit adhibenda, iudex considerabit ex circunstantijs, & qualitate personarum, & causæ. Circa primam regulam prædictam dic, vt inf. dicam. In secūdo membro. s. quid in causa criminali. gl. latius instat, primo allegando pro & contra. Secundo ponit vnam opi. in versi. sup hoc. Tertio illā reprobat, ibi. Sed huic distinctioni. Quarto ponit opinionem suam, ibi. Idcoque. Quinto respondet ad cōtraria, ibi: Qualiter respondebis. Sexto redit ad opinionem primā, quam reprobauerat, dādo alium intellectum ad istum tex. ibi. Sed supradictis. Septimo in fine ponit opi. Inno. commentatoris. Et per hanc diuisionem habes gl. declaratā, quæ in effectu po-

ADDITIONES.

a Ecclesia, Qualiter compellantur testes testificare, vide Spe.in ti.de teste, §. ne ftium compulsione, ver. sed qualiter cogūntur. Et adde quod testis, qui non vult iurare, tenetur parti ad interesse, vt dicit Spe.in ti.de teste. §. le quitar, in fi.& de q.hic posita per do. An. vide Flo.in l.1.ff.de test. vbi recitat quandam doctri. Barto.in l.1.§.1.ff.de fal.quæ dicit, quod iudex debet tunc formare inquisitionem de falso contra testem, ex quo accepit pecuniam, vt non testificetur, & debet condemnari de falso, & per hoc ille timore, ne cō demnetur, cogetur testificare, sed Flo.in d.l.1.non sequitur illam doc. Bart. Adde q illam cautelam Bar.in d.l.1.§.j.ff.de fal. multum commendat, & ibi quid do. Maria.i rep.c.quatter, ti 2.in 95.q.10.q.prin.cir.prin.de accu. sed vu Vide q eleganter scribit Bal. in l. presbyteri, in prin. vlr. col. ver. deinde hic videtur, C.de epi.& cle. vbi dicit, quod licet testis occultans veritatem non possit puniri de falso, nisi prius alias sumpserit officium testificandi, vt no. Inno.in c.j.de cri.fal. tamen iudex potest eum punire crimine stellionatus, vel ciuiliter tenebitur parti actione de dolo, arg. eorum, quæ no. Cy.in l.1. C.de sepu.vio. sed Fl.in d.c.1.de test. dicit quod isto casu melius esset talis pena extraordinarie puniri propter cōumaciam. Item, quando esset talis pena testis, quod in eum non posset indici mulcta, vel non posset capi pignora, neque extrahi de domo, prout contingit in mulieribus, quæ raro exeūt domum, tunc iudex ad compellendas eas poterit practicare doct. Bar.in d. l.1.ff.de fal.& doct. Bal.in d.l.presbyteri. Poterit etiam ad compellendas eas venire ad testificandum, practicare doct. Barto. per quam in causa quis inuitus extrahitur de domo, quam ipse ponit in l.cum eo.ff.ad leg. Iul. pecul. Item adde hic, quod quando testis fuit compulsus venire ad iudicia, si testis postea testificatur, dicitur sponte testificatus, secundum Bal.in l.parrentes, in ult.col. C.de test. vbi dicit se ita consuluisse, & idem dicit Hug.in l.lege Iul. ff. de test. Item an ualeat dictum testis, qui fuit attractus per capillos, dic quod sic, secundum Bal.in l.si quando.cir.prin.uer.no. etiam hic C.de test. Item pro eo, quod dixi testem, qui non uult testificari, teneri ad interesse parti, facit quod no.do. An.in c.cum cām. 1.in 6.col.sup. eo.& q no. referendo dictum Ray.in sum. Item uide Bal. in d.l. presby. in fi.& c. de epi.& cler. ubi dicit quod testis uel notarius non solum tenetur ad interesse parti ratione falsitatis commissæ, sed etiam ratione erroris, quia error in notario, & in teste dī culpa lata, secus tamen dicerem de oblitione testis, quod dictum iudicio meo non solum procederet in foro iudiciali, sed etiam in foro conscientiæ per ea, quæ scribit Inn.in c.sicut dignum, uersus fi.de hom. sed in contrarium inquantum dixi de teste, allega. tex. in c. homines de fal.& c.is autem, & quod ibi no.in tex.22.q.2.

An testis nolens testificari, possit puniri, dicas quod testis compellitur, multa indicta, & captis pignoribus ad deponēdū, ita Bal.in l.in quibus dicit.in prin.in uer.no.illud prin.ff.de cond.& demon.& hī per Inn.in c.1.ubi etia per gl.& Doc.de testi.cog. Porro testis nolens testificari præsumitur fauoratus ab aduersario, & tenetur parti ad interesse, etiam si latitat, ut non examinetur, ita Bar.in l.1.ff.de fal. Ita Ang.& Pau.de Cast. ibi, & per Ale. in argentarius, in §. cum autem, ff. de eden.& uide Bald. in l. presbyteri 2. tot. C. de epis.& cle. ubi dicit eum teneri de crimine stellionatus, & etiam debere extraordinarie puniri, tamen Inno. quem omnino uide in c.1.de fal. dicta, quod tenetur pœna fal. Ant. Fran.

b Proxenetæ. An proxeneta possit esse testis, & quando, dicas, quod de consensu utriusque partis nedum potest esse testis, sed etiā cogitur testificari. Nec tra uero parte nolente repellitur ex toto, altera tamen parte nolente, potest esse testis uolens, nō inuitus, ut per Ang. plene in §. quoniam uero, potest de testibus & uide bon. gl. in c.1. in ueri. mediatores, de test. in 6. quæ dicit esse speciale, ut admittantur in crimine simoniæ. & uide etiam gl. in uer. teste, in c. Romana, de testi. in 6. & uide per Alex. in consi. 17. in 4. par. consi. & per Spe. in ti. de teste, in §. 1. uer. quid de proxeneta. & uide omnino Ale. in consi. 128. in 2. par. consi. & in l. deferre, ff. de in. ff. ubi inter cætera dicit quod non repellitur officio iudicis, sed tantum parte opponente, de quo et per do. Ant. in c. cum dilectus, de consi. & per Alex. in l. 4. §. hoc autem uisum, ff. de dam. infe.

† Sed quæro, quando extrauagans dicitur iuri communi dissona, dicit Hostien. quando est contraria iuri diuino, vel canoni, infra de accus. cap. qualiter. 2. & de elect. cap. significasti, de iuramen. calum. cap. 1. vel iuri ciuili & iuri nostro non contra, de no. oper. nuncia. cap. 1. vel naturali rationi, deficiente iure. 1. distin. c. consuetudo. Instit. de iure. na. §. quod vero naturalis ratio: vel consuetudini, Instit. de iure natura. §. ex non scripto de consu. capi. cum dilectus. Sed hoc vltimo casu non puto necessarium consulere principem, quia consuetudo vincit legẽ, nisi dubitaretur de probabilitate consuetudinis. An autem iudex teneatur consulere principem, prout hic dicitur. Pet. & Io. And. quod non: vnde licet possit, non tamen arctatur, ex quo sibi non constat, q̃ sit decre. In contrarium iudicio meo facit iste tex. in fi. qui loquitur per verba imperatiui modi, ibi, superiorem consulat, &c. Vnde puto, quod aut nulla notitia habetur extrauagantis allegatæ & procedat prima opin. Doctorum, quia videtur allegata in fraudem, dilationis causa. Aut habetur aliqualis notitia, sed iudex dubitat de validitate, & tunc iudex tenetur cõsulere. Et hoc voluit iudicio meo iste tex. dum dicit, de qua iudex merito dubitet, &c. fateor tamen, q̃ si Papa non consulto, ferret sententiam non annullaretur sententia ex hoc solo, quia principem non consuluit, sed ipse veniret puniendus facit in arg. c. venerabilem, de electio. & hoc videtur sensisse hic gl. 6. fi. † Glo. 1. quærit, quid si producitur rescriptum contra ius, quanquid debeat obseruari quod hic dicitur in extrauaganti: Respondet, quod non, imo statim tale rescriptum est abiiciendũ, quia rescriptum contra ius non valet, 25. quæstio. 2. cap. dicentius. Rescripta. Hostiẽ. dicit hoc verum, nisi in rescripto dicatur, non obstante tali iure, de quo vide bonam gl. in c. 1. de constit. lib. 6. quæ incipit, est contra, & plenius notatur in cap. nonnulli de rescrip. vbi dicam, maxime concludendo aliqua not. per Ioan. And. in cap. 1. de exp. lib. 6. A lia, quæ tractantur hic in gl. sunt clara. Vl. dicit hic Host. q̃ licet in aliquo vol. Dec. si aliqua decretalis scripta, non per hoc habebitur pro decretali, nisi cõmuniter in libris aliis habeatur quod nota, quia idem dicendũ, quando litera reperitur varia, vt recurrendum sit & tenendũ, quod in voluminibus communiter habetur.

ADDITIO.

2 An allegans. Vide Are. in consil.154. colum.1. & Alexan.in consi.72.colum. 1.in 2.uol.Pet.de Anch.in repe.c.canonum statuta, charta 32.inf. de const. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio & publicatio attestationum, non sunt de substantia, ut aliter sententia non ualeat.*
2 *Consuetudo potest dare alicui potestatem tabellionatus, & iudex ex consuetudine potest scribere acta causæ.*
3 *Casus, in quibus post conclusionem in causa possunt produci instrumenta.*
4 *An pars possit producere instrumenta ante conclusionem, si intra tempus statutum a iudice ad producenda instrumenta non produxit.*
5 *Instrumenta, quibus adhibetur fides ex consuetudine, faciunt fidem in foro ecclesiastico, & in negocijs ecclesiasticis.*
6 *Consuetudo ualet, ut credatur instrumento sine testium subscriptione.*
7 *An instrumentum confectum per notarium infamem, sit ipso iure nullum.*
8 *Per conclusionem, non solum renunciatur probationibus, sed etiam allegationibus.*
Conclusum in causa, quando dicatur.

CAP. IX.

a CVm dilectus.[a] Post publicatas attestationes, vsq; ad conclusionẽ post
b sunt instra produci. hoc primo. Consuetudo loci[b] facit instrm authenticũ. hoc secundo. Secunda pars ibi, super tertio. Casus liter. Quia appellatione instrorum continentur testes, & post publicationem testium, alij testes non pũt produci, dubitatũ fuit an post publicationem testium instra possint produci: Rñdetur, q̃ instra produci possunt vsq; ad snam antequam sit conclusum in cã. Super tertio vero articulo, Consuetudo erat in partib. Scotię, q̃ aliquis per instra Regis probabat intentionem suam in iure, dubitauerunt iudices isti, vtrum instra Regis admittere deberent in causis: Rñdet Papa consultus, q̃ si consuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt fides adhibeatur instrumentis illius Regis, & ipsi poterunt ea in causis admittere, præsertim cum Rex ipse tantæ fuerit honestatis, qd instra sua, maxime habeantur authoritatis in partib. Scotianis. B. No. terminum exclusiuum productionis instrumentorum. f.
c conclusionem c in causa, vsque ergo ad conclusionem possunt instrumenta a qualibet parte produci, & postea regulariter nõ licet, quando dicatur in causa conclusum, dicetur. inf. cum gl. No. ibi sentẽtię calculum, &c. q̃ calculus q̃que appellatur sententia. Eodem modo capitur. in c. si inter. 6. q. 4. Quandoque capitur pro carbone. 8. q. 1. c. in scriptis, in fin. Q̃que pro ratione, seu numero C. de erro. calc. per totum. Datur versus, Calculus

1 est rõ, numerus, sententia carbo. † No. q̃ in causa fit attestationũ publicatio, & conclusio. An autem ista sint de substantia, vt aliter snia non valeat. Circa primum Bar. in l. prolatam. C. de sen. & interlo. tenet, q̃ licet sit de iustitia, non tamen de substantia. Id enim est de substãtia actus quo remoto remouet actus. Sed snia bene potest ferri sine publicatione attestationũ, vt puta, si testes

ADDITIONES

a Cum dilectus. Hanc Decr. solemniter commentauit Pau. de Ele. & adde hic Bar. in l. diui fratres, ff. de pœn. ubi dicit, quod etiam post conclusionem in causa possunt produci instrumenta in causa ciuili. & uide Do. de Ro. in antiq. dec. 172. An autem post conclusionem in cã possint produci instrumenta de nouo reperta, uide per Bar. in l. admonendi, ff. de iurei. & ibi latius per Pau. de Cast. in fi. 4. col. super distinguentem.

b Consuetudo loci. Vide Old. in consi. 105. inci. vf dicendum. & Card. in consi. 72. inci. Titius, col. 2. cum duob. seq. & Abb. in consi. 53. incip. in prædicta cã, in 2. uol. ubi dicitur, quod ad hoc ut scripturæ non authenticæ detur fides, oportet probare, q̃ tali scripturæ fides fuit adhibita. Seb. Sap.

c Conclusionem. Instrumenta & probationes non possunt admitti, vel produci post conclusionem in causa. Hanc regulam ampliat sing. Lud. Roma. in l. admonendi, in 6. col. ff. de iureiur. ut procedat non solum, quando instrumenta producerentur ad probandum, sed etiam si producerẽtur solum ad declarandum alia prius producta, quia secundum eum non possunt post conclusionem in causa produci aliqua instrumenta, siue tendentia ad probandum, siue solum ad declarandum iam probatũ. Casum dicit esse de hoc no. in c. auditis, de in integ. rest. qui tex. secundum do. meum D. Iaſ. de May. ibi in 45. col. non sufficienter probat, & in cõtrarium facit trita regula, quę habet, quòd qui solũ declarat, nihil de nouo dat. l. hæredes palam, §. fi quid post, ff. de test.

Adde, an post conclusionem in cã possint produci instrumenta, Ro. consil. 20. Et an in criminalib. concludatur in cã, & multa de conclusione in causa per eundem consi. 176. & an sententia lata omissa publicatione testium, valeat habetur per Pet. de Anch. consi. 137.

An post conclusionem in cã possint, produci instra dicas, quòd in cã principali non possunt produci, sed in causa appellationis bene possunt produci, ut per Inn. in c. cum uenissent, de testib. & uide per Inn. in c. in tua, qui mat. acc. pos. & Spec. in tit. de prob. in §. uidendum, in qui. quid si data, & Pau. de Cast. in l. oratione. in fi. ff. de fer. & per Alexã. in l. 1. in §. edenda, ff. de eden. & uide gl. in cle. fape. §. & quia, de uer. sig. & per Bar. in l. manci. de opt. leg. & uide Do. de Ro. in dec. 128. incip. item fuit dubitatum. Ant. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

testes non fuerunt in causa producti, inf. de præsum. c. afferte. ergo non est de substantia sententiæ. Ide sentit Inn. in c. cũ I. & A. de re iu. & Io. An. in addi. Spe. de renun. & cõclu. in prin. & hoc tenetas, & vide per Bar. in d. l. prolatã, vbi prosequitur actus multos, qui sunt de substantia ordinis iudiciarij, & per glo. 2. q. 1. in summa, & in c. vxor. 17. q. 4. De conclusione vero vide gl. bonã in cle. fæpe, de verb. sig. iuncto tex. & Io. An. in addi. Spe. in loco præal. vbi sentit, q̃ non sit de substantia, Dic tñ, q̃ est de iustitia, quia speciale est in causis summarijs, vt possit iudex ad sententiam procedere, conclusione non facta, vt in d. cle. sæpe, & vide in hoc quod no. in c. pastoralis. de causa pos. & ppric. No. ex secunda parte, q̃ non creditur instrumento alicuius præsidẽtis, etiam si sit Rex. Nam creare tabellionem, spectat ad Imperatorem, de quo dicam plenius, inf. c. c. cũ P. & vide quod legi.

2 & no. in cle. literis, de proba. † No. & tene menti, q̃ valet cõsuetudo disponens circa solemnitates alicuius actus, circa Principi reseruata, concor. c. super quibusdam, de ver. sig. Nam vt hic vides, cõsuetudo p̃t dare alicui potestatem tabellionis. Et licet loquatur in Rege, eadem ratio est in alia psona inferiori, quod tenet per illum tex. Io. An. in c. seculares, de foro comp. li. 6. in nouel. quod no. Idem Bar. l. seruus communis, ff. de stipu. seruo. vbi per istum tex. plus dicit, q̃ iudex p̃t scribere acta, & ei fides adhibebitur, si hoc habet consuetudo, quod singulariter nota pro limitatione c. q̃si contra, de prob. facit quod no. Inno. sup. c. 2. Cessante aũt consuetudine, solum hoc poterit, si ẽt est notarius, & hoc fecerit in his, q̃ sunt voluntariæ iurisdictionis, vel in paruis causis, in quibus p̃t procedi sine scriptura, ad hoc glo. & plenius p Bar. in l. iubemus. C. de sa. san. ecc. facit Auth. nisi breuiores, C. de sen. ex peti. reci. Et quia gl. hic multum lente transiuerunt, expediam prius quædam pulchra pro intellectu, & li

3 mitatione vtriusque partis c. † Et primo, circa primam partem, quæro, an indistincte post conclusionem non liceat instrumẽta producere? Dic, q̃ non: imo fallit in multis casibus, quorũ ali quos notabiles hc collegi ego vltra alios doc. Et primo in casu c. pastoralis, de causa pos & proprie. Secundo in his, in quibus iudex procedit ex officio, si hoc viderit expedire. nã sibi nihil

a est præclusum, a arg. d. c. pastoralis. Hoc tenent do. de Ro. dec. 7. & vide pro limitatione, quæ dixi. sup. de testi. c. cum clamor. Tertio in criminalibus causis, cum reus vult etiam innocentiã probare, arg. in l. diui. ff. de pœn. & ibi hoc expresse tenet Bar. & in l. 1. ff. de quæstio. in fi. Plus dicit, l. q̃ etiam post publicationẽ, poterunt in prædicto casu testes de nouo recipi. post sententiam autem aliquo remedio non suspensam, soli principi licet beneficio speciali admittere probationes, etiã de nouo repertas, ad probandum innocentiam condemnati, vt in d. l. diui. notabiliter, & singulariter probatur, vide tamen in hoc, quod no. in c. a. de purg. vul. Quarto in causis communibus, i. etiam vbi procediturad instantiam, si instrumenta sunt de nouo reperta, vt l. admonendi, ff. de iureiur. secundum vnam lectu. quam prosequitur ibi Bar. Quinto, si de facto recipiuntur, tenet receptio, & vlrà conclusione recessum, eo q̃ partes non contradixerunt, vt

b no. do. de Ro. dec. 5. b Regulariter autem non possunt recipi, &

c si recipiuntur, posset altera pars appellare, c arg. hic, & in d. c. pa

4 storalis. † Nunc quæro, an liceat indistincte, producere instrumenta vsque ad conclusionem? Iste text. videtur aperte probare, quod sic. Quod indubie procedit, vbi iudex prius non præfixit terminum ad illa producenda. Si autem præfixit certum terminum, nunquid eo elapso liceat citra conclusionem. Quæstio est notabilis, & multæ sunt opi. Ioan. And. hic sentit, q̃ non liceat post terminum, & est opi. Spe. in titu. de dila. §. videndum, ver. quid si datus. Sed ipsemet Ioan. And. plenius hoc tractauit in gl. ordinaria, quam fecit in cle. fepe, præall. in ver. non obstante. & ibi renuit opi. quorundam distinguentium, q̃ aut ius aduersarij est illæsum, & tunc licet etiam post terminum. Aut læsum, vt quia perierunt testes, quibus potuisset reprobare instrumenta, si fuissent in termino producta, & non licet, & p vtroq; membro facit l. mancipiorũ, ff. de optio. leg. Tertij dicunt, q̃ indistincte hoc licet ante conclusionẽ, quia non potuit pars cogi instrumenta exhibere, anteq̃ eis esset vsurus, ad hoc iste text. & l. 1. §. eden. ff. de eden. Pau. vbi dicit, q̃ iudex nõ potest prius partem compellere, quã sit conclusum in causa, vt hic. Sed si sponte recipit terminum, sibi præiudicauit. Bar. in d. l. mancipiorũ, dicit, quod si inrauerit instrumentum ad eum de nouo peruenisse, admittetur, alias non, argumen. opt. in simili, in c. pastoralis, inf. de excep. Sed tu aduerte. nam d. l. mancipiorum, multũ facit pro opin. Ioan. And. in glo. præalle. nam ibi fuit terminus per iudicem statutus ad seruum eligendum cum comminatione, q̃ post terminum nõ audietur, & nihilominus auditur post terminum re integra, etiam sine iuramento, si præteritio diei damnum aduersario non intulit. Ad idem potest adduci c. si ti bi absenti, & quod ibi no. de præb. li. 6. quod quasi idem in alijs terminis disponit. Sed his non obst. dico, quod l. mancipiorum, habet aliam rationem decidendi. loquitur enim quando re existente integra post terminum cessat omnino causa, propter quam statutus fuit ille terminus, vt clare innuit ille tex. & sic cessante causa, cessat effectus, vt in c. cum cessante, de app. & sic etiam loquitur c. si tibi absenti, facit c. si. qui ma. acc. pos. Sed in casu nostro post lapsum terminum, etiam iure aduersarij illęso existente, non cessat omnino causa, propter quam fuit terminus statutus, quia terminus statuitur non solum, vt parti alteri sit facultas reprobãdi, sed principaliter statuitur ad faciliorem, & breuiorem exitum litis, vt patet in c. pastoralis, de exce. & cafinem, de do. & contuma. & hæc causa non cessat, licet ius aduersarij circa reprobationem sit illæsum. Et per hoc dico, quod post terminum non debet audiri, nisi in casibus, de quibus in d. c. pastoralis, de exce. Et credo per illũ tex. indicẽ posse antecclu sionẽ statuere hunc terminũ, qa boni iudicis est lites præcidere, & breuiores facere, q̃ p̃t, vt in l. quidam æstimauerunt, ff. fi cer. peta. & in iurib. sup. alleg. Nam terminus lit. contest. statuit a iure pro exclusione dilatoriarum, vt legi. & not. in capitu. inter monasterium, de iudi. & tamen potest iudex prius terminum statuere certum ad omnes dilatorias proponendas, d. capitu. pastoralis. Item vsque ad publicationem attestationum possunt de iure testes reprobari, vt in d. capitu. præsentium, sup. de testi. & tamen iudex potest per prius præfigere terminum, intra quem producantur simul testes approbatorij, & reprobatorij, vt in cap. licet, de prob. & in capi. cum causam. sup. de testi. Item ad prosequendum appellationem, & finiendum, iura præfigunt annum, & tamen iudex abbreuiare potest respectu processionis, vt in capitu. cum sit Romana, & capitu. personas, de app. & sic in multis simi. Et sic potest iudex ex causa abbreuiare dilites, hunc terminum ante cõclusionem præfigere. Et sic refert Io illam opin. Pau. & talis terminus hominis censetur loco termini iuris, vt no. Innocen. in simili in capi. ex ratione, de appel. Ideo sicut non admittitur post conclusionem, ita nec post hũc terminum. Posset tamen ex quadam æquitate dici, quod cum in mora modici temporis non sit magnum periculum, vt l. si debitori, ff. de iud. quod duobus concurrentibus, poterit admitti post terminum, c. si ius aduersarij non sit læsum, & parũ post lapsum terminum hoc petijt, arg. in d. l. mãcipiotũ, & sic posset singulariter limitari d. c. pastoralis, quod tamen loquit indistincte. Hoc verum, nisi in pœnam negligẽtis aliud statuatur, & sic in relli-

intellige c. si pluribus. de præb. lib. 6. & hæc quo ad primam partem. † Venio ad secundam partem, in qua quæro, an istis instrumentis, quibus adhibetur fides ex consuetudine, credẽdum sit in foro ecclesiastico, & ecclesiasticis negocijs? Et q̃ in foro ecclesiastico sit credendum, casus vr̃ hic iuncta suprascriptione. Apertius tenet Io. And. in c. seculares, de foro compe. lib. 6. Respectu vero negociorum dicit hic Host. q̃ creditur super ciuilibus, & temporalib. reb. confectis, secus si super spiritualib. qui remittit ad not. in c. sicut te, ne cle. vel mona. Fatetur tamen, q̃ vbi talia instrumenta in ducuntur, vt prius legia ab ipso Rege p̃cessa, vel quo ad feudalia, bene facerent fidem, de fo. compe. c. et transmissa. Pe. autem, & Abb. videtur hic sentire, q̃ indistincte credatur talibus instrumentis. Dicũt. n. q̃ dubitatio hic fuit, q̃ laici super ecclesiasticis negocijs, pt̃atem non habent, vt in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. Sed p̃ius hic statuitur, vt vides, mi hi placet indistincte, vt credatur, quia notarius est quidam testis. l. Domitius Labeo, ff. de test. vnde sicut laicus perhibere p̃t testimonium in cã spirituali, ita & instrumenta conficere: Nec est hoc iurisdictionis contentiosæ, & sic cessat c. ecclesia S. Mariæ, sed voluntariæ, quia auditur super confectione instrumenti, facit c. 1. de procu. lib. 6. Item sicut dicimus in simili, q̃ instrumẽtum notarii confectum intra territorium constituentis, facit fidem extra territorium. (ita no. Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & quia circa solemnitates actus inspicitur sola consuetudo loci, vbi actus gestus est, vt l. 1. C. de emanc. lib. & not. in c. per venerabilem, qui fil. sint leg.) ita satis est istum haberi pro notario in patria sua, vbi confecit instrumentum nec curandũ, an fecerit super tpalib. an spiritualib. Et hoc teneo, quicquid alii scribant in d. c. sicut te, & vide quod no. Gasp. de Cald. in d. c. p venerabilem, & Spec. in tit. de instr. edi. §. restat, ver. & no. & seq.

† Viterius quæritur, an credatur huic instro sine subscriptione testium, si hoc habet consuetudo? Inno. & Hosti. q̃ sic, allegant no. in c. 2. sup. eo. quod no. Et hoc infero valere consuetudinẽ, vt instro notarii credatur sine testium subscriptione. † Quæro, quid si iste Rex a fuisset malæ famæ, & vilis opinionis, nunquid credieretur? Host. dicit, q̃ non, vnde verbum, Præsertim, exponitur pro, Maxime, & sic cum eo transeunt cõiter Doct. Et ex hoc vñr sentire, q̃ instm confectum per notarium infamẽ, sit nullum, q̃ non est verum indistincte. Vnde dicerem, q̃ aut in principio, antequam esset inducta consuetudo, erat malæ famæ, & non valuit consuetudo, tanquam irrationabilis, de consue. c. fi. & procedit hoc casu dictum Hosti. Aut superuenit mala fama, postquam fuit ꝯsuetudine pro notario approbatus, & tunc idẽ dicendum, qd̃ in alio notario, qui post officium assumptũ effectus est infamis, quo casu dicendum est, vt eleganter no. Bar. in l. ca. ff. ad leg. Iul. rep. qui in effectu concludit, q̃ aut cõmisit fraudem in officio, & non creditur amplius, ẽt si non sit effectus infamis, vt in l. si aliquid, C. de suisce. & archa. lib. 10. Aut commisit fraudem extra officium, ita q̃ sit effectus infamis, & tunc ad officium, quod habet in se dignitatem, promoueri non potest, pura, vt sit notarius principis, l. 1. C. mã. prin. quia infamib. dignitas non defertur. l. 2. C. de dig. lib. 12. & in reg. infamib. de reg. iu. li. 6. Nec ẽt ad aliud officium publicum, puta, vt sit notarius in bancho, & hoc, qa infamis non p̃t, aliquod officium publicũ exercere, vt dicit gl. no. iuncto tex. in l. 2. §. miles, ff. de his, q̃ no. infa. facit c. præterea, de test. cog. Aut eligitur non ad officium publicum, sed p̃sensu partium est aditus, & non valet, quia notarius est seruus publicus, nec minus desinit esse pp infamiam. Vnde. p̃t partes cõi consensu sibi præiudicare. Testis aũt esse non p̃t, quia producitur ab vna parte, altera inuita, & sic loquitur c. testimonium, sup. eo. qd̃ est singulariter notandum. Ego limitarẽ hoc verum, q̃n pars non diffideretur talem tabellionẽ fore, vel si negat, cõuincit per testes, vbi aũt omnino negat, & dicit instm falsum, nec p̃t cõuinci, q̃ rogauerit notarium, puta, quia testes sunt mortui credo q̃ instm non probabit p̃ eũ, ex quo confectum est ab infante. Tunc. n. militat rõ c. testimonium. & credo, q̃ Bar. non dixisset p̃rium, si hunc casum præsumeret. Item dico prædicta procedere in infami infamia iuris: secus si infamia facti, quia tunc creditur, licet minus per ea, quæ dixi in c. testimonium, & quæ no. in c. fisicitatus, de resc. & hoc bene notabis. Venio nunc ad gl. Et prima quærit de rõne dubitandi, & assignat in fi. duplicem rõnem decidendi, & rõnis diuersitatem inter attestationes, & instrumenta. Et notabis eã, inquam dicit, q̃ facilius deprehenditur falsitas instrorum, quã testium. Et pro hoc, secundum Io. And. in instro imponi debet locus, rps, testes, dies, de quibus. inf. de re iud. c. Abb. ad fi. lib. 6. sed de his testis interrogatus dicit se non recordari. inf. c. proxi. Sed alio respectu facilius falsatur instm, quia facilius est corrũpere vnum notarium, q̃ duos testes. Facit qd̃ no. de cle. pereg. c. Sed dic, q̃ examinatio, & approbatio notarij, tollit hanc p̃sumptionem, facit c. ad audientiam, de præsc. † Glo. 2. quærit, q̃n dr̃ in ea conclusum, & respondet, vt in ea patet. Et no. ex gl. b q̃ per conclusionem, renunciatur nedum probationib. sedẽt alle gationib. & sic non restat, nisi ferre sñiam, de quo per Inn. in c. pastoralis, de cã pos. & prop. & ibi dixi. Et intellige tex. dum dicit, q̃ post conclusionem, non licet instra producere, s. in cã, in qua facta est conclusio, secus in appellationis cã, vt inf. c. prox. & no. in c. 1. de exce. Et est ratio diuersitatis, quia p̃clusio facta in principali, nõ extenditur ad causam appellationis, r si fuisset dictũ, vt no. in Spec. de renun. & conclu. §. 1. versi. hoc autem scias. Et est ratio rationis, quia appellatio suspendit omnia, vsque ad lit. contest. Vnde peremptorie possunt opponi, vt infra c. prox. sed dilatorie non, vt l. ita demum, C. de procu. Et intellige, q̃ suspẽdit omnia, nisi alia ratio impediat, vt timor subornationis, propter quem non possunt produci testes super eisdem capitulis, vel directe contrarijs, vt in cle. 2. de testi.

ADDITIONES.

a Si iste Rex. Vide Bar. in l. ead. ff. ad leg. Iul. rep. Bal. in l. cunctos populos, in §. opp. C. de sum. Trin. & fide cath. Cald. in consi. 2. sub tit. de fide instr. & Fel. in c. fraternitatis. inf. de hæret.

b Ex gl. Et adde gl. no. §. quia uero multi, in glo. parua in uerbo, concluserunt, in Auth. de testi. quam gl. dicit esse sing. de iure ciui. Ludo. Roma. in l. 1. in 3. col. ff. de arb. Adde Spec. in tit. de renun. & conclu. in §. 1. uer. & no. & ibi ẽt ponit, an si sit renunciatum allegationi iuris, dicatur conclusum in causa? Et an renunciare, & concludere sint idem, ibi uide per eum, & dicit no. Bal. in l. si accusatoribus, circa fi. C. de accusa. quod de consensu partium potest concludi super vno arti. causæ, & non super alio, & de hoc dicit esse gloss. sing. no. in d. §. quia uero multi. Et ex hoc dicit apparere, quod idem est renunciare probationibus, & concludere in causa, alleg. no. per Io. And. in c. 2. de in integ. resti. in 6. in nouel. & quod idem sit, dicit etiam Bal. in authẽ. iubemus in vlti. colum. C. de iud. Item Adde, quod si partes, uel iudex committunt causam ad Consilium sapientis, ut tota die fit, dicitur conclusum in causa. Ita no. inquit do. Anto. de But. in cap. dudum, il 1. in 2. colum. in 3. no. de elect. quod reputat esse notandum, nil tamen allegat. Et vltra adducit dom. meus do. Ias. unam rationem in d. l. admonendi. in 48. colum. ff. de iureiu. quia quando causa esset commissa consilio sapientis, cum debeat esse plene instructa, index qui commisit, non potest alias nouas probationes recipere, tex. est no. in l. ex illo, C. de appel. & ibi per eum hoc not. Bart. & dicit esse perpetuo tenendum menti. Item nec idem sapiens, cui commissa esset causa, posset alias probationes nouas recipere. Ita no. Bart. in j. l. per illum tex. C. de rela. & in l. fina. in vlti. colum. ff. de fer. & ibi Bald. in 8. colum. & alii. Barto. in l. 1. §. quæsitum, ff. de App. & in l. in offerendis, C. de appel. No. etiam multum, quod paria sunt latam esse sententiam, uel esse conclusum in causa. Ita dicit sing. Barto. in l. si mater. §. ead. in fin. ff. de excep. rei iudi. Idem ipse do. Abb. Panor. in cap. pastoralis, de excep. Bald. in l. error. in 4 colum. C. de iu. & fac. ignor. ubi ad hoc alleg. Ioan. And. & Ioan. And. in cap. fi. C. de in integ. resti. in 6. not. Bald. in l. 1. in 3. colum. C. ne ex deli. defun. Iud. Rom. in l. si Titius. ff. de uerb. oblig. do. meus do. Ias. in d. l. admonendi, in 39. colum. ubi etiam dicit bene facere, quod pulchre inquit Bal. in l. indubitati, C. de adul. ubi tenet, quod exceptiones, quæ nõ possunt opponi post sententiam, non possunt etiam opponi post conclusionem in causa, quia ista duo parificantur.

Adde, quod Bal. consi. 177. in 1. lib. dicit, quod coram consultore possunt produci instrumenta liquida.

Dicas circa hoc, quod petito consilio sapientis donec acta sunt apud consultorem, non possunt alia de nouo produci, de quo vltra dicta per Bart. in l. ex illo, hic alleg. uide eundem Bart. in l. 1. in §. si plures, in 7. col. ff. de exer. & uide Bald. in l. 1. ff. nil nouari appella. penen. Quod intellige, vt non possint produci coram iudice, nec coram consultore, de quo etiam per Barto. in l. 1. §. quæsitum, in 1. columna. ff. de appella. & in l. 1. C. de relat. Anton. Franc.

ADDITIONES.

2 Præclusum. Iudici nunquam concluditur in causa, sed semper vniformiter tiget eius officium vsque ad sententiam inclusiue. Ita pul. in quit Ang. in consil. 295. incipien. visis attestationib. testium productorum, & c. in vlt. colum. Et licet ipse non dicat, ratio potest esse secundum domi. meum domi. Bal. in d. l. admonendi, quia conclusio in causa dicitur renunciatio probationum, quam faciunt partes, per quod vinculum, non debent manus iudicis ligari, per reg. cap. cum clamor. sup. de testi. l. si vnus. §. ante omnia, ff. de pact.

b Quæ incipit, item si post conclusionem. Idem etiam dicit ipsemet Abb. Panor. in c. quoniam contra falsam, sup. de proba. in 13. colum. sequuntur. do. Anto. de But. & Innocen. in c. auditis, in fi. de procur. do. Card. Flo. in clem. testib. in 2. colum. de testi. Bald. in l peremptorias, in 2. colum. C. sententescin. non pos. do. Alex. de Imo. in d. l. admonendi, in 14. colum. ff. de iureiu. & do. Ias. de May. in 46. col. quamuis in contrarium teneat, & male. Paul. de Cast. in 11. colum. quem in hoc ibi specialiter reprobat idem do. Ale. Item adde, quod allegatio notoria facti, vel q̃ patet ex actis, potest opponi post conclusionem in causa. vnde, si opponatur inhabilitas testis, quæ patet ex actis, potest opponi, & detegi etiam post conclusionem in causa, secundum ipsum Abb. Pan. in c. dudum, il 1. in 2. col. & seq. de ele. vbi limitat verum, dummodo sit notorium facti permanentis, secus si sit notorium facti transeuntis, vt ibi per eum. Idem etiam no. ibi do. Anto. de But. in 2. colum. vbi etiam notat. do. An. quod licet sit conclusum in causa, nunquam tamen intelligitur præclusa via allegationibus iuris, quin semper iura, & leges allegari possint, quantum ad hoc. n. nunquam intelligitur esse clausum ostium. Ita etiam no. inquit Bald. in auth. iubemus, in vlt. col. C. de iud. alle. l. quinuis indubitati, C. de adulte. & in Auth. vt cum de app. col. in prin. Et ita debet intelligi, & limitari dictum Innocen. in d. c. pastoralis, de causa pos. & propr. vbi dicit Inno. quod post conclusionem in causa nil potest allegari vel de iure, vel de facto. Nam debet intelligi, nisi allegatio consisteret in Io iure. vide etiam Abb. ipsum Pan. in d. c. pastoralis, in fi. de cau. pos. & proprieta. vbi ponit alium casum, in quo possunt fieri probationes post conclusionem in causa. Quosdam alios casus vltra prædictos, in quibus potest admittitur post conclusionem in causa, vide per Spec. in tit. de renunciat. & conclu. §. 1. versic. & scias. per Bald. in l. 1. in 1. colum. C. vt quæ delunt. adnoca. Item adde, quod iudex ex officio etiam partibus inuitis potest cõcludere in causa, seu pronunciare, quod sit conclusum in causa, quando sufficientes dilationes datæ sunt, quæ sunt transactæ, glo. est sing. in cle. 1. per. circa fi. in versi. conclusione, de verb. sign. quæ etiam ponit, nunquid de iure canonico, & in fo. cano. ita semper concludatur in causa, sicut de iure ciuili. Et an vna pars possit cogere aliam ad concludẽdum in causa, disputat Bal. & videtur concludere, quod sic, post Old. Lau. in c. 1. in 3. col. fi. de instit. inter do. & vasal. lis oriatur.

c Appellare. Adde alium casum, in quo post conclusionem in causa licet testes producere, videlicet, quando testes sunt legalissimi, Spe. in tit. de edi. §. finversi. sed pone ecce, quod instrumento. Sequitur Ale. in auth. iubemus, col. 3. in prin. C. de iudi. Alium casum ponit Bal. in c. causam, col. 1. sup. de probvidelicet, quando recipiuntur testes super cicatrice remanente, quo casu dicit Marf. in fin. 66. inci. publicatis attestationibus, alios casus enumerat ad

Marf. in l. 1. §. si quis vltra, ff. de quæst. Sch. Sap.

SVMMARIVM.

1 *In eodem libello, quis potest plura, & diuersa petere.*
2 *Vbi ex parte actoris debitum est liquidum per confessionem, rei admittitur compensatio, licet debitum non sit liquidum.*
3 *Modus largo modo potest appellari conditio.*
4 *Testimonium non utiatur, licet testes non recordentur de die, mense, & anno, quib. fuit actus gestus.*
5 *In instrumento publico non est necesse, quod testes se subscribant.*
6 *Quando testes contradicunt instrumento, pro concordia præsumitur pluralitas actum, nisi partes confessæ fuerint veritatem.*
7 *Dicta obscura testium non releuantur per confessionem, uel articulum a parte formatum, sed per confessionem aduersæ partis bene releuantur.*
8 *Iudex potest vsque ad sententiam, & post conclusionem in causa interrogare circa merita causæ.*
9 *Sententia potest pro parte infirmari, & pro parte confirmari per iudicẽ appellationis.*
10 *Venditor. si habeat facultatem rei tradendæ, compellitur præcise, si uero dolo, uel culpa desiit habere, tenetur ad interesse. Si uero neutrum interuenit, in totum liberatur.*
11 *Appellatur ad papam, si iudex, a quo, superiorem in temporalibus non recognoscit.*
12 *Appellans a diffinitiua, potest aliam causam ab illa, quam expressit coram iudice a quo prosequi, secus. si appellauit ab interlocutoria.*
13 *Duo testes de illis, qui non sunt scripti in instrumento, omni exceptione maiores probant contra instrumentum.*
14 *Testes descripti in instrumento, si per directum uel indirectum deponunt cõtra instrumentum, an faciant illud vacillare.*
15 *Testes interrogati de tempore, si uarie respondet, uel inducti ad probandum tempus, dicant se non recordari, non ualet eorum testimonium.*
16 *Si sunt descripti duo in instrumento expresso eorum nomine, & cognomine, si quis neget se interuenisse in instrumento, an tale instrumentum ualeat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 *Ad petitionem appellantis potest sententia retractari.*
18 *Causa nullitatis devoluit totam causam ad iudicem, unde poterit reformare sententiam.*

CAP. X.

a VM Ioannes. a Falsitas instrumenti, vel qđ deest instrumento, probari potest per testes. In prima parte ponitur processus causæ principalis. In secunda parte, ponitur processus causę appellationis, ibi. Cum igitur. In tertia diffinitio ipsius causæ appellationis, ibi. De consilio. Casus liter. Ioannes Eremita coram iudicib. ciuitatis Viterbij petebat a Petro conciue ipsius 30. libras Senenses ex cā mutui. Ex aduerso proposuit idem P. qđ idem Io. tenebatur eidem 170. libris pro pretio cuiusdam domus, quam ipsi Io. vendiderat: vnde petebat vt 130. sibi deberet compēsare. & residuum sibi deberet persolui. Perit insuper Io. possessionem ipsius domus sibi tradi vacuam & liberam, li. conte. super hoc, & alijs arti. & cum fuisset hincinde aliquādiu disputatum, iudices auditis attestationib. & allegationib. condemnauerunt istum P. vt eidem I. possessionem prædictæ domus vacuam & liberam traderet. Ab hac sententia dictus P. ad sedem Apostolicam appellauit. Papa dedit T. capellanū suū partibus auditorem, coram quo ex parte ipsius P. fuit propositum, venditionem ipsius domus, non puram, sed conditionalē fuisse, & ideo ipsum non teneri ad traditionem ipsius. Ad hoc probandum quatuor, testes induxit, cum esset nouum capitulum pendens ex veteri, qui iurati dixerunt se interfuisse Ƶctui inter ipsum P. & I. super eadē domo celebrato pro certo pretio, hac adiecta conditione, vt idem P. domum ipsam inhabitaret in vita sua, & post obitum suum domus illa remaneret M. & R. filiis ipsius P. nepotibus ipsius I. De anno, mense, ac die, de quo facta fuit venditio dixerunt se non recordari. Dictus I. venditionem non conditionalem, sed puram fuisse dicebat. ad hoc probandum induxit instrumentum vēditionis, & tabellionem, qui fecit instrm, & vnum de testib. inscriptis in instrumento. Dubitatum fuit, quæ probatio valere deberet. Propouebatur ex parte ipsius P. qđ licet testes & instra eandem vim obtineant in causis, non tamen instrm tanti debet esse valoris, vt præferatur depositionib. trium vel plurium testium. Ex aduerso fuit responsum, qđ cum ipse I. intentionem suam per instrm probasset, & P. venditionem non puram, sed conditionalē fuisse proponeret, nec per testes P. de certo tempore facta fuerit fides, vnde non apparebat, qđ super illa venditione deposuissent, & in instrumento certum tps adijceretur, probatio ipsius P. inefficax erat ad intētionem Ƶriam elidendam. Sed dicebatur, quod respōsio ista inualida erat, quando vtraque pars interrogata cōfessa fuit in iure, quod vnica venditio ipsius domus facta fuit, sed per testes, pbat conditionalem fuisse. & sic per confessionem vtriusq; colligitur venditionem fuisse cōditionalem, nec obstare, quod interrogatio facta fuerit, postquam in cā conclusum fuit, quia iudex ad prolationē sniē potest interrogare de facto, quoties dubitat. Istis omnib. consideratis, do. Papa de consilio fratrum, pnunciauit venditionem prædictam conditionalem fuisse, & dictum P. non teneri ad ipsius possessionis traditionem, ipsi I. super hoc silentium imponendo, sniam prædictorum iudicum quo ad hunc artī. infirmando, quamuis alias iuste pronūciauerint, quia hæc exceptio non fuit proposita coram ipsis. quo ad
g alios art. confirmauit eandem. B. † No. 1. quod in eodem libello potest quis plura, & diuersa petere. Nam petebat iste I. habere 130. libras occasione mutui & domum vacuā sibi tradi occasione venditionis. Et quanquam hoc vltimum non exprimat in litera ista, exprimebatur tn̄ i litera antiqua, vt colligitur satis hic, dum dr̄, quod iste I. in hoc fundauerat intētionem suam. Item iudex non potuisset aliter super domo pronūciare, vt in c. licet Hely. de sīmo. Fatuus est enim iudex, qui pronūciauit super nō petito. l. fi. C. de fideic. lib. Ex his, & ex tex. no. duo. Primo formā libellandi in cā mutui. Secundo, quod Ƶctu emptionis precedente, potest præcise peti rē venditam tradi, nec est necesse petere interesse, & multæ in hoc sunt opinio. vt inf. videbitis. † No.
2 3. bo. arg. pro dicto Cy. in l. fin. C. de compen. quod vbi ex parte actoris debitum est liquidum per solam confessionem rei, admittitur compensatio opposita, per ipsum reum, licet debitum suum non sit liquidum de præsenti, sed liquidādum. Hic enim constabat per confessionem de mutuo, & debitum rei protrahebatur ad litigiū, vt patet in litera, & nihilominus fuit admissa compensatio. Quanquam posset dici, quod licet super traditione disputaretur, super pretio non fiebat hæsitatio, nisi diceres, quod delata traditione rei, differebatur, & pretium. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & quod no. in l. si traditio. C. de actio. empt. Et de hac materia vide quod dicam in c. 2. depositi. vbi de
3 hoc. † No. ibi. Sed conditionalem, quod modus largo modo potest appellari conditio. Nam hic non interuenit vera conditio, quę de sui natura habet suspendere effectum actus gesti, in euētum conditionis, vt no. in c. verum, de cond. appo. & in l. i. C. de cond. inser. sed modum, qui non suspendit, sed qualificat, & cō ditionalem reddit actum gestum. Venditio enim fuit perfecta de præsenti, sed fuit appositus modus, vt in vita sua libere habi
b taret. No. quod ratione oneris b annexi, res valet minus iusto ptio, & sic onus appositum videtur pars pretij, quod not. Ad idē bo. tex. in l. fundi. ff. de contrah. empt. & facit ad materiam cap. cum dilecti. infra de empt. & vendit. l. 2. C. de rescin. vend. Not.
c argumen. quod probatur valor rei, si testes dicant, quod tantum a tali potuit habere, quasi tantum valeat res, quantum vēdi potest. De quo tamen die, vt no. plene in d. l. 2. & dixi in cap. cum causa. 2. supra de testib. Ad istum tex. posset dici, quod per hoc non probatur verus valor rei, sed inducitur ad præsumendum venditionem pro illo pretio non fuisse puram, cum potuisset ab alio habuisse maius pretium. Vnde non est verisimile, quod iste vendidisset pure pro minori. Et sic non probarentur hoc primū dictum, cū ex speciali affectione quis potuisset offere pretium vltra communem valorem rei. † No. pulchrum tex.
4 quod testimonium non vitiatur, licet testes communiter non recordentur de anno, mense, & die, quibus fuit actus gestus, quod intellige, nisi dies esset de substantia, vt no. Innocen. in c. qualiter & quando, de accus. in ver. si dictus. Not. quod tabellio, qui instrumentum scripsit, & testes in eo scripti, producti possunt in testes ad coadiuuandum instrumentum. Et est vtile pro pter not. in c. cum a nobis, supra de test. hic tamen non profecerunt, tum quia, vt patet in antiqua, testis productus dixit se nō recordari, an fuerit cōditionalis venditio, an pura, tum quia ip
5 si erant duo, & alij contra instrumenta erant quatuor. † No. ibi. Subscriptis, quod in instrumento publico testes dēnt se subscribere. Hoc enim videtur innuere verbum, Subscripti, quasi subscripti. Sed Innocen. intelligit, quod subscribuntur per notarium. Vnde exponit, subscriptis, idest inscriptis. Non enim est mors, secundum eum, quod instrumento tabellionis subscribat testes, sed in priuato tantum, & remittit ad not. supra eod. cap. 2. ego dixi in cap. 1. eod. titu. & hoc no. Si autem contractus fiet in scriptis, ita quod scriptura sit, de substantia, tunc die de subscriptionibus, vt habetur in l. contractus, C. eod. tit. No. regulam, & limitationem ad eam. Regula enim est, quod parē vim habent instrumenta & testes, vt hic, & in l. in exercendis. C. eo. Limitatio est, vt hoc procedat, quando producūtur ab eadem parte, vel si adiuersis, testes, tamen instrumento non contradicunt. Si autem testes contradicunt, tunc non obtinent eādem vim, sed prealent, cæteris paribus ipsi testes, de quo inf. latius.
† No.

ADDITIONES.

a Cum Ioannes. Quia in tex. huius cap. fit mentio de uacua possessione, ideo quando dicitur uacua possessio, uide per Ange. & Legistas in l. in conuentionalibus. §. si quis uacuam. ff. de uerborum obligatio. & per Bartol. in l. 2. §. 1. ff. de actio. empt. glo. in l. non idcirco. C. de fide instrumento. & in l. improb. & in l. 1. C. de acquiren. possess. & in l. fina. in uerb. uacuam. C. unde ui. Et quomodo interdum possessio dicatur plena, interdum uacua, uide gloss. Institu. de usucap. §. quod autem, in uer. uacante, cum duabus, sequ. quæ non est alibi, secundum Ange. in l. si me in uacuam, ff. de acquiren. possess. Et de hac materia uide per Bartol. in l. Mæuius. §. fundo. ff. de legat. 3. Bald. in l. fin. C. de pact. inter emp. & uend. & per Bald. in l. si plures, in 3. col. de condi. infer.

Quæ dicatur uacua possessio. Dicas primo, quod illa dicitur uacua, quæ nec animo, nec corpore detinetur. l. ratio, in §. 1. & ibi per Barto. ff. de actio. empt. & in l. 2. §. 1. & ibi per Alexand. eodem tit. & uide glo. in uer. uacuam. in l. fina. C. unde ui, & in l. si quis fundum, ff. de actio. empt. & uide Ange. in l. in conuentionali. in §. si quis uacuam, ff. de uerborum obligatio. & uide gloss. in l. non idcirco. C. de fide instrumen. & in l. improba. C. de acquirend. possess. ubi ponitur quando possessio dicitur tradi uacua. Et tene mentē. Institu. de usucap. §. quod autem, quæ dicit, quod possessio dicitur uacua tribus modis, de qua materia uide etiam Bald. in l. fina. C. de pact. inter emp. &c. Et adde, quod possessio uacua probatur eo ipso, quod author, uel eius successor diu rem possedit arbitrio iudicis, ut per Bal. in l. cum reo. in 2. colum. C. de probatio. ubi etiam per Alexand. in consi. 11. in 4. par. colum. & adde, quod possessio dicitur uacua, etiam si iure debeatur alteri seruitus, non tamen dicit libera, ita Bar. no. in l. Mœuius. in §. fundo, in ult. col. & ibi. ui facit. & in l. 2. §. uacua, ff. de actio. emp. Et ideo si quis tenetur tradere possessionem uacuam, & libertm debet tradere illam liberam a seruitute, cus si tantum tenetur uacuam tradere, secundum Bart. in d. l. 2. ff. de ac. emp Anton. Fran.

b Ratione oneris. Item adde, quod res minus ualet ratione mali uicini. Item fæpe. §. fina. ff. de contrahen. empt. & quod not. Barto. in l. si ita mulier. ff. de fun. instru. & quod habetur in cap. constitutus, de in integ. rest. & in capite quæstiones, de rer. permu. facit dictum Verg. in Buc. Mantua, uæ miseræ nimium uicina Cremonæ. & apud Luc. O male uicinis hæc uicinia conflata Gallis. Et de ualore rei in rebus mobilib. uide Bart. in l. pretia, in §. fi. ff. ad l. Fal. & in l. septem dieb. C. de erog. mi. an. Et de ualore rei, secundum quantitatem fructuum, uide in l. fiquidē, de eui. Et de materia, uide omnino Bar. & alios in l. 1. §. si hæres percepto fundo, ff. ad Treb. & in l. si seruus. ff. de di. fur. Ang. in l. si quis uxori. §. fi. ff. de fur. Ang. de Are. in §. si quis agens, in fi. de actio.

Adde qualiter probetur ualor, Fulg. consi. 142.

c Probatur ualor. Vide de hac regula Bart. in l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Treb. & in l. mortis causa capimus, §. 1. ff. de don. cau. mor. Ange. Are. in §. si quis agens, col. 5. insti. de act. & Lanf. de Oria in rep. cap. quoniam contra fassam, in uer. testium, col. 28. uer. quæro, qualiter probetur ualor rei, supra de probat. Seb. Sap.

4 † No. qđ vbi testes a videntur contradicere instrumento, si fieri
a pt, debet præsumi actus multiplicatus, vt sic testes & instrumēta reducantur ad concordiam, sicut dicimus in testibus vtriusque partis, vt in c. cum tu, sup. de testib. Hic enim fuisset facta hæc interpretatio, vt innuit litera, nisi partes fuissent confessæ vnitatem actus. Et ex hoc no. bonam practicam ad excludendā præsumptionē pluralitatis actus, vt fiat interrogatio sup vnitate actus. Dicit tn̄ Inn. posse dici, qđ ēt si interrogatio facta nō fuisset, tn̄ hoc modo debuerunt instrumentum & dicta testium pcordari, b quia licet instrumentum diceret, qđ Petrus vendidit
b domum Ioanni, non negat per hoc, Ƶctum fuisse conditionalē. vnde admittenda erit probatio, quæ instrumento Ƶrio aderat. Mihi tn̄ plus placet primum dictum indistincte, quia, ex quo testes non recordantur de die, non videntur deponere super illo Ƶctu, qui ex forma instrumenti apparet purus, & non conditionalis, & hoc sentire videtur Bar. in l. 2. C. de bon. pos. fm tab. & fi quemadmo. test. a pe. l. 2. Posset tn̄ dici, qđ aut ex forma instrumenti apparet Ƶctum purum, & tunc, cum testes deponentes illum fuisse conditionalem Ƶdicant instrumento, debet præsumi actus multiplicatus, ex quo non recordantur de tempore, ne instrm, aut testes reprobētur, arg. in d. c. cum tu. Aut instrm simpliciter loquitur, & testes dicunt illum Ƶctum fuisse conditionalem, licet non recordentur de tempore, & dēt præsumi, qđ de eodē deponant, & sic intelligatur dictum Inno. Ratio, quia potuit esse Ƶctus conditionalis, & tn̄ non fuit rogatus de condi
tione, vel per obliuionem notarius omisit, & cum instrumenta & testes habeant eandē vim, debet fieri suppletio ad inuicē, sicut fit inter euangelistas in c. nihil, de verb. signif. & in c. periculose, de pœ. dist. 1. Facit optime qđ no. Inn. in c. qualiter & qñ, de accu. vbi dicit, qđ si aliqui testes deponunt de die, vel certis personis, & alij dicant se non recordari de certo die, vel personis, debet præsumi, qđ de eisdem isti deponant, facit d. c. in præsen
7 tia, de prob. † Irē no. qđ pbatio vnius partis dubia, clarificatur ex confessione alterius partis. Ex hoc sume limitationem ad dictum Inno. in c. cum ptingat, de offi. deleg. vbi dicit, qđ dicta testium obscura non releuantur per confessionē, seu articulū per partē formatū. Dēt. n. intelligi in confessione ppria, quæ nō pdest consitenti. 14. q. 2. in prin. Et pbatur clare dictū Innoc. in c. in pēsentia, de prob. Secus in pfessione alterius partis, q̄ valet Ƶ eam, vt hic. Et ex hoc, & ex tex. no. qđ vbi ad probandū vnū totū, vel quid certū, inducuntur testes, non est necesse, qđ testes deponāt super toto, sed satis est, quod ex dictis omnium testium, c & partium confessione eliciatur id, qđ erat necessario pbandum
8 vt hic notanter probatur, facit ad ea, quę dixi in c. licet ex quadam. sup. de testi. † No. & tene menti, quia ad hoc allegatur quotidie iste tex. qđ iudex pt vsq; ad sniam, & sic post pclusionē, partes interrogare ad clarificanda dubia d circa merita causæ, ēt si
d cedat ad vtilitatem priuatam Inn. tamen in addi. limitat hoc singulariter, qñ interrogat circa dubia eorum, quę acta sunt an
e te conclusionem, de alijs vero q̄rere non posset, refert tn̄, qđ alij
e Ƶ Potest tamen dici, qđ vbicūque e equitas mouet eum, potest interrogare, vt in l. vbicunque, ff. de inter. actio. & c. iudicantē. 30. q. 5. Et intellige prædicta in iudicijs ordinarijs. Nam in summarijs interrogabit testes partis, etiam ad instātiam, fm gl. no.
9 in ele. sæpe, de verb. signif. in verbo, interrogabit. & facit ibi tex. per locum à speciali. † Item in vltima parte, nota, quòd sententia pt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. Et nota qđ in causa appellationis snia est confirmatoria, vbi bene fuit iudica
10 ta, & infirmatoria, seu retractatoria, vbi male, & pt exprimere, si vult causam retractationis, & confirmationis in sententia. Et ex hoc, & ex tex. no. qđ iudex appellationis nō tenetur simpliciter pronunciare male, vel bene fuisse iudicatum, sicut innuere vr tex. in c. vlt. 2. q. 6. sed potest distinguere, & verba dispositiua proferre, facit c. cum causam, de re iu. & qđ no. Bar. in l. cū apud. fi. iud. solu. & hęc sufficiant ad superficialem declarationē tex.
11 † Venio nūc ad gl. & quæro cum gl. 2. quid si venditio pura fuit facta, nunquid iuste condemnasset iudex ad rem vacuam tradendā Rñdet, qđ sic. No. bene in hac gl. q̄ satis bene iudicio meo pbat, maxime iuncto tex. in fi. vbi ponuntur verba papæ, empto rem posse rem emptam præcise petere, & ita venditorem esse condemnandum. nec est opus petere interesse. Hoc pro tanto dico, quia iura in hoc ciuilia varie loqui videntur, ac etiam scribentes in l. 1. ff. de act. empt. & l. exempto, & in l. si traditio, C. eod. & vtrobique per Bartol. plenissime per eundem in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbo. obliga. Quidam enim volu
erunt, qđ sufficiat præstare interesse, vt in l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iu. Et p hoc intellectu vē facere d. l. 1. & l. si traditio, & vē
12 delle gl. d. l. 1. Sed Mar. antiquus glossator iuris ciuilis tenuit primum. l. venditorem præcise teneri, rem venditam tradere emptori, si illam habet, & p eo multū bene facit d. l. exempto. Sed fm Host. ius canonicū vē adhærere opi. Mar. vt patet hic, & in c. per tuas, de arbi. & c. r. de pact. & c. 3. eo. tit. & 1. q. 1. c. g studet. Inn. in c. cū olim, de cēsi. in prin. tenet, qđ ad rē vēditā bn̄ agit, qa res est in obligatione, vt in d. l. exēpto. Sed liberatur vēditor satisfaciendo de interesse, & sic cōcordat. l. 1. cū d. l. exēpto. Sed prima op. vē communior, vt præcise compellatur rē tradere, si facultatē habet, alias tenetur ad interesse, q̄ cōiter sequūtur doct. hic, & Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur, & Arch. in d. c. q studet, Ioan And. in addi. Spe. in tit. de empt. & vend. §. 1. vers. in anterioribus. vbi dicit, qđ si hēt facultatē rei tradendæ, cōpellit ad rē tradendā. Si vero dolo, vel culpa desiit habere, agitur ad interesse. si aūt non hēt sine dolo, & culpa, tunc ad neutrū tenetur. Ego allego ad hoc gl. fin. q̄ præcise facit omnia hæc mēbra, insti. de emp. & ven. §. pretiū, in verbo, tradatur. & optime ibi facit tex., p hac opi. & intellige iura Ɔria fm distinctionē pcedentē. Et vt habeas subtilius hanc materiā, scias, qđ aut qs obligat ad dandū, & pcise cōpellitur, li pt. l. vbi. §. fi. ff. de verbo. oblig. Aut obligat ad faciendū, & regulariter in obligatione hominis succedit obligatio ad interesse, vt in l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iu & hoc, quia videtur quædam species seruitutis, si præcise compelleretur facere, vt no. Bar. in d. l. stipulationes nō diuiduntur, vbi plenissime videas de hac materia. Est & tertia species obli
f gationis, f. rē tradi, & in hac aut obligatur ex Ƶctu f emptionis, & præ

ADDITIONES.

a Vbi testes. Vide do. Ias. in l. 2. colum. 3. ver. not. ex ista decisione. C. de bo. pos. fm tabu. vbi meminit huius tex. & Alex. in consi. 134. in 2. vol. Seba. Sapia.

b Concordari. Facit qđ dicit Bald. in d. l. 2. C. de bon. pos. fm tabu. Et nunquam obliuiscaris, qđ testes deponant super testamento, qualiter talis testator coram septem testibus fecit testamentum, in quo talem instituit hæredem, & quilibet testis particulariter deponit se fuisse præsentem tali testamento, interrogati de contestibus, qui & qnot essent præsentes, dicunt, qđ non recordantur, qđ tñ tales testes plene probant testamentū, & præsumuntur oēs fuisse contestes. Quod dictum reputat ibi Pau. de Ca. multū no. & quotidianum. Idem tenet ibi do. Alex. & in consi. 279. inci. ponderatis, in pen. col. ex hoc dicto Bal. elice, qđ si testes cōcordant oēs in dicto super quo deponūt, licet aliter nō appareat qđ oēs eodem tpe fuerint præsentes, tñ in dubio præsumuntur cōtestes, & de eo. actu deponere Et idē tenet Bal. in l. de qbus. ff. de le. in antep. col. & do. Alex. in præl. cōs.

Adde Ang consi. 2 24.

& exemplum Salomonis, qui ex ſola præſumptione iudicauit inter illas mulieres meretrices contendentes de filio. & vide latius hanc hiſtoriam in Biblia in loco præall. Caſus literal. Cum duæ mulieres eſſent ſimul in vna domo, & vtraque haberet filium paruulum infantem, contingit, quod alter filius mortuus eſt, & illa, cuius mortuus erat filius, accepit filium viuum alterius, & filium ipſius mortuum poſuit latenter ad latus illius, cuius erat filius viuus. poſtea illæ duæ mulieres cœperunt contendere inter ſe, illa, cuius filius erat viuus, petebat filium ſuum ab alia. Illa autem reſpondit, filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Alia reſpondebat econuerſo. acceſſerunt ad Regem Salomonem, & cœperunt contendere coram Rege. Cum illa, cuius filius erat viuus, non poſſet probare, dixit Rex: Afferte mihi gladium. Allato gladio, ait; Diuidite infantem viuum, & date dimidiam partẽ vni, & dimidiã partẽ alteri. Illa, cuius filius erat viuus, dixit: Domine date illi infante viuũ, & non occidatur. Ecõtra illa alia dicebat; Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Tunc ait Rex: Date, ſcilicet ei, quæ nolebat eum diuidi, infantem viuum, hæc eſt mater eius, & ita Rex ad hanc præſumptionem tulit ſententiam rectam. B.† No. quod exemplis Principũ approbatis rectè iudicare poſſumus. a & ſic limita l. nemo. C. de ſent. quæ dicit legibus, non exemplis iudicandum. vide ad hoc gl. no. in c. fi. 20. diſt. Et ex hoc, & ex tex. no. quod exemplis veteris Teſtamenti licitè iudicamus, maximè ſi ſint diuina, vt in c. qualiter, & quando. 2. de accu. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. No. q licitum eſt iudici cauſa veritatis explorandæ, aliquid ſimulare, & fingere ſe aliquid facturum, quod in veritate facere non intendit, ſicut fecit hic Salomon in prin. ad hoc bo. tex. cum glo. 23. q. 2. c. dominus. & facit iſte tex. pro iudicibus, qui ad terrorẽ incutiendum duci faciunt reum ad locum tormenti, licet non habeant animum torquendi, ſed cauſa veritatis inueſtigandæ No. arg. quod in dubio poteſt iudex rem deductam in controuerſiam diuidere inter litigantes, & facit ad ea, quæ dixi in c. liquet, de probat. Sed hoc procederet, vbi res commodè poſſet diuidi, & probationes hinc inde eſſent omnino pares quod poteſt de facili contingere in interdicto, V ti poſſidetis, cum ambo pariter probant poſſeſſionem. Sed in caſu noſtro nõ potuiſſet de iure hoc fieri: tum quia res, ſcilicet puer, erat indiuiſibilis, tum quia probationes non erant per omnia pares, imo alterra mulier, quæ ſubtraxerat filium alterius, erat in poſſeſſione, & alia nil probabat. Sed Salomon illa verba dixit tentatiuè. vnde iudex non debet eſſe facilis ad diuiſionem, ſicut faciunt ruſtici, & contra illam ſententiam ruſticorum, vide quod leg. & no. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. No. quod ex dilectione, & pietate præſumitur pro paternitate, vel filiatione. Et ex non pietate in filios, præſumitur contra paternitatem: nam, vt dixit lex, nullus affectus vincit paternum. l. fin. C. de cu. fur. Et alibi dicitur, quod parentes quandoq; magis terrentur in filijs, quam in ſe ipſis. l. iſti quidem, ff. de neg. geſt. No. quod licet vera mater dixerit. Date illi, &c. tamen hæc confeſſio, ſeu litis renunciatio, ſibi non præiudicauit.† Ex quo ſentit Vinc. q ſicut confeſſio cauſa tormentorum facta non præiudicat, niſi detur poſtea perſeuerantia, l. i. ff. de quæſtio. ita confeſſio, ſeu renũciatio facta cauſa pietatis. Sed dic, q ſatis hæc mulier cruciabatur ex timore filij, d. l. iſti quidem. & melius facit, q no. in c. ex literis de diuor. vbi hŕ, q confeſſio facta calore iracundiæ nõ præiudicat.† No. vlt. & tene ſemper mẽti, iudicem poſſe procedere ad diffinitiuam ex præſumptione violenta, etiam ſi præſumptio non probetur, nec allegetur per partes. Sufficit. n. q iudex ex varijs circunſtantijs iudicio intellectus illam præſumptionem percipiat, quanquam pars credat ob probationis defectum in cauſa ſuccumbere.† Ex prædictis, & ex tex. poſſunt multa elici, primo moueri poſſe iudicem ad ſententiam ex cauſa non allegata, vel cogitata per partes. Intellige prædicta, quando præſumptio elicitur aliunde, quam ex facto ipſius, de cuius fauore agitur. ſi aũt præſumptio eliceretur ex facto partis, non deberet iudex ex ſe moueri, niſi allegaretur per partem. Sic intelligo ſing. tex. & quod ibi no. Barto. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Imperator ver. inceſtum, ff. de adul. Et poteſt eſſe ratio, quia cum præſumptio oriatur ex facto partis, ſi non allegatur, præſumitur non vera. Nam præſumptio iuris tollitur per aliam præſumptionem, vt no. in c. requiſiſti, de teſta. in gl. in verſ. præſumitur. quæ ratio ceſſat, quando præſumptio oritur aliunde, & pro hoc vide in ſimili tex. ſecundum inteſſ. Inno. in c. Ray. §. fi. de teſta. vbi iudex fuit motus ex iure non allegato per partem. vnde ſi iudex vidit in iudicio ius competere alteri parti, licet per partem non allegetur, poteſt ſupplere, dummodo decernat deducta in iudicio, quia illa ſunt ſibi nota, vt notoria, quo caſu iudex ſupplet, l. i. & quod ibi no. C. qui, & aduer. quos facit c. cum dilectus, de cõſue. quę no.† Secundo, quod valet ſententia lata ſine probationibus ſufficit. n. q ſubſint præſumptiones violentę, etſi in actis non probatæ. Et pro hoc dico multum limitari gl. in c. Eccleſię S. Marię, de conſti. 2. q. 1. in ſumma, & Inno. in c. tua, propè fi. de coha. cler. & muli. vbi cõiter no. ſententiam non valere ſine probationibus. Debent. n. omnia reſtringi, qñ nihil agitatum eſt in cã, quia tunc præſumitur lata animo non inſtructo, ad hoc, c. cũ ex Iris, de in integ. reſt. 2. q. 1. c. nos in quenquam. Secus autem, ſi aliquid in cauſa eſt agitatũ, licet nullę probationes fuerint factę ex quibus poterat iudex moueri ex aliquibus præſumptionibus, quas ipſe ſolus elicuit iudicio intellectus, vt bene probatur hic, vnde imputandum eſt non appellanti, & ſic intellige no. per Bar. in l. prolatam, C. de ſen. Ad prędicta faciunt no. per Inno. in c. qñ ꝫ de proba. & c. cauſam, de reiud. & qđ ibi no. & in c. præſentia, in prin. de rẽ. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. ĩ qb. iurib. dr̃, q ſi iudex ad vnã ſpecię pbõnis nõ applicat mẽtẽ ſuã, ſed ex ꝓfeſſionibus, depoſitionib. allegationibus, & alijs, q̃ in eius p̃ſentia ponũt, informat aĩ ſui motũ, tũc tãta eſt iudicialis authoritas, vt ſp. q ipſo p̃ſumi debeat, donec ꝫ ipſum aliquid legitimè cõprobet, vt dicit text. in d. c. in præſentia, & c. cauſam. Sed ad vnũ aduerte, ne circa prędicta decipiaris. ſi. n. p̃ſumptio violenta mouet ad ſniam, pterẽdã, facias ſcribi illã in actis, alias ſi appellaretur, & ex actis ſnia nõ iuſtificaretur, licet tu iuſtè fueris motus, iudex tñ ad quem, cui de hoc non ꝓſtat, iuſtè retractaret ſniam, iuxta no. per Inno. in c. qſn̄ contra, de proba. & per doct. in c. in præſentia.† Inducitur præterea iſte tex. per Innocen. & Hoſt. inf. eo. c. quia verifimi le, & Abba. hic, quod quãdo diffinitiua b fertur ex præſumptione violenta. debet iudex multum temperare ſententiam, & maximè ne condemnet, niſi raro, & modicè ad pœnam, nec pecuniariam, nec corporalem, vt colligitur hic ex ſententia Salomonis. licet. n. ex præſumptione adiudicaret vni mulieri filiũ, non iſi voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam iuſtiſſimè erat condemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatum ꝫ eã, quod filium alterius ſurripuiſſet, ſm Inno. ibi, quod bene no. do. Ant. dicit hic poſſe dici, q̃ non agebatur ad pœnam, ſed pro reſtitutione filij ciuiliter. Dic tu, q̃ aut agitur ciuiliter, & regulariter non infligitur pœna, ſiue procedatur ad ſniam ex præſumptionibus, ſiue ex alijs legitimis probationib. vt in c. 2. de ord. cog, & in c. 1. de exce. & l. Lucius. ff. de his, qui no. inf. Aut agitur criminaliter, & conſtat de delicto ex præſumptionib. duntaxat, & tunc aduerte ad validitatem præſumptionis. Si. n. ſunt vrgẽtiſſimæ, tunc põt infligi pœna ordinaria quantuncũque maxima, vt probat in l. ſciant cuncti. C. de proba. canonizata. 2. q. 8. c. ſciãt, & in l. iudicia. C. de rei ven. Pone exemplũ ex his, q̃ dixi in c. tertio loco, de pb. vbi plenius dixi. Aut p̃ſumptiones nõ ſunt vrgẽtiſſimæ, tũ ſunt in tñ violentæ, q̃ põt ferri ſnia ciuiliter, & tunc hẽt locum iſte tex. & in ſumma ſm earum validitatem põt iudex exaſperare ſniam mulctando, vel aliã pœnã infligendo, ad hoc tex. in c. lras, ꝫ. eo. & in c. cõſtitutis, il 1. ſup. de teſti. & qđ ibi dixi. Et de his p̃ſumptionib. vide, q̃ no. gl. ꝫ. eo. c. q̃to, & q̃ ibi dicã.† Gl. oẽs ſunt claræ, & iõ nõ indigent recitatione, excepta gl. ſi. q in fi. ſui quærit, Pone, a q̃ iſtæ mulieres ꝓtendentes de filio, deceſſiſſent lite pẽdente, an vtrique vel neutri, vel cui debebat ſuccedere iſte filius, ex quo vtraq; dicebat eũ eſſe filium? Gl. 1. arguit, q̃ vtrique, arg. ff. de re. du. l. q duos vbi dr̃, q ſi hñs duos impuberes ſubſtituit Titiũ illi, q ſupremus moriet, & ambo ſimul in naui moriũtur; Titius vtriuſq; eſt hæres. In ꝫrium addu cit, quod neutri ſuccedat, ff. de re. dub. l. ſi fuerit, vbi vr̃, quod ſi legat illi ex cognatis, qui primo aliquid fecerit, & ſimul duo faciũt, vel ei, q eſt maior ætate, & duo ſunt pares ætate, vel Sẽpronio amico, & duo ſunt æquè amici, vel ex plurib. ſeruis ciuldẽ nominis vni libertas relinqtur, neutri debetur. Itẽ ſicut ꝓfeſſio non nocet, qñ ponit aliquid impoſſibile, ſm naturam, vt in l. ꝓfeſſionib. ff. de interro. act. ita in caſu nr̃o non eſt iſte audiẽdus volẽs ſuccedere vtriq;, cũ ſit impoſſibile ſm naturã, q̃ habuerit duas matres. Tertio, ꝑpẽ finẽ obſcure ſoluit, ſed mẽs eius vr̃, q̃ debet ſuccedere illi, quę erat in poſſeſſione filiationis, & fuit opi. V in. Sed Lau. hoc expreſsè tenuit per rõnẽ poſitã in ſi glo. Goff. dicebat, qđ ſi puer vtranq; hr̃ditatem poſſidet, hẽt exceptionẽ ꝓpetentem, quis ꝓponat ꝫrium, ff. de excep. l. nemo. niſi probetur, q̃ alterius filius fuerit. Si aũt alius poſſideat vtrãq;, ſi puer vtrãque petit, repellit ſeipſum tanq̃ proponẽs ꝫria. In diuerſis autẽ inſtantijs ꝫ diuerſos auditur, licet proponat ꝫria. C. de inoffic. teſta. l. contra maiores, & poſſibile eſt eum vincere, quamuis iniuſtè ageret, dũmodo non ſit, qui ꝫ id, quod intẽdit, aliquid proponere valeat, C. de tranſact. l. vbi pactũ. Hoſt. dicit, q̃ magis placet ſibi dicta opin. Lau. cum prius animas, demum linguas fieri eruditas oporteat, vt in proœ. ff. §. antepen. in fin. Barth. Brix. in quæſt. quæ incipit, cum duæ &c. dixit eum ſuccedere ei, quæ in poſſeſſione filiationis erat. Si aũt neutra poſſidebat, & vult alteri ſuccedere, oportet q̃ probet ſe illius filiũ. Ioã. And. nihil hic eligit inter has varietates, ſed dicit, q̃ volens dilatare materiam, videat qõnem Iac. de Belui. quam poſuit ſup l. 1. C. quorum bo. in qua quærit de prole, de qua ꝑbabiliter dubitatur, an fuerit primi, vel ſecũdi mariti, & ibi in fine inuenies quod no. Doct. ff. de adi. lega. l. 3. §. ſi duob. Do. Ant. dicit ſe putare, quod ſi vna ſola eſt in poſſeſſione, illius hæreditatem obtinebit, quoad alteram dicendũ, vt in ſequenti membro. Si autẽ neutra eſt in poſſeſſione, tũc dicit diſtinguendum, vt diſtinxit Goff. c. qui optimè diſtinguit, ſecundum eum. Ego in hac quæſtione, tanq̃ conninenti raro, non multum inſiſtam, tamen illa opi. quæ ũr placere do. Aut. mihi non placet, quia incontinẽti, quod immiſcuit ſe hr̃ditati vnius, vr̃ ſe ꝫſtituiſſe verbo, & facto cognouiſſe illam in matrem, & ſic non video, quod in exciendo, vel agẽdo poſſit detinendo, vel poſſidendo hæreditatẽ alterius, dicere ꝫrium, quod eſſet allegando ſe filiũ alterius, vt in c. p tuas, de ꝑb. iuncta l. pro hærede. ff. de acq. hær. vnde placet mihi opin. Lau. & Barth Brix. quam ſentire vr̃ gl. & Hoſt. & credo, quod in caſu, in quo neutra eſſet in poſſeſſione, daret facultãs puero adcũdi alterius hr̃ditatẽ, qa confeſſio in libello facit fidẽ ꝫ confitentẽ. l. cum precum. C. de libe. cau. & quia nominauit cũ filiũ in actu, ꝓportionabili tñ filio, facit Auth. ſi gs liberos. C. de na. lib. ſed electa vna ꝑcludit ſibi viã quoad aliã, licut dicimus cũ duæ actiones ꝫriæ cõpetũt. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de trib. & quod no. Innoc. in c. audiui, de collu.

ADDITIONES.

a Recte iudicare poſſumus. Vide Card. in c. ſanè. 9. diſt. vbi dicit, quod exẽplis eſt iudicandum, quando innituntur rationi. Aliam declarationem tradit D. Ant. & Imo. in c. cum inter, inſ. de re iu. vbi dicunt, quod inter eaſdem ꝑſonas exemplis eſt iudicandum.

b Diffinitiua. Vide Pau. de Caſt. in conſ. 199. incip. viſa inquiſitione, col. 3. in 2. parte ſm memoriã impreſſionẽ. Bar. Vero. in conſi. 6. inci. veritas primi dubij, col. 3. Alex. in conſi. 13. inci. viſo proceſſu inq; ſitionis, col. 2. in 2. vol. S. S.

c No. quod licet ex præſumptione violenta feratur ſententia diffinitiua, non tñ ſententia corporalis. & vltra hoc vide dictum, quod no. Innoc. in c. quia veriſimile, inf. eo. imò videtur ferri ſententia, quia ſi qs ſtetit in excommunicatione propter hæreſim per annum, iudicatur hæreticus per c. excõmunicamus, de hære. & c. cum contumacia, eo tit. in 6. Sed tu ad illa iura reſpondes, prout no. Inno. in c. ſicut il 1. de ſimo. vbi dicit, quod ſpeciale eſt in criminibus exceptis, in quibus per leuia ſigna quis conuincitur, dũmodo illa ſigna ſint plenè probata. Et illud dictum refert Ioan. And. in c. vt officium. §. ſuper. teſtiũ, de hær. li. 6. & ſic tunc, vt ſupradictum eſt, poterit puniri clericus per iudicem prius degradatus, vt dicit tex. in c. excommunicamus, de hær. il 2. & circa hoc vide, & adde, quod ſcribit d. Abb. poſt Car. in c. accedentibus 2. col. de accu. & D An. in c. quanto, inf. eo. & d. Abb. in c. 3. loco, in fi. de procamus. §. 1. quod præſumptio, de qua ibi, non ſolum eſt violenta, ſed violentiſſima, & vide ad hoc Flo. in rub. C. de prob. & D. An. in rub. circa medium, ſup. de proba. & in d. c. tertio loco, in 6. col. & Bal. in l. neque natales, in fi. col. C. de proba. vide etiam. Alb. in rub. C. de prob. & pro iſta opin. quod in criminalibus feratur ſententia ex violenta præſumptione, all. tex. in c. ruſtus. 11. q. 3. Item de hoc pro ea parte etiam arguo. deficiens in probatione habetur pro conuicto, vt hic, & c. de hoc, de ſim. & c. accedens, de acc. cum ſi. Sed quando quis deficit in purgatione condemnatur ex violenta præſumptione, vt dicit gl. fi. ſecundum D. Abb. in c. inſinuatum, de ſim. ergo ex violenta præſumptione profertur ſententia in criminalibus. Sed vide D. Card. in recollectis in c. conſtitutis, il grande, de teſti. Præterea, quod quis condemnatur in criminalibus ex præſumptione violenta, allego caſum expreſſum ſecundum do. An. in c. porrecta, ibi, punias tanquam falſitatis authores, de confir. vtil. vel inutil. ſed qđ doctrina D. An. hic non ſit vera, nec Inno. vt in d. c. quia veriſimile, probatur ſic. nam dolus dicitur maleficiũ, vt dicit Bald. in l. ſ. nunc tractemus, in fi. ff. de tu. & ra. diſt. vbi dicit, quod ſi ſtatutum loquitur de committente maleficium. habebit locum in committente dolũ. Item condemnatus de dolo, dicitur criminaliter condemnatus. probatur, quia condemnatus de dolo, eſt infamis, vt eſt tex. in l. j. §. j. & in l. athletas. §. fi. ff. de his, qui no. infa. quia infamia afficit perſonam, & eam ſequitur, quocunque vadat, ſicut lepra leroſum, vt eſt tex. cum gl. in l. ex ea. ff. de poſtu. Sed de dolo quis conuincitur per coniecturas, vt eſt tex. in c. 2. de renun. li. 6. & in l. filiæ. ff. ſolu. mat. Ergo prima facie doctrina hic tradita per D. Ant. non videtur vera attamen vide quod de hoc ſcribit Pet. de Anch. in reg. ſi mel malus, vt in 5. char. vbi allegat & commendat illud dictum Inno. in d. c. quia veriſimile, & ſequitur etiam idem D. Pet. in ſua repe. reg. ſi de poſſeſſione, lib. 6. Et adde, quod illud dictum Inno. in c. quia veriſimile, ſequitur Old. in conſi. 192. Item adde hic caſum, in quo quis criminaliter damnatur ex argumentis & præſumptionibus, tex. eſt in c. pro humani, circa fi. in verſi. probabilibus conſtiterit arg. quem ad hoc ibi ponderat Do. in 1. & 5. col. de homi. in 6. poſt Hoſt. Et eſt verum, quod tex. in d. c. pro humani, dicit pro babilibus conſiterit documentis. Sed contra dictum Inno. in d. c. quia veri ſimile, fortiter videtur obſtare tex. in c. de hoc, de ſimo. in verſic. in quo ſe fecerint, ſunt tanquam authores tanti ſceleris puniendi, ubi patet, quod ex præſumptionibus quis punitur de grauiſſimo crimine. Solu. dic, quod tex. in d. c. de hoc intelligitur de præſumptionibus iuris, dictum autem Inno. in d. c. quia veriſimile, intelligitur de præſumptione hominis, quæ facilius ſallitur, quam præſumptio iuris. ita no. dicit D. Abb. in c. accedens, in 2. col. de acc. Ex cuius doctrina datur ſingularis limitatio ad dictum Inn. in d. c. quia veriſimile. Item adde, quod vbicunque ex præſumptionibus proceditur ad condemnationem in criminalibus, iſta eſt ſufficiens cauſa minuendi ꝑna à iure pro illo delicto impoſitam, ſecundum materiam. d. l. quid ergo. §. puna grauior, de his qui no. infa. Ita ſingulariter vo. Bal. in d. l. ſciant, C. de epiſc. & cler. Bal. in l. Presbyteri, in pen. col. ver. quod quando, C. de epiſc. & cler.

Adde an ex præſumptionibus violentis quis poſſit damnari. Ro. cõſi. 54. lo. de Ana. conſi. 59. Ale. conſi. 15. 1. li. Cæpol. conſ. 34. & 39. Pau. de Caſt. conſ. 197. in primo impreſſis.

SVMMARIVM.

1 *Per exteriora præſumitur de interioribus.*
2 *Simplicitas, quæ eſt dolo contraria, commendatur.*

CAP. III.

EX ſtudiis. Conuerſatio in adoleſcẽtia facit præſumptionem in ſenectute. Primo ponuntur verba Salomonis in parabolis. c. 20. Secundo ponuntur verba Hierony. illa exponentis. ibi, Quemcunque, & pone caſum, vt in c. præcedentibus, referendo conſultationem ad Papam. Caſus literal. Puer aliquando præſumitur, quod bonus debeat eſſe ex actibus ſuis, quando videmus aliquem puerum bona opera facere, puta libenter audit ſapiẽtes, ſtudet virtutibus, audit mandata Dei, per iſta ſigna exteriora præſumitur, quod bonus futurus ſit. B. No. 1. quod præſumitur habitus a virtutum per earum exercitium. † Nam quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem, & habitum repræſentat, vt in clem. exiui, de verb. ſign. No. ibi; Auditioni ſapientium, &c. quod magnum bonitatis ſignum eſt, audire, & conſulere ſapientes. vnde ait Hiero. ſuper Eſa. lib. 2. Primo beatus eſt, qui per ſe ſapit; ſecundo, qui ſapientem audit. Is autem qui vtroque caret, inutilis eſt tã ſibi, quam aliis, & Tullius. lib. 2. de officijs; Prima commendatio adoleſcentis proficiſcitur a modeſtia cum pietate in parentes, in ſuos beneuolentia. Deinde etiam in optimam partem peruenire cognoſcitur, ſi ad ſapientes & claros viros, & bene conſulentes reipub. ſe contulerit, & cum eis aſſiduus ſit. No. ibi; Maximè ſimplicitate, &c. † qđ ſimplicitas, & humilitas, maxime, inter alias virtutes commendantur. Et intellige de ſimplicitate, quæ eſt dolo contraria, non illa, quæ eſt contraria diſcretioni, de vtraque vide bo. glo. in c. ſi cupis. 16. q. 1. De humilitate vero vide gl. opti. in clem. 1. de reli. do. Opp. & videtur, quod ex operibus virtutum nõ poſſit quis dici virtuoſus, quia poſſunt fieri animo non bono, non autẽ ſatis eſt bene facere, niſi ex bono fonte procedat. 86. diſt. c. nõ ſatis. Hinc dicit glo. in c. 1. de collu. qnod Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum, Glo. 1. vt arbitror, metu contrarij exponit tex. ibi, inteligitur, ideſt præſumitur, quia per exteriora, præſumitur de interioribus, & bene loquitur. Vincen. autem & Abb. ponunt verſus; Intima per mores cognoſces exteriores. Ruſtice, qualis erit bos, ex vitulo modereris. Annus qualis erit, cognoſces tempore veris. Et no. de ſignificato illius verbi, inteligitur, alia ſunt clara. Et in eo, quod glo. 2. allc. dictũ Salomonis, dic vt habetur Prouer. 10. & vide aliud exemplum, ſeu ſimilitudinem de ſagitta emiſſa ad locum deſtinatum, quã ponit idem Salomon Sapientiæ 7. non ſunt alia.

ADDITIO.

a Habitus. Hunc text. ſummat Bald. hoc modo, la ſpina, che deue pungere, pungente naſce. facit ad hoc not. glo. ſi. §. pauonum, in fi. inſtit. de rer. diui. Sebaſt. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Præſumendum eſt pro eo, qui ſe offert iuſtitiæ, & contra illum, qui ſubterfugit iudicium.*
2 *An ſola fuga, uel contumacia ſufficiat ad condemnationem.*
3 *Non ſunt admittendi petentes improbè dilationes, ſed eis iuramentum eſt deferendum.*

CAP. IIII.

NVllus dubitat. Præſumitur contra illum, qui dilationibus ſubterfugit iudicium, & Abb. dicit caſum ponendum per decre. veritatis, de dolo & cõtuma. Caſus literalis. Reus, qui ex aliquo delicto, de quo cõuenitur, ſemper fugit, & nunquam vellet venire ad iudicium, ex hoc ipſo præſumitur ꝫ ipſum. & ille, qui eſt innocens, libenter quærit, vt abſoluatur, nec auſugit, & ex hoc præſumitur, quod ſit innocens. Ber.† No. præſumendum pro illo, quẽ offert ſe iuſtitiæ, ſeu iudicio, & contra illum, qui ſubterfugit iudicium. Primus enim videtur conſidere de iuſtitia, & ſecundus diffidere, pro hoc bon. tex. in c. decernimus. 3. q. 9. Oppo. primo, & videt, quod multi poſſunt dubitare de facto, an foueat quis iuſtitiam, vel iniuſtitiam ex oblatione, vel dilatione iudicij. Solu. metu contrarij, vt arbitror exponit Io. And. tex. nullus dubitat, ideſt dubitare debet.† Oppo. & vr̃, q ſubterfugiendo quis non confiteatur, imò potius oppoſitum eſt dicendum, cum impoſſibile ſit confiteri, ſi petit dilationes. hæc enim non ſunt compatibilia. Soluit gl. ſi. tex. intelligendum de confeſſione interpretatiua. Triplex enim eſt confeſſio ſecundum gl. quam in hoc no. Dicunt tũ Doct. & bene, q hæc confeſſio præſumpta non ſufficit, vt reus ſtatim condemnetur ſuper principali, ſed punitur, quãdoque pœnam patitur grauiorem. C. de iud. l. ſancimus. 11. q. 3. c. ruſtus, & c. quicũque, & de iudic. c. 1. Dic tamen, q̃ quandoque ſufficit ſola contumacia in nõ aſſumẽda purgatione. Habetur. n. tunc pro conuicto, vt eſt caſus no. ĩ d. c. decernimus. præalleg. ſm vnũ intellectũ, de quo tñ plenè dixi in c. veritatis, de dolo, & cõt. & ibi ẽt tetigi, an

Universidad de Deusto
Biblioteca

a sola fuga.[a] à loco iudicij sufficiat ad condemnationem, de quo per Bar.in l.admonendi,ff. de iureiur. & in l.lege Cornel.ff. ad Syllan. vide Io. And.in addi.Spec.in tit.de præsump.§.2.ver.vio lenta. Vide etiam ad prædicta bon.text. in c. cum contumacia, de hær.lib.6.& c.rursus,& c.quicunque.11.q.3. & quod circa illorum capitulorum intellectū dixi in c.1.de iud. Vltimo queritur, an contra istos improbè dilationes petentes, sit proditum aliquod remedium.Host.dicit, quod sic. Cum enim iudex debeat dilationis amputare materiam,C. de temp.app.l.12. potest quandocunque sibi videbitur ab excipiente, & dilationem petente, vel aliud proponente, si habet cum suspectum, exigere sacramentum,quod hoc non proponat malitiosè, de quo hodie est dicendum,vt in c.2.de iura.cal.lib.6.Ego dico, q̄ si vehementer præsumit ℑ proponentem, poterit eum nō admittere, nec curet de appellatione,iuxta no.per Innoc.in c.post electionem,de ꝓcess.præb.& p Io.And.in c.super eo,de app. vbi vide.

ADDITIO.

a Sola fuga.Si vis uidere hāc quæstionem plenissi.discussam,uide Cel. in apost. ad Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra,§.recusationes,nu.3.ver.requiritur ergo,in apost.in uer.quia forensis,ubi nullum, quod credo, singulariū materiam fugæ,aut illius suspicionis concernentium prætermissum est, supra de proba. Zachar.
Sola fuga.Vide Ang.de Are.in tract. malefi.in uerb.fama publi.uer.an fuga faciat indicium,cum multis alleg.per do.Iaso.in repe.l.admon.col.62.uer. assumo ex ordine tertium casum de fuga.ff.de iureiu.Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Tacens,an præsumatur consentire,uel contradicere.*
2 *Si constitutio episcopi est,quod aliqua res non possit uendi sine licentia, & fiat alienatio,quod præsumatur licentia episcopi.*
3 *Si quis ingrediatur possessionem præsente domino, an dominus præsumatur consentire.*
4 *Si actus esi gestus absente domino,& ex postfacto superueniat scientia Domini,an præsumatur ratum habere.*
5 *Ratihabit io potest fieri absente illo, qui actum gessit.*

CAP. V.

NOnne benedicimus. Qui tacet consentire præsumitur.ita summat Io.And.sed hæc summatio est nimis generalis,& ℑ regu.is qui tacet,de reg.iur.lib.6. ideo summo sic.Qui ex duob.illatis alterum negat, alterū affirmare præsumitur.Et primo ponuntur verba Euangelij:secūdo verba Gre.exponentis,seu inferentis ad decisionem q̄nis. Secunda ibi.Duo quippe.Casus literalis. Duo Iudæi disputabant cum Iesu,siue contendebant,& dixerunt Iesu:Nonne benedicimus,quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus,ego dæmonium non habeo. Dicit Gregor.duo illata sibi fuerunt,per hoc,q̄ vnum negauit,de alio intelligitur confiteri tacendo.Ber.No.quod dixi in summario,quanquam enim disputetur,an tacens debeat haberi ꝓ cōfitente,an negante,vt infra plene dicetur,tamen puto,quod vbi duo impingūtur,vel inferuntur alicui,seu proponuntur,vno negato, alterum videt affirmatum,vt hic optimè probatur.Hoc idem sentit Hierony. ℑ Ioan.Episcopum,dicens qui arguitur de pluribus, & in delatione criminum aliquid prætermittit,quicquid tacuerit,confitetur.Facit c.1.de postu.præla.No.quod Christus fuit Samaritanus,idest prouinciæ Samariæ.Quidam vero,vt hic refert Ioan. And.uegant Christum fuisse de Samaria, & tunc expone secūdum Pet.Samaritanus,idest,custos. Nam sic interpretatur illa
1 dictio,Samaritanus.†Oppo.intrando glos.videtur enim, quod tacens debet haberi pro consentiente,vt in regu.qui tacet,ff.de reg.iu.& in regu.is qui tacet,eo.titu.lib.6.vbi dicitur,qui tacet,
a non fatetur,nec vtique negare videtur,&c. Glos. a vlt.multum instat in hac materia,& in effectu tradit duas theoricas. Prima, quod vbi agitur de dominio rerum admittēdo, tacens regula-
b riter non consentit. Fallit rōne vicinitatis, b & melius diceret ibi,proximitatis,vt in l.si seruus cōmunis,ff. de dona. inter vir. & vxo.vbi dicitur: Tres erant fratres,qui habebant seruum cōmunem,quorū vnus,eundem seruum alijs præsentibus & tacētibus donauit suæ vxori.& concluditur valere donationem respectu tacentium.Videntur enim consensisse in eorum præiudicium rōne ꝓximitatis,vt ibi est casus valde no. Sed ℑ hanc regulam superius traditam facit c.si seruus sciente.54.dist. vbi tacens cessante proximitate,habetur pro ꝓsentiente, & agitur de dominio serui amittēdo,ad idem l.fideiussor.§. patet,ff. de pig. Et forsan metu horum contrariorum, & similium,glos. transit hic ad secundā theoricam, quæ vī sibi plus placere, videlicet, q̄ ibi per,phibitionem meam si possum ,phibere,quod fit,& taceo,taciturnitas hī pro consensu.Si vero non possum ,phibere, tūc taciturnitas mihi nō obest.Exēplū, rem alienā qs pōt vēdere,inuito dño,nō tū fit præiudicium dño,sed ipse vēditor obligatur personaliter ad tradendū,vel ad interesse.l.rem alienam. ff.de ꝓhen.emp.Si præsens est dñs,& tacet,non facit sibi præiudicium ratione prædicta,sed rem alienam quis obligare nō potest,qa in obligatione ius constituitur in re.l.rem alienam.ff.de pignor.act.vnde dñs rei ℑdicendo impedit obligationem,ideo si præsens est,& tacet,facit sibi præiudicium.l.si sine,C.ad Velle.Hanc theoricam per hanc rōnem vī sentire expressius glin d.l.rem alienam.& l.si sine.Ioan.And. hic dicit, quod moderni Doctor.legum,dicunt in præiudicium dominorum neutrū fie ri posse,sed in præiudicium ℑhentis sic. Sicut enim valet vendi tio in præiudicium venditoris, & non domini.d. l. rem alienā, ita & pignorum obligatio,vt in l.tutor.§. ℑriam,ff.de pign.act. vbi dī,quod contra pignorantem rem alienam ignoranti, datur pignoratitia contraria. Nec fm illos Doctor. mihi præiudicatur,si me præsente rem meam obligas,per l.sicut.§.non vī.ff. quib.mod.pign.vel hypo.solu.vbi dicitur,quod si dñs rei vendidit rem alteri obligatam præsente creditore,& tacente, nullum præiudicium sit ipsi creditori, cum sciat ius suum, vbique durare.Nec obst.prædicta.l.si sine.C.ad Velleia. loquitur enim inter coniunctos,scilicet cum maritus sciente vxore dat pigneri rem ipsius, tunc enim taciturnitas ipsius habetur pro ꝓsentiente d.l.si seruus,secus inter extraneos, vt in prælleg.§. non videt, nisi taceret dominus in fraudem.l.2.C. si res alie.pig.da. fit. Et dic quod hāc opin.tenet expresse Cyn.in d.l.si sine, licet de eo Io.And.mentionem non faciat, sed loquatur modo prædicto, & sic sentit Cy.quod regulariter tacens non habetur pro consentiente-Hanc tī materiam latius ipse attingit in l.inuitus,C. de procu.Tertiam theoricam ponit Innocen.in c.in genesi,de elect.& glo.sequitur in c.is qui tacet,de reg.iur.lib.6. vbi dī, qd si agitur de re meritoria, & ꝓcupiscibili,racens habetur pro cōsentiente l.qui patitur,ff mand.Si vero agitur de re onerosa,habetur ꝓ ℑdicente,l.si filiusfam §.inuitus.ff. de procu. Hæc theorica licet sit nota,& in multis verificetur, tamen est nimis generalis,vt infra apparebit,do.Anto.videtur,hic apponere quartā, quod tacēs regulariter habetur pro ℑdicente, & ponit aliquos casus fallentiæ.Sed,vt dixi super hoc,sic asserere,est dicere ℑ regulam iuris,de regu.iur.cap.is,qui tacet, quæ dicit, quod tacēs non consentit,nec negat. Et regula præcedens dicit, qui tacet, consentire videtur.Bartol.aliquid ponit in l.quæ dotis causa,ff. solu.matrimo.sed non perfecte explicat iudicio meo,fateor tamen, hoc brocardicum habere fere infinitos sensus, ita, quod omnes casus sub distinctione comprehendi non possunt,sed secūdum factorum diuersitatem, & qualitatem terminādi sunt. Sed vt habeatur saltem in genere aliqualis notitia, dico sic,qd tacens propriè non consentit,nec contradicit,& hoc,quia tacere,tenet medium inter consentire,& contradicere, hoc aperte probat dicta regu.is qui tacet. vnde quandocūque per hoc medium,potest consequi aliquem effectum ab extremis separatum,illum sequitur,nec accedit ad aliquod extremorum, potest poni exemplum in l.1.§.scientiam,ff. de tribu. vbi aliud disponitur,cum expresse consentit dominus contractibus seruī sui,& aliud cum contradicit,aliud vero cum tacet.Cuius diuersitatem vide per glo.in d. regu. is qui tacet.vbi vero non est inuenire effectum huius medij, tunc quādoque sumit effectum vnius extremorū, quandoque alterius, fm varias coniecturas. Nam sicut dicimus in hermaphrodito, qd debeat tribui sexus in quo magis incalescit,l.quæritur, ff. de statu ho. 4. q. 3. cū testes.

ADDITIONES.

a Aliter habuit glo.suam Panor.quia nos,inquit, excipiendo Ber. nisi affinitas aliud inducat,& de uicinitate uerbum nullum.Alex. Lofeus Anil.
b Glo.Verum tacens videatur consentire,hic adde plene.no.per Do. Bart. de Bel.in regu.is,qui tacet,in 6.& quæ latè no.post D.Ant.in c.pen.de ele.Item hic adde elegans dictum Innoc.in c.1.in fua glo.quæ est super ver.obiecta, circa medium,uer.unde dicimus,de his,quæ fiunt a maio.part. cap. vbi dicit,quod si quis de eccl.eligitur ad dignitatem in ecele.& tacet,præsumitur consentire, secus si sit extraneus,quia in extraneo nō sufficit taciturnitas, sed requiritur expressus consensus.Sed illud dictum ibi reprobat Hostien. prout ibi refert do.Ant.in 3.col. uer. per prædicta. Item adde quæ latissime scribit Bald.in §.pen.instit.quib.mod.ius pat.po. fol. Item vide quod notat Doct.in c.2.in fi.de accu.lib.6. Item adde,quod in iudicialib. taciturnitas partis præsentis habetur pro consensu,& sibi præiudicat, vt est textus no.in c.2.de accu.lib.6.facit l.cum ostendimus.§.fi.ff.de fi.tut. De cuius intellectu plenè scribitur, in l.2.in prin.ff.de uerb.obl.hinc pul.dixit Bar.in l. C.de dilat.quod si iudex faciat aliquem actum præiudicialem parti præsenti, pars tacendo sibi præiudicat,ideo debet expresse contradicere,& cere in actis scribi,& hoc præsente parte, & non consentiente,sed contradicente,quod dixit Bar.esse perpetuo menti tenendum,per illum text. qui est ad hoc ualde no.secundum eum,& ita consuetudo obseruat. Hinc est quod licet secunda dilatio concessa actori ad producendos testes propter impedimentum,quod habuit in prima dilatione,iuxta c. ultra tertiam,supra de test.non se extendat, nisi ad illos testes,quos in prima dilatione producere uolebat,ut no.Bar.& alij.in l.admonendi,in 3.col.post Iaco. Bar. de iureiu.per illum tex.uer. quibus solis,&c. Si tamē alij noui testes fuerint recepti per iudicem parte non opponente,plenè probabunt, & debebit ꝓducens obtinere.Ita no.tenet Bal.in l.fi.in fect.antiqua,ff. de fer. quem fert quotidie.Alex.Imo.in l.admonendi,in 6.col.ar.c.1.de restit. spol.
Adde,an tacens, videatur consentire Raph.Comen. consi.142.& 72.& uide ad l.cum ostendimus,Rom.consi.311.Et an taciturnitas inducat cōsensum per Are.consi.14.& quod tacere sit medium inter consentire,& contradicere, vide Pet.de Anch. consi.125.& uide quæ posui in l.quæ dotis, in apost. ad Bar. de Tortis.

stes.§.hermaphroditus,ita dicendum in casu nostro, q̄ tacere sit referendum ad consensum,vel dissensum, in quo magis incalescit,fm varias coniecturas,& facit ad hoc,q̄ no.Dy. in regis qui tacet,& Bar.in d.l.quæ dotis,& in hoc casu sic distingue, quia aut agitur de obligatione personali,& tacens habetur pro ℑdicente.l.filiusfam.§.inuitus,ff. de procur.vbi dī quod si is,q̄ constituitur procurator,est præsens,& tacet, non videtur consentire.Fallit hoc fauore pupillorum in fideiussore tutoris, qui patitur nomen suum scribi,l.4.§.vlt.ff.de fideiuss. tut. Item fallit in c.vno.§.fi.de despon.impub.lib. 6.vbi filius tacens & præsens,obligat ex matrimonio ℑcto per parentes, & hoc inducit ibi fauor matrimonij,& parentum.Hoc enim non procederet in alijs,ēt consanguineis, vt no.Io.An.in nouella. Item fallit,si est contumax in respondendo,habetur enim talis pro ℑsentiēte,vel negāte,quatenus magis vertitur in suum præiudicium, de iura.calum.c.fi. & in c.si post præstitum,de confes.lib. 6. l.de ætate,§.†.qui tacuit,ff.de interrog.act.no.Bar.in loco præall.Itē fallit,& quarto,quando vltra tacere,interuenit aliquis actus po
2 situus, a vt puta recipit scienter literas, quibus constituebatur procurator,vr in cle.1.de procur.vel exhibuit reuerentiā aduersario,tanq̄ Prælato,vt in c.ex ore,de his,q̄ fiunt à ma. parte cap. Aut agitur non de obl'atione personali, sed de alio præiudicio, & tunc si est contumax in respondendo,dic vt supra. Aut non
b est contumax, quia non arctatur aliquo iure ad loquendū, & tunc si tacens b non ꝑt ℑdicendo impedire q̄ agitur,habetur ꝓ ℑdicente, & sic ꝑt intelligi.l.qui vas.§.†.vetare,ff.de fur.& quod legi.& no.in l.Caius.ff.de pig.act.& in hoc omnes conueniunt. Aut ℑdicendo ꝑt impedire, & tūc aut simulat, seu tacet in frau
c dē alterius, & facit sibi præiudicium, c ac si expresse consentiret,in l.2.C.si res ali.pig.da.fu.vbi dī,quod si te fraudulenter tacēte alius rem tuam,tanq̄ suam pignorauit, fit tibi præiudiciū. Aut non constat de fraude, & sunt opiniones. Quidam enim volunt, q̄ regulariter non fiat tacenti præiudiciū, per d.l.sicut. §.non vī,ff. quib.mo.pig.vel hypo.fol.quod voluit Cy. vbi sup. Alij tenent ℑrium,vt gl.hic,& in d.l.si sine, licet aliud sentiat,in d.l.2.Puto, q̄ si constaret,quod non fraudulenter tacuit,haberi debeat pro ℑdicente,quia in dubio non præsumitur quis velle præiudicare iuri suo, & iactare suum.l.cum de indebito.ff. de ꝓba.& in c.super hoc,de ren.facit q̄ not.in l.cum quid, ff. si cert. pet.& ꝑt constare de non fraude per coniecturas, & sic ꝑt intelligi fm alium intellectum,d.§.vetare,& pro hoc, d.l.si sine,C. ad Vellcia. vbi tex.in fine ponderat calliditatem, & commētū mulierum.Et hæc est melior responsio ad illam legē,q̄ dictum Cy.de quo supra.ad idem d.l.2.quæ facit mētionem de taciturnitate dolosa.Sed in dubio crederem præsumēdam fraudem, ex quo est præsens, & ꝑt impedire,& tacet;& sic fraude præsum itum,illum sequitur,nec accedit ad aliquod extremorum, potest poni exemplum in l.1.§.scientiam,ff. de tribu. vbi aliud disponitur,cum expresse consentit dominus contractibus seruī sui,& aliud cum contradicit,aliud vero cum tacet.Cuius diuersitatem vide per glo.in d.regu. is qui tacet.vbi vero non est inuenire effectum huius medij, tunc quādoque sumit effectum vnius extremorū, quandoque alterius, fm varias coniecturas. Nam sicut dicimus in hermaphrodito, qd debeat tribui sexus in quo magis incalescit,l.quæritur, ff. de statu ho. 4. q. 3. cū testes. Prædicta fallunt ratione coniunctionis.nam tunc tacens habetur pro consentiente,vt in d.l.si seruus communis.Hoc vltimū limitat Bar.in prælle.loco,nisi sit coniunctio habens in se reuerentiam, vt in l.1. §.quæ onerandæ, ff.quarum rer.actio non dat.& sequitur D.An.hic,quasi tunc videatur facere non rationē coniunctionis,quia velit consentire,sed potius ratione reuerentiæ,vt in seruo,seu liberto domini,vel in vxore respectu viri. d Sed hoc mihi non placet indistinctè per tex.no.in d.c.vno, de despon.impub.li.6.vbi est coniunctio habens in se reuerentiam,& magis est filius subiectus patri,quam vxor marito. Potest enim ipsum vendere, tempore necessitatis, & tamen ex taciturnitate habetur pro consentiente, etiam in actu, in quo requiritur consensus omninoliber ab omni coactione, vt in actu matrimonij,vt in c.cum locum,de sponsa.Non obst. tex.in d.§.quæ onerandæ,quia tex.loquitur cum limitatione, scilicet quod reuerentia excusabit,si causa cognita prætori liquerit,quod ob reuentiam libertus promiserit patrono &c.vt ibi.Debent ergo esse aliquæ circunstantiæ ad hoc, vt reuerentia excuset, & excludat tacitum consensum, vt quia patronus erat terribilis homo,vel vir erat terribilis vxori; vnde solebat fæuire,& acritet tractare vxorem dissentientem, & non se conformantem suæ voluntati,arg. eorum, quæ Innocen.no.in c.causam matrimonij,de offi deleg.& apertè videtur velle idē Bar.in l.ad inuidiam,& l.metum, C. quod me.cau.& secundū hoc posset solemniter limitari d.c.vnicum, vt filij non habeantur pro consentientibus,si causa cognita constiterit ob reuerentiam paternam tacuisse tempore contractus matrimonij.Dico etiam,quod vbi ex contradictione expressa verisimiliter timetur de aliquo damno,saltem de facto contradicenti infligēdo, q̄tunc tacens non habetur pro consentiente,sed pro ℑdicēte, etiam si daret verba generalia,Pro hoc allego bon. tex. in c. cū veniissent,de Inst.Item fallit fauore cultus diuini,seu religionis, & sub hoc potest optime comprehendi casus,ca.si seruus sciente,54.dist.vbi dicitur,quod si seruus ordinatur, sciente domino, & non contradicente,videtur consentire.Nam in hoc casu subest illa ratio coniunctionis,de qua supra,cum Ecclesia sit mater nostra.12.q.2.c.qui abstulerit.Aut non agitur de præiudi-
c cio c tacentis,sed de re concupiscibili,& meritoria,& haberi potest pro consentiente d.l.qui patitur,ff.manda. & l.si remune-
2 randi.§.si passus,eod.titu.ita tenet Innocen.& gl.vbi supra.† Et possunt hic applicari quæstiones,quas posuit Ioan.And.in regis qui tacet,de reg.iu.lib.6.in Merc.& vna quam posuit in reg. qui tacet,vbi concludit, quod si constitutio Episcopi prohibet alienationem fieri,sine sua licentia,quod si fiat alienatio in eī, videtur consentire,& licentiam dare, & comprehenditur magis sub eo,quod dixi,quando vltra nudam taciturnitatem, interuenit aliquis actus posititius. Prædicta omnia procedunt, quando aliqua coniectura facit præsumi consensum,aut dissensum.Ad hoc,quod legi.& no.in l.2.C.de acq.pos. facit l. quam Tuberonis, ff.de procur. Et vide specialiter circa præiudicium possessionis,quod no.Bar.in d.l.quæ dotis causa.quæ tñ pñt ad
3 prædicta reduci.† Quærit.n.quid iuris,si me pñte aliquis intrat possessionē,seu aliquid capit de reb.meis?& dicit,q̄ aut præcessit titulus,ratione cuius tenebar possessionem tradere,& præsumor consentire,vt in d.l.2.C.de acq.poss.Aut non præcessit titulus talis,& si agitur de magno præiudicio;non presumor consentire,vt no.in d.l.2.facit d.§.vetare.Si vero agitur de modico præiudicio,presumitur consensus,vt in prædicta l. quam Tuberonis.§.sunt quidam, vbi dicitur, quod dominus præsumitur consentire peculio serui,eo ipso qd scit eum habere peculium, & expresse nō admittit,& hoc vltimum potest adduci ad multa;tamen vt dixi, iudex ex multis coniecturis præsumit in alijs
4 consensum,vel dissensum.† Et aduerte,vt habeas perfectè materiam.Nam prædicta procedunt,quando datur patientia tempore actus gesti. Quādo enim actus geritur,me absente, & sciētia ex postfacto superuenit,nunquid videor per hoc actum habere ratum,maximè gestum nomine meo?Glo.in l.quo enim. ff.rem rat.hab.dicit,quod non improbare,superueniente scientia,ratihabitioni par est,quasi velit dicere,quod statim cum sciuit,debuit contradicere;alias videtur consentire. Bart. ibi melius distinguit,quod aut geritur aliquis actus pertinēs ad acquisitionem,& mei commodum:& tunc non improbare, est approbare,vt in l.si absentis,C.si cer.pe.& ibi per gl.& Doct. & hoc casu potest procedere illa gl. Quandoque geritur actus concernens meum præiudicium:& tunc aut superuenit simplex scientia,& tunc non approbare,est improbare,vt l.procurator,in fi. eo.tit. ff. rem ratam haberi. Aut interuenit scientia cum aliquo actu, vt cum receptione literarum,vel instrumenti,vt quia dominus recepit literas,seu instrumentum de actu gesto, & tunc non improbare,est approbare,vt l.si filius.ff.ad Mace. facit cle. 1.de procur.ff.fur.aduersus nau.l.1.§.fin.Prædicta fallunt secundum eum,in l.fi.ff.qui & à quibus,& in l. in sponsalibus. in fin. ff.de sponsa.† Vtrum autem quis possit habere ratum parte absente,Bar.in loco præalle.tenet quod sic,alle.no.in l. Pompon.
5 scribit,ff.de nego.gest. & per hoc habes declaratam, & ampliatam materiam huius c.

ADDITIONES.

a Actus posititius.Vide Abb.in c.cum virum, in 3.no. infra de regular. Bartol. Vero.in caute.24.& Matthæ.in no.22.inci.no.mirabilem modum, & Feli. in præc.huius libri,col.6.ver.secundus casus. Seb.Sap.
b Si tacens.Vide D.Iaf.in l.fi fundū per fideicōmissum,col. 3.ff.de leg.1. Se.Sa:
c Præiudicium.Vide Bal.in l.suus hæres, C.de repudian.hæredi,vbi dicit,quod quando quis simulat non audire,præiudicat sibi, ita vt habeatur pro consentiente. Seb.Sap.
d Respectu uiri.Hanc opi.tenet Ale.in l.interpositas,in ult.col.C.de transact. & in d.l.quæ dotis,ff.so.ma.ubi etiam D.Iaf.idem tenet,reprobata opi.Bar. Seb.Sapia.
e De præiudicio.Vide Ab.in c.in causis,col.2.& in c.quia propter, in prin.col. 6.supra de ele.& in c.2.ubi limitat hoc,inf.de his,quæ fiunt à præla. sine cōsen.capi.And.de Iser.in c.j.qui.mod.feu.amit.in usib.feud.Gemi.in c.ficut, post gl.3.de ele.in 6. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Commissio officij an censeatur realis,vel personalis,& sic an censeatur electa persona,an dignitas.*
2 *Legatus ex quo gerit vices Papæ,an possit extendere manus circa quæ potest papa?*

CAP. VI.

MAndata cœlestia. Ex præteritis præsumimus circa futura. Quatuor facit. Primo præmittit exordium. Secūdo subdit narrationem, ibi: Proinde. Quam tertio determinat ibi. Quas non loco. Quarto rationē subiungit, Quia. Casus lite. D. Papa commisit officium legationis super omnes ecclesias Siciliæ Maximo Episcopo, nō loco, sed personæ illius episcopi, confides de eo, quod ex transacta vita illius dicit, quid de subsequenti cōuersatione ipsius præsumere possit, præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittens, quod dum onera sua cum fratribus partitur, mandata cœlestia gerere comprobatur. B. No. 1. quod efficacius geritur, quod a pluribus explicatur. Item, quod prælatus debet ꝓcurare, vt secũ habeat coadiutores in officio, vide ad idem bon. tex. iij c. fi. de offic. Archipresby. No. ibi, Onera. quod officium etiã papale est onus. Alibi autem appellatur summa dignitas. 40. di stin. c. 1. quinimo etiam episcopatus appellatur culmen dignitatis, vt in c, pen. de præben. Sed dic, quod principaliter est oneris omnis dignitas ecclesiastica, vt in c. qui episcopatum. 8. q. 1. Vnde Christus dixit Petro, faciendo ipsum Vicarium suum: Pasce oues meas, de elect. c. signifi, & sic vsus est verbis denotantibus laborem & ministerium, & nõ sapientib. factum superbiæ & dignitatis. Fatendum tamen est, quod respectu huius exercitij, & contẽplatione illius, cuius vices gerit, debetur sibi honor maximus, de quo vide per Arch. in d. ca. qui episcopatum. No.

a ibi, Vices, quod legatus Papæ dr̃ gerere vices Papæ, a hinc dicit glo. no. in c. quæ de causa, 2. q. 5. ꝙ debet honorari, vt Papa, arg. bo. in c. pen. 93. dist. No. ibi, Quia nõ loco, &c. quod legationis officium, quãdocũq; ꝓceditur certo loco, seu dignitati, exercẽdum tamen per præsidentem in illa dignitate, & talis dicitur legatus natus, vt in c. 1. & c pen. de offic. leg. vbi de hoc. Quandoque conceditur persõæ, vt hic, & sic sequitur persõam, & extinguitur cum persõa, vt in regula priuilegium, de regu. iur. lib. 6. No. quod ex bonis actibus præcedentibus præsumitur de vita futura, & in hoc vltimo facit iste tex. ad tit. Et ideo, vt reducas decre. ad titulum, potes ponere casum in terminis, referendo consultationem ad Grego. authorem huius compilationis. Nam quærebatur, an ex præteritis sit præsumendum circa futura, & Grego. pro solutione inducit authoritatem Gregor. qui scribens Maximo Episcopo, dicit vt habetur in tex. ex quo colli

1 gitur solutio quæstionis ad partem affirmatiuam. † Sed quæro pro intellectu literæ, quid si Papa in commissione huius officij, non fecisset illam protestationem, quod committebat non loco, sed psonæ, an ꝓmissio fuisset realis? dicit Io. An. quod nõ, & hoc, qa scribebat expresso nomine psonæ. & remittit ad Spe. de instru. edi. §. nunc autem, ver. quid si Papa, & ad id, quod hr̃ in reg. priuilegium, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. do. Card. tenet hic ℨrium, quia exprimebatur etiam hic nomen appellatiuũ. Item quia dicendo ℨrium, protestatio fuisset hic superflua, qđ non est dicendum in Principe, ar. 19. dist. c. fi Romanorũ. Ego dico primũ dictũ verius alia rõne, q̃ moueatur. Io. And. & primo, quia ad ꝓsiderandum, an sit contemplata dignitas, an persona, debemus prius recurrere ad coniecturas, quam ad expressionem nominis proprij, vel adpellatiui. Hoc probatur in c. requisiti, de test. No. idem Io. And. in reg. priuilegium, in Merc. vnde, si ex coniecturis videtur contemplata persona, præsumitur dispositio personalis, etiam si solum nomẽ appellatiuũ fuisset expressum, vt leg. & no. in d. c. requisiti. Sed ex verbis huius cõmissionis apparet satis psonam, & nõ dignitatem fuisse ꝓtẽplatam, vt patet ex illis verbis. Quia ex trãsacta in te vita, &c. q̃ verba ꝙueniunt nõ dignitati sed persõæ. Ex quo infero, quod etiã si solum nomen appellatiuum fuisset hic expressum, nihilominus ꝓmissio fuisset psonalis. Secundo moueor, quia vt patet in suprascriptione, fuit expressum vtrunque nomen, sed propriũ per prius, vnde posito, quod omnes cõiecturæ cessarent, & sic res esset dubia, tñ ex quo nomẽ ꝓprium fuit primo expressum & persõa erat nota scribenti, videtur persõa & non dignitas cõtemplata, vt optime probatur in l. si communis seruus. ff. de stip. ser. iuncta l. qui habet. ff. de tute. vult glo. in l. cum ita datur libertas. §. fin. ff. de condi. & demon. & de materia vide in c. qm̃ Abbas, de offic. deleg. Venio ad gl. & quæro de quibus mandatis cœlestib. loquitur hic Papa? Respondet glos. i. quod de illo, Alter alterius &c. Sed ego non credo glo. verum dicere, quia illud non refertur ad iniungentem onus, sed ad eum, qui debet onus alterius subire. Papa autem hic loquitur de se. quare arbitror, quod Papa loqtur hic de mãdatis cœlestib. sibi tanquã vicario, factis circa pascẽdũ populum Dei. Nam efficacius adimplet, assumendo multos ad hoc ministerium, iuxta illud Euangel. Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam 23. dist. c. 1. Secunda glo. colligit arg. de officijs partiendis, vt officia committantur singulis persõis. Oppo. in ℨrium de multis iuribus,

2 sed expedias hunc art. vt dixi in c. ex literis de prob. † Gl. 3. quærit, ex quo legatus gerit vices Papæ, nunquid potest extendere manum ad omnia, quæ potest Papa? Respon. glo. quod nõ, qa non potest attentare ea, quæ Papa in signum vniuersalis dominij sibi reseruabit, vt in c. quod translationem, de offi. leg. & sic sentit gl. quod reliqua non seruata possit legatus attentare, qđ clarius renet glo in d. c. quod translationem. Quod dictũ ego non puto verum, quia nullo iure probatur, imo potius probatur contrarium in d. c. dilectus, il 1. de præbend. vbi patet, quod nõ potest dare ius ad vacatura beneficia. Et colligit ibi gl. quod

b contra Conciliumb generale, legatus non dispensat. Ad idem vide glo. in c. fi. de hæret. lib. 6. quę dicit, Legatum non posse cõ

mittere causam tractandam simpliciter, & de plano, sine strepitu, &c. quia esset tollere ius superioris. Et idem Specu. quod non potest, in titu. de leg. §. superest, ver. sed nunquid potest cognoscere, & alibi dicit idem Spec. quod non potest legatus supplere defectum commissum in contractibus vel in iudicijs, vt ipse not. in titu. de lega. §. nunc ostendendum, ver. 44. & in eo. ver. legatus, ponit vnum dictum generalius, & notabilius, dicens legatum non posse omnia, quæ sibi sedes Apostolica specialiter non reseruauit, si illa sunt ardua, sed sunt ad Papam referenda, facit glos. not. in c. sicut, de sen. excom. & vide ad hoc, quod latius dicam in c. fi. de confir. vti. vel inuti.

ADDITIONES.

a Vices Papæ. Vide Rom. in consi. 131. inci. prima. Bar. in l. si filius cũ allega. per Fel. hic, & per Dec. in c. sanè. in 1. no. sup. de offic. deleg. & per Fel. in c. cum olim. 2. supra de offic. deleg.

b Concilium. Adde quando possit, Rom. consi. 325.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens de facto vicini, & in causa scientiæ dixit, quia vicinus probat.*
2 *Qui dicantur uicini.*
3 *Allegans ignorantiam contra præsumptionem scientiæ ob uicinitatem, an admittatur.*

CAP. VII.

Vuosdam. Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini. h. d. Et ponit casum Abb. quod fortè isti, quibus scribitur, petebant prębendas ibi, & erant ibi vicini, quos Papa voluit exaudire, cum terra ipsa satis oppressa esset a Tartaris, quod ipsi vicini melius scire debebant ratione vicinitatis. Casus literal. Hoc capitulũ, & duo sequentia per se patent. B. No. primo duo, quibus patria vastatur, mortalitate, scilicet, & languore. Not. 2. ꝙ tanto quis subtilius præsumitur scire factum alterius, quãto

1 vicinior est. † No. quod quis præsumitur scire factũ vicini sui. a

a Ex quo infertur, quod si testis deponens de facto vicini, inter-

b rogatus de causa scientiæ, respondet, quia sum vicinus, b propter hoc, quia concludit præsumptiuè præsumptione iuris, de quo

2 Bar. in l. 1. ff. si cert. pet. † No. quod dicuntur vicini hi, qui sunt de diuersa patria, non multum abinuicem distantes. Ex quo puto limitandum dictum Bar. & aliorum. in l. si tertius vicinus, ff. de aqua plu. arcen. vbi dicit, quod ille dicitur vicinus, qui alta voce clamando potest audiri. Nam debet intelligi, quando tractatur de vicinis eiusdem loci & tunc potest dici vicinus a vico, quia sunt eiusdem vicinię, seu strątæ, secus vbi tractatur de vicinitate respectu locorum: nam tunc possunt dici vicini, si nõ multum eorum loca distant abinuicem, vt hic, & in c. sed & cõ

3 tinuo, de pœn. dist. 1. † Glo. 1. quærit, an cõtra hanc præsumptionem admittatur dicens & allegans ignorantiam? Respondet, quod de facili non admittitur, alleg. iura. Ego dicerẽ, quod factum est notum in loco, & præsumitur illius habere notitiã, nec de facili audiret probando contrarium, & hoc casu loquitur iura. alleg. in gl. Puto tamen, quod vbi non agitur de grauitamentum, vide ad hoc glo. in c. propoſuisti. 32. dist. & quod

iste

ADDITIONES.

a Vicini sui. Vide latè per Fel. in c. literis, inf. eo. nide Bal. in l, is põt, col. 5. vnde videamus. ff. de acq. hær. ubi uult, quod uicini nõ præsumantur scire facta vicinorum, nisi prius constet, quod erat fama in uicinia, quod dictũ fegit ibi Aret. & multũ cõmendat, sed reprobat ibid. do. Alex. & do. Ias. fed dictum Bar. saluac Soc. in l. 1. col. 6. ff. si cert. pet. Seb. Sap.

b Vicinus. Hinc dixit Ang. in §. hinc nobis, in Auth. de hære. & Fal. in 1. col. q. paupertas & diuitiæ melius ꝓbantur p uicinos, quã per alios, vt ponit glo. in l. 2. C. qñ fisc. vel pri. per quam glo. dicunt Doct. quod si testis interrogatur, an Titius sit pauper & respondit, quod sic, interrogatus quomodo scit, dicit quod est suus uicinus, quod ratio sua concludit, & probat pauperta, uel diuitias. Alle. etiam Bar. ita tenere in d. l. 1. ff. si cert. pet.

Adde qualiter probetur paupertas. pulchre Rom. consi. 245. & allegani pertatem incumbit onus probandi, ut per eundem consi. 163.

De uicino, an præsumatur scire facta uicini, & maximè circa habilitatem, vel bonitatem, paupertatem, uel diuitias, dicas, quod sic, ut dixit Ang. in Auth. de test. in §. 1. in fi. Et intellige, quod hic non scit uicinus per ueritatem ex sensibus corporis, sed per famam, & uehementem opinionem, secundum do. Alex. in d. l. 1. in 10. col. ff. si cert. pet. Et ideo dixit Bal. in l. 1. §. cum igitur, in 6. col. C. de iu. deli. quod adeo præsumuntur uicini cognoscere uicinos, & scire eorum facta, ut sufficiat, quod notarius conficiens instrumenti, apponat testes uicinos, dicens præsentibus uicinis, & uide Bal. in l. conuenta lam, in 2. col. C. de epis. & cler. ubi dicit, quod est sufficiẽs ratio, dicere iste, quia uicinus sum. Etiam dixit Ang. in loco hic alle. & adde, quod testis deponens de hominis bonitate, uel malitia, dicitur reddere sufficientem rationem, si dicat scio, quod est bonus, uel malus, quia pluries experti sumus, qđ quod uide Ang. in Authẽ. de mona. in §. 1. in uer. & hoc facit ad quæstionẽ, & in Auth. de Ian. epis. in prin. & in §. fi quis. Tamen aduerte, quod nõ sufficerent duo testes ita deponentes, sed requirerentur plures secundum Angel. in Auth. quo opor. epis. in §. quãta igitur, & quomodo probetur pauper tas, & cui incumbat talis probatio, uide late per Rom. & Lanf. de Orta. post cum in l. § constante. in prin. ff. fol. mat. Ant. Fran.

iste tenebatur ex officio suo inuestigare, & præsumitur scientia ad hoc, c. innotuit, & quod ibi no. de elect. Aut non tenebatur indigare ex officio, & creditur sibi ignorantiam alleganti, arg. in reg. præsumitur ignorantia, de reg. iu. lib. 6. in glo. fin. de hac materia dic, vt plene dictum fuit in c. pen. de iura. calum. & vide gl. in c. 2. de testi. lib. 6. & in l. 2. de iur. calum.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, potest, non semper importat necessitatem, licet præcedat negatiua.*
2 *Quid sit præsumptio iuris tantum, & iuris, & de iure, & quomodo cognoscatur, & quid sit opinio.*
3 *Qua dicat ꝓsumptio his, quæ an ꝓbet, iudex arbitrabit, & simale appellet.*

CAP. VIII.

Vanto, & infra. Præsumitur notum vicino loco, quod est notum in re moto. h. d. Et pone casum literalẽ f̃m Io. Forte enim Papa reprehẽdit Epm de negligentia circa correctio nem delicti subditi suicuius clamor ad ipsum Papã peruenerat: & quia Eps allegabat in hoc ignorantiam, Papa sibi scripsit, vt

1 hic hr̃. No. primo. arg. a maiori, de quo de ele. c. in cunctis. † Op. ℨtex. in eo, quod dicit, non potuit nõ peruenisse ad istos, q̃ erãt in loco vicino, ex quo peruenit ad Papam, qui erant in loco remotiori. Nam sępe videmus oppositum, ꝙ multi de loco remotiori sciunt, quod pleriq; viciniores ignorant. Metu ℨrij gl. 1. ex ponit, non potuit, idest præsumitur non potuisse. Admittit tñ probatio in ℨrium, sicut ℨ aliam iuris præsumptionem. Ita dicit hic no. gl. in sui prin. Ex qua iuncto tex. no. qđ verbum, Põt, non semper importat necessitatem, licet præcedat negatiua. Cuius ℨrium dicit gl. in reg. 1. de reg. iu. lib. 6. Sed dic illud procedere, nisi resultaret absonus intellectus. Tunc n. importat præsumptionem, vt hic, qđ diligenter no. qđ facit ad cõem vsum loquẽdi ad dictum testis. Contra prædicta, gl. opp. de c. fi qui clericorum. xj. q. j. vbi vr̃ probari, quod ℨ præsumptionem iuris, nõ ad mittitur probatio in ℨrium, & non soluit. Io. An. dicit, quod ibi soluitur. Forte hoc dicit, quia glo. ibi dicit quosdam dixisse, qđ ibi est præsumptio iuris, ℨ quam non admittitur probatio, qua si illa præsumptio sit iuris, & de iure. Ego dico, quod ille tex. nõ repellit probationem ℨriam, sed excusationem partis ℨ veram probationẽ, sicut in simili fit in c. ad nostram, de prob. Vlt. gl. q̃rit, an præsumptio sufficiat ad condemnationem? Et rñdet distinguendo tres species præsumptionis. Nam quędam est temeraria, & hęc repellitur: quędam probabilis, & hęc inducit quandoque expugnationem, quædam uiolenta, & hęc inducit qñque sufficientem probationem ad sniam. Et aduerte, quia glo. non declarat, ibi, qñ sufficiat ad purgationem inducendam, vel ad sniam. Nec declarat, qñ probabilis dicatur, & qñ temeraria, vel violenta. Io. And. ẽt transit ponendo solum quædam dicta Inn. in c. quia verisimile, inf. eod. tit. vbi vltra ea, quæ dñr hic, dicit, quod est præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in ℨrium. Item iuris tñ, cui statur, donec ℨrium sit probatum. Probabilis vero, qñque inducit semiplenam probationem, de sen. exc. c. inquisitioni, de restit. spol. c. olitè. Qñque sufficit ad purgationem indicendam. 2. q. 5. c. presbyter si. & inf. de purg. c. si quis de gradu. Qñque requirit probationem ℨ se, fi. quod met. cau. l. non est verisimile. Qñque nullam probationem ℨ se admittit, nisi fama, vel alia circunstantia sit ℨ ipsam, vt in Præalleg. c. quia. Qñque refundit probationem in reum, C. de prob. l. siue. & de hoc, infra, vt eccle. bene. c. vno. Q̃q; secum adducit sniam. inf. eo. c. illud. & c. literas. sup. eo. c. afferte.

Item in effectu do. Ant. hic. Item quod glo. hic, no. gl. in c. 1. & 2. 2. q. j. & c. oues. 6. q. j. & in c. dixit. 32. q. j. ibi tñ glo. vtitur verbo, Suspicio, & vr̃ velle, quod idem sit præsumptio, & suspicio. Specialius attingit, eo. tit. §. 2. a prin. vsque ad fi. dicens inter cætera, quod licet cõiter assignentur tres præsumptionum species, vt hic per gl. ipse tñ addit quartam, videlicet necessariam, & appellat illam necessariam, quæ non admittit probationem in ℨriũ, quæ magistraliter appellatur præsumptio iuris, & de iure, & sic ponit quatuor species præsumptionis, t. temerariam, probabilẽ violentam, & necessariã. † Ego aũt, ne laboremus in incerto, lafius & clarius attingendo materiam, dico, quod multa reperiũ tur vocabula in hac materia, a vt indicium. l. indicia, C. de rei vẽ di, & dixi in c. tertio loco, de prob. Argñ, vt ĩ c. forus, de ver. sig. Suspicio, vt in c. semper. 2. q. 1. & in c. dixit. 32. q. j. & l. absentem, ff. de pœn. Opinio, vt colligitur in l. 3. §. ciusdem. ff. de testi. per Bar. in l. admonendi, ff. de iureiu. Prẹsumptio temeraria, de sen. exc. c. inquisitioni. Præsumptio nõ modica, vt in c. sup eo, de te

fi. Præsumptio, ꝓbabilis, vt in d. c. inquisitioni. Præsumptio vehemens, vt in c. literis, inf. eo. Præsumptio violenta, vt hic in gl. quæ idem est, quod vehemens, jvt in c. cum ꝓtumacia, de hære. lib. 6. & d. c. literas: sed ignoramus, qñ dicatur probabilis, vel violenta: &c. Ego prius attingam præsumptionem iuris, sed ho minis. Circa primum aduertendum, qđ qñ ius disponit, aliquid statuendo super certo, quod tñ in se non est verum, illa appella tur fictio. Exemplũ in l. vna, C. de rei vxor. act. vbi ius fingit mulierem dotem sibi fuisse stipulatam, quæ in veritate non fuit sti

pulata, & hoc facit ius. Qñq; in fauorem alicuius, & de hoc ibi in gl. & per Doc. in c. is qui, de spon. Qñq; ius præsumit super in certo ex aliquib. cõiecturis, & hoc dupliciter. Qñq; enim ius ꝓsumit intantum, quod super illa præsumptione statuit aliquid, ac si verissimum esset, quod præsumit. Exemplũ in c. is qui, de spon. vbi dr̃, quod si quis cognouit carnaliter sponsam de futuro, præsumitur, qđ secum tunc voluerit ℨhere matrimonium p

b verba de pñti, nec admittitur probatio b in ℨrium. & ista appellatur magistraliter præsumptio iuris, & de iure. Vnde scias, ꝙ ista non sunt vocabula iuris, sed magistralia, vt sup. sentit Spec. vbi sup. & gl. in c. ferrum. 50. dist. Et vt plurimum, qñ ius inducit hanc præsumptionem, exprimitur, ꝙ non admittatur probatio in ℨrium. Sed idẽ dic tu, qñ non exprimit, dummodo super sua ꝓsumptione statuat, probaẽ in d. Authẽ. sed iã necesse, C. de don. añ nup. iunctis Doct. dictis ibi, & gl. ord. in corpore, vñ illa Authen. sumit. Qñq; ius præsumit aliqđ, sed super sua ꝓsumptione non firmat intrñ pedes, vt super illa certum qđ statuat, & illa appellaẽ simpl'r ꝓsumptio iuris, & ℨ eã semper admittiẽ probatio in ℨrium, vt dicit gl. & bñ in d. c. ferrum, no. in d. c. is q, qñ qne tñ ius exigit strictiorem probõnem vno casu, q̃ alio, vt in c. quia verisimile, ℨ. eo. & c. super hoc, de renun. & in l. non est verisimile, ff. qđ met. cau. Qñq; vero non ꝓsumitur intrñ, vt requirat probõnem in ℨrium, sed solũ exigit, vt indicatur purgatio. 2. q. 5. c. presbyter si. & in c. 2. de purg. can. & in hoc non põt dari certa doctrina, sed serua legẽ, f̃m qđ disponit, ar. in l. prosp exit.

3 ff. qui & a qui. & 6. q. 3. c. scriptum est in le. † Venio nũc ad f̃m, ſ. præsumptionem hominis, & appello prẹsumptionem hominis, qñ iudex ex aliquib. coniecturis aliquid, pro, vel ℨ aliquem, seu in aliqua cã presumit, vbi ius specificè aliquid non præsumit. Pone exemplum in c. afferte, sup. eo. 4. q. 3. c. si testes, & in l. 3. ff. de test. vbi dr̃, quod iudex debet sui animi motũ informare ex argumentis, & testimonijs, quę rei aptiora esse ꝓpetit, &c. facit c. cãm, de re iud. & melius c. in præsentia, de renunc. Cum enim iudex nõ possit perduci ad veram scientiam facti per aliquem sensum corporeum, nisi factum esset notorium permanens oportet, quod adducatur ad firmam credulitatem ex præsumptionibus, quæ quidem præsumptiones causantur ex multis coniecturis, & ex dictis testium. Nam iudici non constat, an testes verum dicant, & maxime quando sunt ℨrij, sed multis argumentis, & coniecturis hoc presumit. Ideo dicit lex, quod animi sui motũ iudex informare dẽt ex argumẽtis, & testimonijs, quæ rei aptiora esse cõpetit, & vero proximiora. Nec enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sincerã testimoniorum fidem, & testimonia, quib. potius lux veritatis assistit, & hæc habentur in d. c. si testes. 4. q. 3. & d. l. 3. ff. de test. & alibi dicit gl. iuncto tex. quod si testis cito respondet, est præsumptio, qđ sit mendax: si vero est morosus, præsumitur dubitare, vt habetur, 5. q. c. qui ambulat. §. sed aliud. Et Inn. in c. quoniam contra, de proba. dicit, qđ si iudex ꝓpendet testẽ vacillare, nõ dẽt seq dictũ suũ. & Iurisconsultus in d. l. 3. dicit iudici. Tu magis scire potes, quãta fides sit testib. adhibẽda. q. d. & sup hoc nõ ꝓt dari certa doctrina, sed ex variis ꝓiecturis iudex ꝓsumit ꝑ, vel ℨ testes. Nã ꝓsumptio non est aliud, q̃ q̃dam suspicio, q̃ causat in aĩo iudicis, vel cuiuscunq; ex variis coniecturis, vel argumentis, seu indicijs, & f̃m quod coniecturæ, vel argumenta, vel indicia vrgent, causatur, vel augmentatur illa suspicio. Si. n. indicia, seu argumẽta essent temeriarꝫ puta, ꝙ fuit visus vnus clericus loq cũ mulie

c re, nulla alia coniectura existente, vis præsumere adulterium, e

certe

ADDITIONES.

a Materia. No. de multiplici genere præsumptionum, & de indiciis, vide D. An. in c. tertio loco, de prob. & de multiplici genere præsumptionum, uide per Pet. de Anch. in re. semel malus, lib. 6. Bar. in l. admonendi, in 2. char. ff. de iureiu. & D. An. in c. fi. in 6. & in 8. col. infra de iureiur. & per Arch. in c. omnes. 6. q. 1. ibi uide, ubi ponit bonum dictum quod retulit post D. Ant. in c. fin. in 10. col. infra de iureiu. & de prob. c. ex præsumptionibus, uide pulchra verba per Bar. in l. neq; natales. C. de prob. Et de qualitate præsumptionis fictio num, uide Bal. in l. non ignorat, qui accu. non poss. Item de multiplici genere præsumptionum uide per S. Thom. in 4. sent. distinct. 5. quæstio. 4. artic. 5. vltra mediũ, ubi dicit, quod triplex est præsumptio, uiolenta, ad cuius cõtrarium non admittitur probatio, sicut fi inueniatur solus cum sola, nudus cum nuda in lecto, in secreto loco, & tempore apto ad commissionẽ. Alias est præsumptio probabilis, sicut si inueniatur solus cum sola, loquens in locis suspectis.

b Probatio. Quod contra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur probatio in contrarium, fallit quinque modis, ut hic Fely. vltra eum adde, qđ fallit, quando præsumptio iuris, & de iure, esset contra personam legalissimam, & fide dignam, quia talis persona potest probare contrarium. Ita fin guliter dixit D. Ant. in c. uidua, inf. de reg. sequitur Marsi. in l. 1. §. si quis vltro, col. 4. uer. pro quib. facit. ff. de quæstio. Seb. Sap.

c Adulterium. Vide tamen Abb. in c. estote, de reg. iu. ubi uidetur reprobare gl. in d. c. adfit, 11. q. 3. dum ult, quod clericus, si uisus est cum muliere, & amplexus fuerit, præsumitur amplecti benedicendi causa, uide Ange. Aret. in tract. malefi. in uerfi. che me hai adulterato la mia donna. & Fran. Brun in tract. de malefi. in tit. de indiciis. §. fpecies, ubi dicunt, quod a tali benedictio ne liberet nos Dominus. uide Alexan. in consi. 127. incip. uisa inquisitione. col. 2. in 4. uol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

certe malè præsumis. Non. n. ex hoc dēt causari aliqua sinistra suspicio. ad hoc, quod no. 11.q.5.c. absit. & si de facto causaret, illa est suspicio, seu præsumptio temeraria, de quo in d. c. inquisitioni. Si vero ꝓiecturæ aliquatenus vrgent; puta qđ fuit visus sæpe secum in secreto loqui & ꝓfabulari, & vterq; est iuuenis, tunc causabitur suspicio, seu præsumptio probabilis, arg. 81. di. c. clericus solus. Non tñ ducit iudicem ad credulitatem, vt cū ꝓp hoc solum de crimine adulterij ꝺemnet, sed procedet, vt habetur in c. 2. de cōha. cler. Item possent esse aliæ ꝓiecture magis vrgentes, ita quod causar ent suspicionē, seu præsumptionē magis vehementē; & tunc procederet ad magis grauia, puta ad purgationē indicendā. Quandoq; ēt ad suspensionem a beneficio, & officio. donec se purgauerit, vt in c. inter, de purga. can. & quod no. Io. And. in c. 1. de accu. lib. 6. Quandoq; coniecturæ sunt strictissimæ, & vrgentissimæ, ita, vt vix ipse reus audeat diffiteri delictum; & tunc causatur tanta præsumptio, qđ adducit iudicem ad credulitatem, & fertur sñia ℨ eum de ipso delicto; ad hoc c. præterea, de testi. c. afferte. sup. eo. & bo. tex. in l. sciant cuncti. C. de prob. canonizata. 2. q. 8. c. sciant. Vide bona exempla per Io. And. in Spe. in addi. tit. de proba. §. videndum, ver. 13. dixi plenius in d. c. tertio loco, vbi vide. Ex quibus ꝓclude, quod non pōt dari certa doctrina, qñ præsumptio sufficiat ad sñiam, quando ad semiplenam probationē, qñ ad suspēsionē beneficij & officij, vel similes effectus; sed iudex ex suo bono & æquo iudicio ex varijs coniecturis arbitratur hoc, vt in iurio. superius alleg. & si malè arbitrabitur, corrigetur factū per iudicem appellationis, iuxta nota. in c. præterea, & per Inno. in d. c. quoniā contra. Ex his ēt ꝓcludo non curādū, qualiter appelletur suspicio, vel ꝓsumptio, an ſ. vehemens, an probabilis, an violenta, an necessaria, &c. quia hæc sunt potius vocabula magistralia, quā iuris: assumunt. n. sibi nomen, ſm ipsarum potētia. Nā appellatur violēta illa, q̃ sufficit ad sñiam, quia qua si violenter trahit iudicē ad credulitatem. Vehemens dr, quia intantum vrget, quod vehementer facit iudicem suspicari ℨ reum, ℨ. co. d. c. literas. Probabilis, quasi proba, seu recta. i. iustè causata, & non temere, vel qa reddit factum verisimile, nō tñ ita violenter, vt sufficiat ad sñiam, vide ad hoc bonam glo. in c. insinuatum, in fi. de simo. Sed vt dixi, sup. non cures tu de his nominibus, siue vocabulis. Imponas enim, quod nomen vis, sed considera qualitates, & potentias, & circunstantias ꝓiecturarum, & secundum illas iudicetur effectus. Ideo dicit Inno. in c. qa, inf. eo. in fi. quod quidam appellant violentas ꝓsumptiones, quas alij dicūt probabiles, sed in hoc non est vis, nisi in verbo, secundum eū, & disputatio de vocabulis est ꝓtinacib. relinquendā, vt ibi no. Inn. & gl. super rub. Infortiati. q.d. quod non est fienda vis, qualiter nuncupetur. Non enim habemus iura, quæ dñt, quæ ꝓiecturæ inducant ꝓsumptionē violentā, & quæ probabilē, & quæ vehemētem, nec quid operetur vehemens, quid probabilis. Nam varij effectus causantur, secundū quod ꝓiecturæ vrgent, vt colligitur ex iurib. superius alleg. quinimo glo. & doc. non ponūt vehementē ꝓsumptionē pro specie distincta, vt in hac glo. & in alijs superius allegatis, qa fortè comprehendere eam voluit sub violenta, vt sentiunt Doc. inf. eo. c. literas. Sed nos videmus, quod vehemēs non semper sufficit ad cōdēnationem, vt patet in c. inter, de pur. cano. & in c. cum contumacia, de hære. lib. 6. inf. eod. c. literas: ergo theorica illa non est bona, & sic essent quinq; species. Nec propterea potes ex iure colligere, quid operetur vehemēs suspicio: ergo dic, qđ fere infinitæ sunt species ꝓsumptionis, sicut sunt cōiecturæ, ex quib. ipsæ præsumptiones insurgunt. Ex superius dictis, & his, q̃ dixi in c. afferte, sup. eo. & c. tertio loco, de prob. potest capi satis sufficiēs doctrina circa materiam istā. Et scias, quod ꝓsumptio quandoq; sumitur ex facto de præsenti, quandoq; ex facto de ꝑterito, & vtriusq; temporis tripliciter. Nā ex præsenti circa ꝑsens, itē circa ꝑteritum, & circa futurū. Itē ex facto de præterito præsumitur quandoq; circa præterita, quandoq; circa præsentia, quandoq; circa futura; de quo vide glo. cum iurib. in ea alleg. inf. eo. & c. seq. & in c. cum per bellicam. 34. q. 2. & c. peruenit. 18. dist. & c. multis. 44. dist.

SVMMARIVM.

1 *Triplex ꝓsumptio oritur ex facto de præsenti, & triplex ex facto de futuro.*
2 *Quidā fuit minatus percutere aliquem, & ille reperitur percussus, & ignoratur a quo, an præsumatur, quod fuerit ille, qui minatus est.*

CAP IX.

SCribam. Breue est, & in effectu intendit, quod ex prēteritis ꝓsumitur circa futura. & pone casum literalem, vt dixi in precedentibus capitulis. Nota. primo, quod diu negligens in prēterito, ꝓsumitur quod erit negligēs in futuris. Ex hoc dicit Goff. quod qui negligenter fuduit in iure canonico, præsumitur quod studebit negligenter in iure ciuili, & econuerso. Secundo nota, q̃ prelatus nō tenetur assiduc monere puer sum, & negligentē, ex quo vehementer ꝓsumit se nō profecturum. Debet enim tunc tacere, ne mittat margaritas inter porcos, vide ad hoc bo. tex. in c. quando. 11. q. 1. & in c. Ephesijs, 43. dist. Tertio no. ibi, Apparet, iuncta glo. fi. q̃ id, qđ ꝓsumitur, pōt dici apparere. Ad idē bon. tex. sup. ca. proxi. & vide ad materiā quod ibi dixi. Gl. 1. ponit duos intellectus ad tex. primus est melior, & pro eo facit c. qñ, & c. Ephesijs, sup. alle. Glo. 2. ponit triplicem prēsumptionem ex præsenti, & triplicē præsumptionem ex futuro, & triplicem ax præterito. Et pro expeditione quæro, hic dicitur ꝑsumptio ex præterito circa futura. nunquid alijs modis eliciatur præsumptio? Gl. respon. quod sic. Nā
1 præsumptio quādoq; ex facto de præterito.† Primo casu tripliciter. Nam quandoq; ex præsenti circa prēsens. Pone exemplū, si quis de præsenti ēst criminosus, ꝑsumitur, quod accusar non bono zelo, ideo repellitur. 6. q. 1. c. qui crimē, & in c. 1. de accu. Quandoq; præsumitur ex præsenti circa ꝑterita. Exemplum, si mulier nupta allegans maritum captū, & mortuū, alteri nupie rit; si postmodū audito de vita primi mariti, non recedit incōtinenti a secundo, præsumitur ꝙ causa incōtinētiæ transiuit ad secundas nuptias, vt in c. cū per bellicam. 34. q. 2. Quandoq; & tertio, præsumitur ex ꝑsenti circa futura. Exēplum, si quis de ꝑsenti est negligēs, seu incontinens, præsumitur, quod talis erit in futurū, vt in c. si quis diaconus. 50. di. Secundo casu principali, inducitur ꝑsumptio ēt tripliciter. Quandoq;. n. ex præterito circa præteritum. Exemplū, si incontinenter aliqua mulier vixit, non præsumitur quod fuerit maritata. 28. dist. ca. quia sunt culpæ. Quandoq; & secundo ex præterito præsumitur circa ꝑsens, vt si quæritur de fama alicuius. Nā ꝑsumitur quis bonus vel malus, secundum vitam de præterito, vt in c. monachus ve ro nouitius. 77. di. facit quod no. in l. fin. de quæst. Quandoq; & tertio ex præterito præsumitur circa futurū, vt hic, & no. hanc
2 glo. & idem in effectu no. in d. c. cum per bellicam, præal. & c. peruenit 18. di. & c. multis. 14. dist. † Et faciunt hæc ad qōnem,
a quidam fuit minatus, a cuidam de percutiendo eū, demū fuit percussus, & nescitur a quo, quæritur, an sit præsumendum, qđ fuerit ille, qui minas intulit? & videtur, quod sic, quia ex præterito præsumitur circa præsens, vt patet ex ꝑdictis. Dic, quod benc inducitur ꝑsumptio contra eum, nō tamen sufficit ad condēnationem, quia in criminali debent esse probationes luce clariores. l. sciant cuncti, C. de proba. canonizata 2. q. 8. Dicit tamen Spe. in tit. de præsump. §. 2. circa fi. quod talis præsumptio
b sufficiet, vt supponaē torturæ, qđ not. & vide ibi latius, b & qđ no. in c. auditis, de in integ. resti. & in c. auditis, de ꝓscrip.

ADDITIONES.

a Minatus. An ex minis oriatur præsumptio, quod quis fuerit vulneratus a minante, vide plura allegata per Alex. in consi. 14. incip. póderatis, in 3. vol. Fel. in c. afferte, col. 17. vers. item licet ex minis.

b Ibi latius. Et idemmet Pan. in c. literas, in 1. col. inf. eo. & Cy. in l. 1. C. si quis Impe. male. facit gl. & ibi clare Cy. in l. merum, C. quod me. can. Bal. & Ioan. & Doct. in l. fi. C. de hæted. insti. vbi dicunt, quod si quis est minatus alicui mortem, si postea mortuus reperitur, minæ sunt sufficiens indicium, vt possit minans poni ad torturam, si erat talis, quod soleret minas suas exequi. & vide per Do. inf. c. sanè, circa medium. 9. di. An autem propter hoc Anto. in c. olim. j. sup. de rest. spol. in pen. col. Cyn. in l. 1. C. unde vi. Ang. de Aret. in §. ius autem gen. in 4. col. in ſ. Insti. de iu. na. gen. & cin. vbi distinguunt, qđ si erat talis, qui verisimiliter erat solitus mandare executioni minas, fit hæc tumālias secus, de quo vide per Bald. & Imo. limitantes, in d. l. fi. ff. de hæred. insti. Puto tamen, quod in hoc dici debeat melius, in l. 1. in fi. C. quod licet se sine iudi. vi. vbi dicit, quod quando aliquis minatur mihi, & est in actu, licitum est mihi vulnerare, vel occidere, quia non debeo expectare, quod aliquis me vulneret, vel occidat, alias propter solas minas, si minans non est in actu, non est licitum occidere.

Circa hoc, quod hic dicitur de minis, dicas, quod minæ præcedentes, secundo delicto, faciunt indicium contra minantem, ut per Sal. post Cyn. & Doct. in l. 1. ff. si quis Imp. mal. hic alle. Quod intellige cum limitatione, de qua hic, si minæ sunt illatæ ab eo, qui consueuit minas exequi. Ad quod vide Spec. in tit. de præsump. in §. 2. in ver. sed pone, quod minatur. Et idem videbat Bartol. in l. 3. ff. ex qui. cau. maior. quod si minæ fiunt a tyranno, vel ab homine pestilentioso, vel a persona verisimiliter timenda, nel potente, & consueta malefacere, tales minæ inducunt iustum metum, secundum Bartol. in l. metum, ff. quod met. cap. adeo, quod potest minatus expetere cautionem a minante de non offendendo, ut per Bald. & Ang. in l. decernimus, C. de epis. audien. & in l. sed & si susceperit, in §. 1. ff. de iudi. & per Bartol. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. præsid. in l. famolic. ff. ad leg. Iul. maie. Et dum dicitur de minante mortem, quod potest impune occidi, dicas illud uerum in solito minas exequi, ut supra & in ipso actu minandi, secundum Bald. in l. 1. hic alleg. C. quando li. se fine iu. Secus autem si minæ fiant ab his, qui solent multa minari, & pauca facere, secundum Bartol. in l. hæc autem, ff. si cui plusquam per leg. fal. & vide Ang. Aretin. in tracta. malefi. in glo. in uersi. uerba iniuriosa. & tene memori dictum Bald. in l. 1. de ser. fugi. de quo meminit Alexand. in l. 1. C. de his quibus ut indig. ubi dicit, quod minæ faciunt præsumi mandatum. Et idem si quis minatus fuerit de faciendo aliquem occidi, & ille reperiatur occisus, non a minante, sed ab alio, præsumptio est, quod fuerit occisus per mandatum illius, maximè, quando ille, qui occidit, erat amicus, uel familiaris minantis, quæ omnia bene not. ut scias practicare, quando casus uideret, uide Specu. in allega. titu. de præb. in §. 2. in uersicu. seu pone. Ant. Franc.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An sit præsumendum contra permutantes beneficium tenue cum pingui.*
2 *Contra præsumptiones admittitur probatio in contrarium, & debet esse clarissima, sed contra præsumptionem iuris, & de iure, non.*
3 *Contra testes deponentes contra verisimile, an sit suspicio falsitatis.*

CAP. X.

QVia verisimile. a Efficacior probatio requirit ab illoqui probare vult, qđ non est verisimile. Diuiditur. Nam primo ponit cām finalem. Scđo prouisionē. Tertio prouisionis cām impulsiuam. Scđa, ibi. Prouideas. Tertia, ibi, Qñ. Casus liter. R. Capellanus dicebat, ꝙ H. presbyter ꝓcesserat sibi personatum ecclesiæ suæ, & ab eo vicariatū ipsius ecclesiæ idem H. receperat, & hoc dicebat se probaturū, & R. molestabat eundē H. significatū fuit do. Papæ. sup hoc scribit Papa Decano Casinensi, dicens, ꝙ non est verisimile, ꝙ H. personatū ecclesiæ ꝙ cesserit dicto R. & vicariatū ipsius ecclesiæ receperit ab eodē. vnde mandat Decano, ne super hoc probōnem recipiat, nisi cōis fama loci hēat hoc, vel nisi tales personę apparent, de quibus non sit verisimile, ꝙ debeant deierare, qa sæpe ꝓtingit, ꝙ testes corrupti inducant ad falsum testimonium proferendum.
1 B.† No. 1. istum tex. ℨ permutantes beneficium tenue cum pingui. Præsumenda enim est talis permutatio fraudulenta, & simoniaca, cum non sit verisimile, ꝙ sine cā resignet quis beneficium pingue pro tenui, arg. hic, & in c. super hoc, de ren. facit
b qđ leg. & no. in c. 2. de renū. lib. 6. Puto tñ, b quod hæc sola præsumptio non sufficiat ad sñiam proferendam, sed prēstat legiti mam cām indicendi purgationem, seu aliter procedendi, arg. c. inter, de pur. ca. Sed si adessent alia adminicula, poterit sñia ferri. Exemplum permutauit quis beneficiū pingue cum nepotis iuuene hñte tenue. hic enim ꝓcurrit suspicio sanguinis, vltra tenuitatem beneficii, arg. x. qō. 2. c. huiusmodi. §. nam hæc vsus præstatio, maximè si alter erat senex, & hoc vī velle Io. And. in d. c. 2. de ren. li. 6. licet ℨ riū velit Io. de Lig. in c. 1. de cle. non resi. Sed primum puto verius, & quia valet arg. a cōiter accidentib. vt d. c. 1. & cōiter videmus, ꝙ ista fiunt in fraudem. Hæc puto vera, nisi sit alia præsumptio, istam excludens, vt puta, quia nō potterat morari in beneficio pingui, vel alia similis, arg. de renū. c. ad supplicationem, & 7. q. 1. c. pastoralis. Scđo no. & tene menti, c ꝙ licet ℨ præsumptionem iuris, admittatur probatio, vt hic, & dictum fuit sup. in c. quanto, tñ aggrauatur probans duriorib. c probationib. qñ verisimilitudo est ℨ eum: Vnde scias, ꝙ qñque verisimilitudo est tanta, ꝙ non admittit probōnem in ℨrium, in c. filii, de hære lib. 6. & hoc puto procedere, vbi ius exprimit, sicut facit in d. c. filii, vel super illa ꝑsumptione statuit, vt dixi ℨ. eo. c. quanto, alias semper admittitur probatio in ℨrium, licet exigatur strictior, vt hic. Qñque verisimilitudo est maxima, & tunc admittitur probatio in ℨrium, nisi præcedat prius aliqua causæ cognitio, vt in c. super hoc, de ren. Qñque est verisimilitudo magna, non tñ maxima, & tūc procedat iste tex. vt admittatur probatio, sed debet esse clarissima, sicut in cā criminali, vt hic, & in l. non est verisimile, ff. quod met. cā, & hoc no. facit d ēt quod leg. & no. in c. solicite, de resti. spol. † No. ꝙ ℨ testes deponentes ℨ verisimile, est præsumptio falsitatis, & sic non facient fidem, nisi sint tales, de quibus non est verisimile, quod deberant deierare, vel nisi habeant aliquam præsumptionem se eum, puta famam, vel quid simile, Oppo. & vī, ꝙ alio respectu non valuerit hęc permutatio, quia non interuenit authoritas Episcopi, inf. de rer. permu. c. quęsitum cum si. Sol. intelligendū est secundum Doct. ꝙ hic authoritas ēt allegabatur, sed non est verisimile, ꝙ hęc intercessissent, sed falso modo allegabantur.

ADDITIONES.

a Quæ verisimile. Adde, ꝙ per istum tex. no. dicit Bar. in l. cum qd. ff. si cer. pet. ꝙ ad probandum debitum, sufficit ꝙ testes uiderint tradi pecuniam, quam qa nihil dictum fuerit, nec de mutuo, nec de donato. Vbi ēt dicit de illo q dixit, tolle hanc pecuniam, an præsumatur donare, vel dare alio repetendi. de quo uide plene, & pulchre per do. Abb. in c. si cautio, in pe. char. sup. ti. j. Adde Rom. consi. 290. Seb. Sap.

b Puto tamen. Idem tenet do. Abb. in c. 1. inf. de cler. non resid. Vide Pet. de Anchā. in consi. 389. incip. in casu præmisso. Pet. de Peru. in tracta. permutationis, col. 7. & Rom. consi. 143. in antiquis.

c Diuersorib. Opponens exceptionem non verisimilem, grauatur duriori onere probandi, & ad hoc uide do. Anto. in c. si cautio, in pen. char. sup. tit. 1. & in c. super hoc, in 12. col. de renū. Sed imo ꝙ sit repellendus per ea quæ scribit do. Ant. post Inn. in c. post electionem, circa fi. de cōcel. præb. Sed dic, ꝙ est in arbitrio iudicis considerare, quanta præsumptio contra excipiētem fit, & hic sentit do. Ant. post Host. & clarius in d. c. super hoc, in 13. col.

SVMMARIVM.

1 *Sola cohabitatio maris & fœminæ, nō inducit præsumptionē in matrimonio.*
2 *Aerunt in spiritualibus potest esse in iudicio.*
3 *Signum æquinocum ad plura non probat, nec ꝓsumptionem facit pro alterutro tantum.*
4 *Delatio annuli in muliere, non est signum matrimonij.*
5 *Si maritus tenet vxorem extra lectum, & mensam, non tractat eam vt vxorem.*
6 *Solum instrumentum dotis, vel donationis propter nuptias, an probet matrimonium.*
7 *An fama, vel cohabitatio probet matrimonium carnale, vel spirituale.*
8 *An fama cum actis, proportionalibus probet matrimonium.*
9 *Si probetur per duos testes, quod uir iacuit cum una muliere, & uir intendat conseruare possessionem iuris matrimonialis, & hoc intendat mulier, an per hoc probetur matrimonium.*
10 *Maritus potest vendicare uxorem, adiecta causa de iure canonico, & de iure diuino, & datur etiam ei officium iudicis, & interdictum &c.*
11 *Dominus constituens dotem, vel donationem propter nuptias seruo, vel ancillæ, uidetur ei conferre libertatem.*
12 *Si probatur, quod maritus dederit annulum mulieri an præsumatur matrimonium.*
13 *An si probetur, tantum, quod mulier portat annulum, præsumatur matrimonium.*
14 *Sola cohabitatio sufficit de iure ciuili ad probationem matrimonij.*

CAP. XI.

ITem quoque. Per noīationem, cohabitationem, & famam, probatur coniugium, maxime si appareant instrā dotalia. Ita summat Ioā. And. Quę summatio, iudicio meo oīno non colligitur ex isto tex. nulla fit mentio de cohabitatione, nec noīatione, vltra instrā dotalia, tū qa ꝙ dictionem, Maxime, sentit Ioā. And. qđ absq; instrō dotali fuisset hic per alia posita in tex. probatū matrimoniū. Ideo magis inhęrendo literę, summo sic. Per cohabitationem, & diutinam famam de matrimonio, & ℨctibus matrimonialib. ac alia adminicula, probatur matrimonium. h. d. Cōis diuisio. Sed a ibi Verum. Casus liter. Quędā mulier libera per 10. annos, & vltra, sciēter cohabitauit cum quodam seruo, tanquā legitimo viro, & ab eo fuit carnaliter cognita, postmodum asserebat illū suū esse maritū, sed vir dicebat illam esse suam vxorē, ostendens publicum instrm, in quo se coniuges nominabāt, & per qđ ipsum donationem ꝓp nuptias fecisse eidem apparebat. Mulier asserebat instrm istud factum esse in fraudem, vt dñs seruo suo fraudaretur, insuper produxit testes, ꝙ ille plures rogatus fuerat ab amicis, qđ eam desponsaret, nec desponsasse, nec desponsaturū se ipsam, firmiter asserebat. Vir prędictum instrm producebat, & quosdam testes, qui viderant eam annulos deferentem. Ad hoc rñdebat mulier, ꝙ hoc faciebat ſm consuetudinem illarū, quę panes vendunt. Iudex super hoc consuluit Papam, & ipse rñder, ꝙ in huiusmodi dubietate, fama vicinię dēt attendi, & si fama loci hēt, ꝙ vir ipsam in lecto, & in mensa, sicut vxorem tenuerit, cogenda est mulier, vt eidem viro affectu adhęreat coniugali, ꝓcipue si dictum instrm ab eo sit factum, qui officium
a suum fideliter adimpleuit. B.† No. 1. expressum in litera, qđ sola cohabitatio maris, & fœminę, ēt diutina, non inducit ꝑsumptionem matrimonii & quod plus est, ēt si masculus sit seruus, & fœmina libera. Nā prima fronte videretur ℨrium, cum non videatur verisimile, quod libera velit cohabitare cum seruo, ꝑter affectum coniugalem, cum vix reperiatur aliqua, quę cum seruo velit, ēt matrimonialiter, cohabitare. inf. de cōiu. ser. qua si per to. Sed rō decidendi in ℨrium est, quia cum matri. sit magnum facrm, & maximi ꝓiudicii, non debet iudicari ex leui ꝓsumptione, arg. in c. litera, inf. eo. & in c. licet ex quadam, ℨ.
a de testi. & de hoc aliquid inf. super gl. in ver. vxorem. † Scđo no. casum, in quo seruus pōt esse in iudicio nomine proprio, & pro iure proprio, ſ. cā petendi vxorem suam. In istis enim spiritualibus non curatur dñica ptās, sicut nec patria, de iud. c. si annum, lib. 6. & c. 1. & quod ibi, not. de coniu. ser. & de materia in l. vix
a certis. ff. de iu. & in c. non est. ℨ. de spon. Tertio no. ibi maritus a habeat dominium in vxorem, cum rei vendicatio non compe

tat

ADDITIO.

a Maritus. Quomodo, & quib. modis debeat quis uendicare vxorē in suā, uide do. Abb. in d. c. non est, de spons.
Circa hoc, an uxor possit uendicari a uiro, dicas, qđ licet uxor non sit in dominio, neque in ptāte uiri, nisi quoad usum, & debitum carnis, & maritalis seruitia, ita quod posset dici, quod directa rei uendicatio non possit dari, quia illa non datur, nisi dño contra possessionē, ut in l. 1. C. de alien. iu. mu. cau. fac. & in c. examinata, de iu. tamen pōt uendicari adiecta cā, quia uxor, de iure cano. sicut uendicat parer filium rōne patriæ potestatis de iure Romanorum, ut in l. 2. ſ. per hanc, ff. de rei uend. Imo uxor fugiēs a marito potest reperi interdicto de lib. homi. exhib. secundum Bal. in l. fi. C. de lib. exhib. Adde tñ, qđ si uxor fugit a uiro, ēt culpa mulieris, pōt petere sibi cauēri a uiro de non offendendo, maxime si uir sit ſeuus, & sit suspicio offensionis, ut c. literas, de resti. spol. imo si iudex multum suspicaretur de offendēdo, ita quod uideret non posse præstari sufficientem cautionem a uiro, possēt illam, uel recludere in monasterio, uel recondere apud aliquam honestam personam, dicas tamen, quod non obstante tali cautione præstita per uirum, posset ipse maritus eam castigare, ut in c. ex transmissa, & ibi plene per do. Ab. de rest. spol.
Maritus. Vide de hoc Car. in c. ex parte, in 6. opp. de resti. spol. Ray. in sum. de matri. in tit. quomodo, & qualiter mulier possit petere quem in uirum, & Bal. in l. non ignorat, in 4. col. C. qui accus. non poss. & in l. ueque natales, in vlt. col. C. de prob. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat niſi rõne dominij.l.j.&l.in rem.ff.de rei vend.& no.in c.exa minata,de iud.In ℈rium facit l.ſiꝙxor,C.de cond.inſt.vbi dr̃,ꝙ mulier eſt in ptãte patris,& non mariti,ideo dic,vt inf.latius di cam.No.hic apertiſſime,ꝙ inſtr̃m donationis pp nuptias,licet in eo renuncietur matrimonium, non tñ per hoc probat matrimonium ſine alijs adminiculis,de quo inf.latius dicam.No. ibi.Deſponſaſſe,nec deſponſaturum,&c.ꝙ licet volũtas ſemel fuerit poſita,& pluries repetita, tñ per varias probõnes,ſeu cõ
3 iecturas p̃t probari mutata.† No.ibi,More illarum,q̃ panes,&c. ꝙ præſumptio ſurgens ex ſigno,tollitur,ſi probatur illud ſignũ æquiuocum ad plura. Ex quo colligitur,ꝙ ſignum æquiuocũ ad plura,nec probat, nec præciſe preſumptionem facit pro altero tñ, facit c. in pñtia,de prob.Ex ℈rio vero,ſignum ad certũ quid reſtrictum probat, vel ſaltem preſumptionem magnã fac
4 it de ſignato,facit c.dilecto,de præb.† Itẽ ex hoc, & ex tex.not. ꝙ delatio annuli in muliere, alio non probato, non eſt ſignum matrimonij: Pro hoc 30.q.5. c.fœminæ,vbi ponitur tex.quare vxori datur annulus a marito, & quare ponit in quarto digito. No.in ver.Verum,quod in probõne matrimonij,vbi veræ probationes non ſunt,præ ceteris attendẽda eſt fama vicinæ,& ſic
5 hẽs caſum,in quo fama plurimum valeat.† No.ibi.In lecto,a &
a in menſa,&c.duo ſigna ad preſumendum matrimonium inter virum & mulierem, vt quia vir teneat eam in lecta,& in mẽſa, vt vxorem.Ex quo infert do. Ant. qd ſi maritus tenet vxorẽ extra lectũ ſuum & menſam, non tractat eam,vt vxorẽ,& poſſet vxor virum ꝛstringere,vt eã in prædictis,& alijs,tractet vt vxorem, qđ no.& ad hęc adduco c.ex parte, de ſpon.& qđ no.in c. 2.de coniu lepr.& vide gl.in c.manifeſtũ.33.q.5. quæ vult vxorem non poſſe inuito marito vouere,vt iacet de nocte cum camiſia,quod non eſſet,ſi vxor non teneret ſecum iacere,& ſi tenetur vxor,ergo & maritus,cũ quo ad carnale debitum non iu dicẽtur ad imparia, in c.gaudemus,de diuor.& facit deſcriptio matrimonii,q̃ ſequitur in litera,ibi.Indiuiduam vitę ꝛſuetudinem retinens,&c.No.ibi. Seruiat affectu coniugali,qđ vxor tenetur ſeruire marito. & alibi dicit text. qđ eſt penè famula viri, vt in c. hęc imago.33.q.5.Sed tu pondera literam,q̃ qualificat hoc ſeruitium,vt ſ.debeat ſeruire affectu coniugali,& ſic nõ ſumitur ſimpl̃r. Ad quæ aũt tenẽatur vxor,vide quod ſatis dixi in c.literas,de reſti. ſpol.Aureq̃ gl.iuxta ordinẽ attingam,expedią intellectum capituli . Quæro igitur primo, per quæ probat hoc matrimonium,cũ fiat mentio de inſtro donationis pp nuptias in quo nominabant ſe coniuges.Item de delatione anuli,& Papa rñdet,quod in talib. fama vicinię magis dẽt attendi?Et pondera verbum,Magis,quaſi ſola fama non ſufficiat.So. gl. noſtra tangit intellectum huius c.in quinq; locis.Primo in ver.Nominant,& in ver. Donationem.& in ver.Si fama.& in ver. Vxorẽ. & in ver. Preſertim. Sed nullibi iudicio meo declarat perfecte intellectum huius c.Nam in ver.Nominant, ſolum dicit,quod nominatio præſumptionẽ inducit, ſed non probõnem.In ver. Donationem, dicit, quod inſtrm donationis pp nuptias inducebat preſumptionem, ſed non plene probabat, quia non fuit factum ſuper matrimonio, per l. neque ſine nuptijs,C.de nup. In ver. Si fama, dicit, quod fama per ſe plene non probat, ſed cum alijs adminiculis, ſeu præſumptionib. valet,quia quę non proſunt ſingula, &c. ſed non exprimit qualia debeant eſſe alia adminicula, ſeu preſumptiones. In ver. Vxorem, dicit, qđ ſola cohabitatio non probat matrimonium.In ver. præſertim,dicit quod fama cum alijs ſufficit hic, ẽt ſine alio inſtro, ſed non dicit cum quib.alijs.Forte habuit reſpectum ad cohabitationem & delationẽ annuli. Alia enim nõ allegabantur præter inſtrm. Nominatio vero hic non probatur extra inſtrm.Et vr̃ glоſſator magis in iſta gl. quam in qualibet alia animum ſuum exprime re,ſed certe ſi hunc intellectum habuit,non recte ſenſit.Primo quia hęc lectu. non congruit literæ,quę licet ponat in fine ver. Preſertim:non tñ per hoc intẽdit excludere totaliter probationem inſtri, ſed innuit quod tunc maxime eſt attendendum,ſi fuit cõſectum ab eo,qui ſuum officium ꝛſueuit diligenter exercere.Item non vr̃ vera in ſe,vt ſola cohabitatio cum fama ſufficiat,quia ex hoc ſequeretur,quod ſola fama per ſe ſufficeret,cũ habitatio nihil probet. Item eſſent probationes nimis fragiles ad tũ negocium probandum, & nullibi hoc probatur: imo, vt dixi, hęc lectu. in ſi.innuit ℈rium,cum ponderat inſtrm.& hoc quo ad primum intellectum , quem ſentit gl. Sed eam ſaluãdo poſſet dici, quod ponderauit vltra famam cohabitationẽ diuti nam,nominationẽ coniugalem, delationem annuli,& hæc ſa
6 tis vr̃ ſufficere ſine alio inſtro,vt ex infra dicendis patebit.† Secundus intellectus colligitur ex dictis Inno.qui dicit,quod licet fama plurimum adiuuet, tñ per eam non iudicaretur matrimonium,ſed per inſtrm,quo cõtinetur donatio pp nuptias,in quo ſe coniuges nominabant. Donatio enim pp nuptias locum nõ habet, niſi vbi eſt matrimonium. infra de donatio. inter vir.& de dote poſt diuor. re. c. & ſi neceſſe. Nec obſtat, qđ obijciebatur inſtrumentum in fraudem conceptum, quia hoc non probatur,nec preſumitur, ex quo notarius conſueuit ſuum officiũ fideliter exercere. Hoc tamen limita ſecundum alios,& bene, ſecundum eum,vt inſtrumentum dotis,& donationis propter nuptias probet matrimonium, ſi non agitur de præiudicio alterius matrimonij, alias ſecus, cum verba ſint neceſſaria ad ℈cũ matrimonij exprimentia conſenſum de preſenti, infra de ſpõ. cap.tuę.Examinemus primo hunc intellectum antequã deſcedamus ad alios.Hoſt. dicit, quod per ſolum inſtrm b dotis,vel
b donationis propter nuptias non probatur matrimonium,ẽt
c ſi nominarent ſe ibi coniuges, alleg. l. neque ſine nuptijs,C.de nup.quam alleg. hic gl. quæ quidem in hoc tenuit idem,quod do.Ant.hic.Non obſtat,l.optimam,C.de contrah. & commit. ſtipu.vbi dicitur,quod ſi in ſtipulatione dicit, quod ſeruus Titij fuit ſtipulatus,&c. ꝙ per hęc verba enunciatiua,ex quo ſunt neceſſaria ad ſtipulationis actum, probatur iſtum eſſe ſeruum Titij.Nam ſecundũ eũ,illa verba enunciatiua probant enunciatũ ſolum quo ad probandum actum, de quo principaliter agitur, cum actus non poſſit ſubſiſtere ſine enunciato,ſecus,ſi ſimpli
d citer de enunciato ageretur.Vnde ibi probatur,ꝙ ſit ſeruus per illa verba denunciatiua quo ad validitatem ſtipulationis,cum ſine hoc valeret ſtipulatio, ſecus ſi ageretur de ſeruitute ad alium effectum,vt hic. Et dicit,quod hęc eſt ſolemnis limitatio ad illam l.optimam,ſed certe ego allego gloſſ.in verſicu.ſi ſeruus,quę aperte hoc vult, & ſic intelligit, & reſtringit illam l. per,l.cum aliquis,C.de iur. delibe.vbi videtur hoc probari.Sed aduerte,qa Bal.in auth.ſi quis in aliquo documento,C.de edẽ. referens dictum Inno.hic dicit,quod tex.ſing.vr̃ in oppoſitum in Auth.vt fra.fil.§.illud quoque,iuxta prin.vbi dicit aperte probari,quod per inſtrumentum donatio. pp nuptias in ſinuatum probatur matrimonium,ſed ipſe reducit ad concor. quod in p-iudicium partium, inter quas conficitur inſtrumẽtum,probat tale inſtrumentũ matrimonium, vt in præall.auth.ſed in præ dicium aliorum,non, & ſic procedat dictum Innocẽ.Sed certe hoc voluit in limitatione,quam poſtea fecit, & hanc opin.Bal. videtur ſequi do.Card.hic.Sed hęc opi.nunquam mihi placuit, imo de directo contra eam videtur tex.hic, quem iſti(ſeueren-tia eorum ſalua) non videtur ponderaſſe. Nam hic non agebatur de pręiudicio alterius matrimonij, & concurrebat non ſolum tale inſtrm,ſed etiã diutina cohabitatio, & annuli delatio, & tamen Papa non fuit contentus his probationibus, ſed dixit attendendam etiam famam vicinię.Si enim ſimpliciter per talẽ inſtrumentum probaretur matrimonium, Papa mandaret abſq; alia probõne illam cogi. Itẽ in fine text.aperte innuit, qđ tale inſtrumentum ſolum adminiculetur, preſertim ſi eſt cõ

fectum

ADDITIONES

a In lecto.No.ſigna tractandi aliquam in vxorem.Aliud tamen eſt tractare aliquam, vt vxorem, aliud tractare aliquam honorifice,vt vxorẽ,vt dicit Bal. in c.ego N.de iureiu.in 2. col.in uer.ex his colligę. Item adde hic quod no. Bal.in c.ex tranſmiſſa.ad ſi.1.colum.de reſtit.ſpol.& Bart.in l. ſi uxor. §. fi ea,ff.de adult.

b Solum inſtrumentum.Vide Rom.in ſing.466. incip.nunquid per inſtrumentum dotis.Bal.in l.ad probationem, col.2. uer.quæro inſtrumentum,C.loc. in auth.ſi quis in aliquo,col.3.uer.iuxta hoc quæro,C.de eden.&in vlt.col. & Ias.in prælu.feu.col.7.uer.ad contraria. Seb.Sap.

c Matrimonium.An per inſtrumentum dotis,vel do. propter nup.probetur matrimonium,adde Bal.in l.1.in pen.col.C.de priui.do.Bal.in l.neque ſine nuptiis,C.de nup.Lud. Rom.in l.1.in princ.ff. de ope.no.nunc.Bar.& Saly.in d. auth.ſi quis.C de eden.
Adde Rom.ſing.huis.fol.13.
Matrimonium.Vtrum per inſtrumenta dotalia , vel ex ſola cohabitatione præſumatur matrimonium, uide ad hoc tex.in c.aliter.& ibi gl.in verbo cohabitationis.30.q.5.& tex.optimum in l.donationes in concubinam. ff.de donat. Et uide quod notaui in d. c. noſtrates.& tex.in l.maximus.C.de nupt. Et ad hoc uide quod de inſtrumentis dotalib. ſcripſi poſt do.Abb.in c.tanta.de ea prin.qui filij ſint legi.Barth.de Bellenz.
An per inſtrumentum dotis,vel donationis propter nuptias probetur matrimonium,vide quod dicas,ꝙ illud per talia inſtrumenta non probatur , neque præſumitur quo ad vinculum matrimoniale.l.donationes in concubinam,& ibi per Dy.no. ff.de don. & Bal.in c. 1.in §.naturales.in 2.col.ſi de feu.fiue contro.& plene per Alex.in l.ſi vxor,in §.ſed ſi ea.ff.de adult.& Bart.in q.incip. quidam habens filium,& tenet Pet.de Anch. in cle.1.de prob. & Io.And. in c.ex tenore, qui fil.ſint legi.& Bald. in l. ſi filium diffinimus, ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iu.& in l.2.de fer.in 19.col.& in l.2.in fi.de excep. rei iud. Quod tamen intellige uerum, niſi quo ad repetitionem dotis datæ,ut in Auth.ut fra.de in prin.& per Bald. in l.ab executione, C.quorum app.non rec.& per Bald.in addi.Spec.in ti.de in integ.reſt.in ner.per inſtrumentum. Item hoc uerum, niſi quo ad filiationem probandam , ut per Flor.de ſancto Pet.in l.ſicut.§. ſed ſi quæratur,ff.ſi ſer.uen.ubi alleg.dictum tex.in Auth. ut fra.§.in primo, & ibi etiam dicit ſe credere , quod probetur per talia inſtrumenta, quod ipſos contrahentes, per ea quæ habentur in l. optimam, C.de contrahen.& commit.ſtip. Seb.

d Limitatio.Nota ad intel.& limitationem.l.optimam,ꝙ ſi in inſtrumento aliquid enunciatiue proferatur, quod ſit de ſubſtantia & validitate illius actus, tale inſtrumentum probat inter eaſdem perſonas. In iſtis terminis procedit regula d.l. optimam. Quantum autem ad alia non probatet, etiam inter eaſdem perſonas. Et hanc limitationem , ſeu declarationem do. Ant. ad l.optimam, refert & multum no. do.Mat. in no.80.& eis addę Ang.dicentem in l.iuriſgentium.§.quod fere.ff. de pac.do.Alex. in conſ.193.incip.uiſo,& examinato proceſſu,in 12.col.ad fi.cum ſeq.
Adde quod uolunt Ro.ſing.huis.fol.16.& conſi.63.

fectum ab eo,qui officium ſuum diligẽter exercebat.nec valet, ſi dicatur,quod inſtrumẽtum hoc erat vitioſum, quia hoc fuit falſum:Fuit enim allegatio partis,vt ſup.dixi. ſi. n. fuiſſet verũ, non præſtitiſſet adminiculum,nec fama aliquid probaret,cum præſumeretur orta ex falſo inſtrumento,& reprobato,vt leg.& no.in ſimili in c.inter dilectos,de fide inſtru. vnde ratione fraudis adhibitæ,fuiſſet ꝓſumptum ℈ matrimonium , quod tamen non fuit,vt hic patet.Et ꝙ de iure nõ probet,cum principaliter agitur de matrimonio,eſt tex.iũcta gl.in d.l.neque ſine nuptijs & in d.l.cum aliquid,iũcta gl.in d.l.optimam.Ad Auth. vt fra. fil.tñ deo,quod non probat id,ad quod inducitur , ſi bene ponderetur.Ibi enim ſolum probatur matrimonium quoad dationem pp nuptias,& ſic reſpectu eius,quod principaliter continetur in inſtrumento,& hoc negat nemo , cum tex. ſit in d.l. optimam,& d.l.cum aliquis.Nõ aũt probatur ibi matrimoniũ principaliter , cum non ageretur ibi de matrimonio. Et ꝙ hoc ſit de mente illius tex. primo patet ex rubro illius Auth. Nam ibi tractatur ſolummodo de modo inſinuandi donationes , & ipſas conſequendi ſolu.mat.vnde in rubro non ponit de modo probãdi matrimonium,ſed potius ponitur in auth.qui. mo.na. eſſi.le.§.quoniam.Et nigrum debet conuenire rubro, vt no. in c.ibi,qui,de reſcrip.li.6.& in c.ſi ſuper gratia,de offi. deleg.co. li.Item hoc patet ex prin.§.illud quoque,de cuius mente vr̃, ꝙ mens Imperatoris fuerit ibi conſulere,& ꝓuidere mulieribus, ne inſtrumentis confectis ſuper donatione propter nuptias per ditis, mulier non valeat conſequi donationem pp nuptias. Pater enim ibi ex §.ſeq.vnde ibi probatur matrimonium. quoad hoc,vt poſſit cõſequi donationem ſoluto matrimonio , ſeu ad illum effectum,dum agitur de ipſa donatione.Si enim ibi ageretur principaliter de matrimonio,Imperator non cõſuluiſſet mulieribus, vt facerent inſinuari inſtrumenta donationis, ſed potius,vt facerent recipi teſtes,qui interfuerũt, ad perpetuam
Super qua materia sit præstandum iuramentum, & de forma secundum quã debeat iurare, dicas non refert super qua materia iuretur , dummodo iuretur. Nam dicit Barto.in l.qui per salutem, ff. de iureiur. & Bald.in auth. sacramenta puberum.C.si aduer.ven.quod valet iuramentum præstitum per Euangelica, corporaliter tamen tactis quibuscunque scripturis, aut etiam ipsis Euangelijs, vt in auth.vt omnes obed.iud.prouin.in §.1.& habetur per Ioan.And.in c.vt circa, de elect.lib.6.in nouell.& per Spec. in tit. de iuradela.in §.1.& vide Bald.in c.2.in tit.quid sit inue.& in cap. item sacramenta,de pace iura.fir.in vsi.feud. & vide Cyn.& Bald.in l.testium. in 1.q. & in l.iusiurandi.post glos.C.de testi. Et vide glos.& domi. Card.in clem.1.in §. porro, de hær.vbi etiam ponit de iuramento præstando, tam a parte, quam a testibus,& etiam ab Imp.iurãte fidelitatem Papæ, & ibi etiam dicit post glo.quod non sufficit præsentia scripturæ, nisi illa tangatur ad hoc, vt iuramentum ualeat. Et vide plenè per Alex.post Pau. de Cast.in l.3.§.iurari, ff.de iureiur.vbi etiam dicit,quod iurans simpliciter , intelligitur iurare p Euangelica,vel secundum Bart.in d.l. qui per salutem, intelligitur iurare p Deum. Et adde, quod iuramentum non præstatur sine verbis ab eo,qui loqui potest , secus autem , si præstetur a muto , quia sufficit iurari per nutum, vt per Alex. in l.1.in princ.& in §.1.ff. de uerb.obliga. & in l.qui iurasse,§.in princ.post Dom.omnes ibi,ff.de iureiu. & per Pau. de Cast. & Ro. in l.3.ff. de iureiu.& per Do.Anto.in c.cum apud,de spon.De multiplici autem forma iuramenti præstandi per Iudæum habetur per Bart.in l.iusiurandum, in §.ait prætor,in fin.ff.de iureiu.& vide quæ habentur in ca. mouet.22.q. 1.hic alleg.& in c.qui studet.11.q.1.& vide Spec.in titu.de jura. cal. in §.restat, versi.pe.Et adde, quod iuramẽtum Iudæi per Euangelia vel per Iesum Christum, non valet, secundum Bart.in l.ait prætor,in §. iurari, & ibi per Alex.de iureiu.& in l.spadonem,in §.iam autem,ff. de excu. turo. Nec etiã valet,si iuret per Virginem, cogitur tamen seruare tale iuramentum, nec peccat Christianus , qui taliter illud recipit a Iudæo , secundum Barto. & Alex.in prima constitu.ffforum,in princip.& habetur per Ang. in Auth. sacramenta puberum,quod præstatur ab his, in §.1.Et adde etiam,quod iuramentum testis scriptum in actis,præsumitur tactis scripturis & solemniter , quando fuit præstitum parte præsente, & iudice deferente, vt per Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de testib.in §.sequitur,uer. & not.& per Dom.Anto. in c.fraternitatis,de testi.& per dom.Abb.in ca.tuis,in eo.tit.& per Bald. in l.iubrandi,C.de testi.& in cap. 1.& in §.1. quid sit inuest. in vsi. feu. & per Alex. in l.nam postea , in §.1.& in l. idem est.ff.de iureiur.Et adde, quod iuramentum præstitum per illa verba, Deus sit mihi testis, valet, & obligat per text. in auth.quibus mod.natura.ff.leg.in §.quoniam, & per Ale. post Ro. in l.3. in §.dato , in fin. ff.de iureiuran. Et adde , quod iuramentum Episcopi, fit per solam propositionem lib.Euangelici absque tactu scripturarum.c.fin. de iuram.calu.& ca.testium.§.Episcopus non flagitetur. 11.qõ. 1.& videtur per Specu.in titu.de iur.calum.in §.pe.& per Cardi. in clem. 1.in §.porro, præalleg.Et sub qua forma iuret Abb.vide in ca.ne Dei, de fimo. & videtur c.nullus hoc eod.tit.et per Card.in clem.quia contingit,in 1. col. de religiodo. Et sub qua forma iurent clerici,non beneficiati,inde in c.cum in ecclesijs,de maio.et obed.Et de forma iuramenti præstandi per tutorem, et curatorem,vide glo.et Card.in clem.quia contingit,in §.ille, et per Specu.in tit.de tuto.in §.1. Ant. Fran.

f De iureiur.Tu pondera, quia ideo dicit de iureiur. quia adhuc non est præstitum , vnde loquitur de iuramento, adhuc non producto in esse, & loquitur in genere, et bene, quia omnis nostra cognitio incipit a genere, postea uenit ad individua.l.1.ff.si cer.pet.l.1.ff.de iusti.et iur. Philosophus in 1. ethi. And. Barb.

to iure facto,& dicit Hostien. in d.§. 1. quod melius diceretur de facto iurato,vel de iureiurato. Si autem quæris de etymologia nominis, dic, quod dicitur sacramentum, quasi per sacra astringimentum. Iuramentum vero dicitur quasi iuris astrin
2 gimentum. † Super quo autem sit iurandum, idest super qua materia, an super Euangelijs, an super reliquijs, an super corpore Christi. vide gloss. not. semper menti tenendam, in clemen. 1.§. porrò,de hær.in ver.tacta.Et dic,quod ad substantiam iuramenti non requiritur tactura,vt patet ex diffinitione, & patur in c.& si Christus, infra eo. Sed quia fortius stringit iuramentum corporale,igitur iura communiter exigunt corporale iuramentum.3.q.9.c.hortamur, de electio.c.vt circa, lib.6.& d.clem.1.cum multis similib.Hinc dicit Ang not.in c. mouet. 22.q.1. Quanto id,per quod iuratur, magis sanctum est, tanto magis est pœnale periurium,& no.Innoc.in d.c. & si Christus, & hoc quia videtur magis contemnere in transgressione. Hic est,quod quandoque iuratur per Deum omnipotẽtem, & qua tuor sancta Euangelia,vt in c.quoties cordis.1.q.7.Quandoque super sanctorum reliquiis, vt in c.habemus.22.q. 2. Item scias, quod vbi dispositio pro solemnitate actus requirit iuramentũ corporale,seu cum tactura,non est iuri satisfactum ex solo ver
3 bali iuramento, a vt dicit glo.no.in c.vt circa, præalleg. De fide autem, qualiter multipliciter sumatur, vide bo.glo.in d.c. mouet. Et an magis adstringat iuramentum, quam fidei interpositio,dico plene in d.c.ad aures,quod met.cau.vide Arch. in c.1. de sepult.lib.6.

ADDITIO.

a Verbali iuramento.Pondera, quia §.sed neque plenè,loquitur de authoritate Iacobi in sua canonica, dum dicit, Nolite iurare, &c.& sic loquitur de iuramento verbali,&non corporali,tamen realiter,& formaliter requiruntur verba,vt ibi decidit tex.Cum autem debet deferri muto,potest dici,vt dicit glo.in l.cum nouissimi,C.de præscrip.30.anno.quod requiruntur verba in matrimonio contrahendo in ualentibus loqui , ita dicamus in iuramento. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Ex iuramento super vsuris soluendis præstito , obligatio saltem secundaria acquiritur parti suscipienti.*
2 *Ex puro iuramento oritur parti suscipienti obligatio saltem naturalis.*
3 *Iuramentum continens turpitudinem ex parte suscipientis tantum, est obligatorium.*
4 *Si ille,in cuius fauorem iuratur , obligationem remittit , non indiget iurans alia absolutione.*
5 *Iudex ex officio suo potest occurrere peccato futuro.*
6 *Quæ remedia competant,quando quis iurauit simpliciter soluere usuras.*
7 *An remedium,quod creditores compellantur remittere iuramentum, sit subsidiarium.*
8 *Quæ remedia competant iuranti soluere usuras, & nullam quæstionem mouere.*
9 *Quæ remedia competant,quando vsuræ sint solutæ,& quis iurauit non repetere,& nullam quæstionem mouere.*
10 *Numquid in absolutione à iuramento sit citanda pars.*
11 *Filij legitimati succedunt una cum legitimis ex alia uxore postea natis.*
12 *Et sic nota, quod legitimatio non uitiatur per superuenientia filiorum.*
13 *Vbi iuramentum uallat contractum, sublato iuramento , non propterea reformitur contractus.*
14 *Absolutio an teneat parte non citata.*
15 *Quid ueniat appellatione dictricti onis ecclesiastice.*

CAP. I.

EX administrationis. Creditores compellun tur relaxare iuramentum de vsuris sibi soluendis,hoc dicit,quo ad literam, sed quo ad intellectum,generalius sic. Agi potest ad relaxationem iuramenti,cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis, & est casus not. Casus li-
1 cet per verba tex.lucidè apparet,ideo per Ber. aliter non expri-
mitur.† No.1.quod ex iuramento præstito super vsuris soluendis obligatio saltem secundaria acquiritur parti suscipiẽti. Cuius contrarium tenuit Do.Ant.in c.debitores,infra eo. sed con
2 tra eum iudicio meo est casus hic. Nam si nulla obligatio acquireretur parti non compelleretur ad relaxationem iuramenti.a Nam relaxatio præsupponit vinculum,infra de despon. impu. cad dissoluendum,& l.decem,ff.de verb.obliga. Nec esset iste
3 casus turpis ex relaxatione solius partis, cum nemo dare possit, q̃ non habet.1.q.7.c.Daibertum,& c. quod autem,de iure pa-
4 tro. †Not.2.ex hoc,& ex tex.q̃ ex puro iuramento oritur parti
5 suscipienti obligatio,b saltem naturalis. Non enim hic ponderatur pactum præcedens, & præsupposito ;quod præcessisset, nullam obligationem induxisset,infra eo.c.debitores.solum ergo iuramẽtum fuit hic obligatorium,quod videtur cõtra Bar. in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.vbi dicit, quod ex iuramẽto extraiudiciali, nulla obligatio, etiam naturalis parti acquiritur p illum tex.sed licet fortè procedere posset de iure ciuili, secus de iure canonico,argu.opt.hic,& quia iurans parti,intendit illi p
6 mittere,licet ad confirmationem adducat religionem iuramẽti,& de hoc aliquid dicetur, infra eo. ca.cum contingat, habet
3 enim iuramentum pactum interclusum. †No.3.quod iuramẽtum continens turpitudinem, & peccatum ex parte suscipientis, est obligatorium. Satis enim est,quod ex parte præstantis, turpitudinem non continet,alias non valeret,vt in c.si vero,in fra eo.22.q.4.per totum.Ex quo infero,quod promittens soluere vsuras non peccat,concor.infra eo.c.debitores,sed tu hoc limita,& restringe,prout no.Inno.in c.super eo.inf.de vsu.No.4. iudicem ecclesiasticum habere iurisdictionem in laicos ratione iuramenti, non solum quando agitur ad obseruantiam ipsius,vt in c.fina de foro compe.lib.6.& in c.nouit, de iud.sed ẽt vt compellat suscipientes ad relaxationem eius,quod turpiter
4 receperunt.†No.vlt.quod licet iuramẽtum c principaliter obli
c get Deo,infra eo.c.debitores, tamen si ille, in cuius fauorem iuratur,obligationem remittit,non indiget iurans alia absolutione, quia Deus videtur etiam remittere,cum ad vtilitatem alterius iuramentum receperit.Ad idem de sponsa.c.1.secus si principaliter iuraretur contemplatione Dei.nam tunc etiam Papa non remittit sine causa,vt dicetur infra eo.c.quanto. Et videtur mirabile,quod Deus recipiat iuramentum in fauorem facinorosi hominis,cum Psal.dicat: Odisti omnes,qui operantur iniquitatẽ.Et lex ciuilis dicat, quod nemo ex improbitate sua debet actionem consequi.litaque fullo.ff.de furt.Sol.potest dici, quod Deus non considerat vtilitatem suscipientis, sed religionem & promissionem iurantis. Ex quo enim assumpsit religionem iuramenti ad implementum promissionis, quam potest sine suo peccato exequi,debet ob Dei reuerentiam exequi,sed si suscipiens remittit iuramentum,etiam Deus remittit, qa per iuramentum non intendebat placere Deo, sed satisfacere pro-
5 ximo.†Venio ad glo.oppo.contra tex. videtur enim q̃ creditores non debeant compelli ad relaxationem iuramenti, cũ obligatio quęsita eis sit de iure naturali,quę per principem tolli nõ debet in clem.pasto.de re iudic.per Innoc.in c. quæ in ecclesiarum,de consti.Glo.1.metu contrarij,vt arbitror,dicit,q̃ hoc facit ecclesia ratione peccati, quia sine eorum peccato non pot iuramentum adimpleri. Ex hac solutione not.q̃ iudex ex officio suo potest occurrere peccato futuro,& impedire,ne fiat. facit quod legi.& no.in c.ex literis,& iu cap. 2.de spon. Item põt compellere laicum ad restituendam rem, quam sine suo peccato retinere non potest. Glos.subsequenter quærit,quid si debitor soluisset vsuras,& iurasset non repetere? Respondet dando duo remedia. Primum,vt debitor denunciet hoc ecclesiæ, qa ille stat in peccato ; & sic indirectè cõpellitur restituere vsuras officio iudicis.Secundum,vt petat absolutionem,seu relaxationem huiusmodi iuramenti,& postea poterit repetere, nec violat iuramentum petendo relaxationem iuramenti,licet per re laxationem peruenia tur postmodum ad repetitionem, & hoc ideo,quia cum hoc iuramentum sit odiosum, non debet extẽdi,sed in proprijs terminis obseruari,arg.bo. in c.ad audientiã, quod met.cau.facit quod no.Innoc.in c.super hoc, de renunc. Ponit tertium remedium in casu quo vsuræ non essent solutæ, vt compellatur desistere creditor officio iudicis ad exactionẽ illarũ,c.tuas,infra de vsuris.Sed vt plenius, quam alibi habeas hanc materiam hic vtilem, & quotidianam simul collectam, distinguo principaliter in duo membra, & in quolibet ponam duos casus contingentes.Aut enim vsuræ nondum sunt solutæ,aut sic.Primo casu, aut iurauit quis simpliciter soluere vsuras,aut iurauit soluere,& nullam quæstionem, & querimoniã mouere,nec iudici denunciare. In secundo casu, quando vsuræ sunt solutæ,aut iurauit debitor simpliciter nõ repetere, aut iurauit non repetere, & nullam quæstionem, seu querimoniã
6 facere,nec iudici denũciare. †Venio ad primum casum primi membri,scilicet quando simpliciter iurauit soluere, in quo dico multa remedia competere iuranti. Primum facile est, scilicet vt soluat, & sic adimpleat iuramentum, & postea repetat, vt infra

ADDITIONES.

a Ad relaxationem iuramenti. Pondera si dici possit,quod de facto fiat ista relaxatio,ex eo, quia istud iuramentum erat nullum , quia præstitum contra ius diuinum,ius naturale, & ius canonicum,quia iurauit soluere usuras,& ideo Bald.hic dicit,quod si iurasset soluere vsuras expresse , non valuisset iuramentum.Ideo dico,quod emanauit de facto ista relaxatio.Faciat simile de c.graue,de offi.ord.ibi,per te ipsum relaxes.Si opponitur de. c. debitores,infra eod.dic,quod non fuit expressum, de vsuris soluendis , nec est absurdum,quod ponantur uerba de facto,vt patet in c.accedens,cum similibus,vt lit.non contest.vide c.Quintauallis,vbi uerbum, reuoces,intelligitur de facto. And. Barb.

b Obligatio.Pondera.c.sequens,vbi dicitur distringi uinculo iuramenti,quia probatur, quod officio iudicis compellitur , & non actione ad obseruantiam iuramenti. And. Barb.

c Licet iuramentum.Vide Spec.in titu. de legato.§.nunc ostendendum,uersi. hoc quoque,Car.in clem.1.in 13.q.de iureiu.Bal.in Authen.quod eis,C.de nup.& in l.1.col.3.C.de pact,vbi sentit, quod etiam partes possunt tacitè remittere tale iuramentum. Sebast. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infra eo.c.debitores. Secundum remedium, vt petat creditor rem compelli ad relaxationem iuramẽti, vt hic. Sed hoc remedium dico competere, si non instat terminus solutionis fiẽdæ. Nam, si non posset fieri hæc compulsio, quominus interim incideret periurium, non debet iste audiri, sed debet prius soluere. Ad hoc ratio c. debitores, inf. eo. & hoc ibi aperte sentiũt Io. And. & Vinc. & idem confirmat Io. And. in addi. Specu. in titu. eod. super Rubr. in vlt. q. Idem dico, vbi lapsus esset terminus solutionis fiendæ, & sic incidisset in periurium. Non enim debet audiri volens attẽtare remedium huius cap. quia sic staret in peccato periurij, & peccata tanto sunt grauiora, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam, in c. fi. de consue. & hoc apertè sentit Fede. consi. 300. Tertium remedium est, vt debitor petat absolutionem ab Episcopo. Nam Episcopus põt absoluere a iuramento turpiter suscepto, vt no. Inno. eleganter in d. c. debitores, prælleg. & in c. ad aures, quod met. cau. facit c. 1. & quod ibi no. de voto. vbi dispensat ex causa super voto, q̃ est de iure diuino, sicut iuramentum, vt c. licet, & c. magnæ, de
7 voto, quod tene menti. †Sed dubium est, nunquid prætermisso remedio huius c. possit attentari hoc remedium absolutionis petendæ, an vero sit istud subsidiarium remedium? Innoc. in c. debitores, videtur velle, quod prius sint creditores compellendi, iuxta formam huius c. Et si sic non possunt induci, tũc Episcopus istum absoluat. nam Episcopus ex causa absoluit à iuramẽtis, etiam licitis, vt in c. nos sanctorum, & ca. iuratos. 15. q. 6. Et refert hic D. Ant. sic vidisse alias consultum, sed ipse dicit, licet hoc sit vrbanius, arg. in l. quidam liberus. ff. de ser. vrb. præd. non tamen necessarium est, quia sunt duo remedia æquè principalia, inf. eo. c. si vero, & supra quod met. cau. c. Abbas, & c. ad aures. Sed reperio Io. And. in addi. sensisse oppositum, sequẽdo dictum Innoc. prælle. Sed mihi plus placet dictum D. Ant. Nã si Episcopus absoluit principaliter, quando iuramentũ est metu præstitum, nec est necesse recurrere prius ad iuramentũ suscipientis, vt d. c. si vero, & no. Inno. in d. c. ad aures, ergo fortius in casu nostro. Nam ex his, quæ fiunt per metum, obligatio etiã primaria acquiritur parti, vt no. plenè in c. Abbas, prælle. & nihilominus Episcopus principaliter absoluit, constito de iusto metu. Ergo fortius poterit in casu nostro, in quo ex promissione nihil acquiritur parti, vt in d. c. debitores, & iuramentũ principaliter dirigitur in Deum, vt ibi patet. Ergo congruentius ad hoc videtur, q̃ Episcopus, qui est Dei vicarius in sua diœcesi, absoluat, vt in c. mulier. 33. q. 5. Item vbicunque reperiuntur à iure duo remedia prodita, videntur æquè principaliter competere, nec vnum est subsidiarium ad aliud, vt l. quotjes, ff. de act. & oblig. Nec obst. si dicatur, quod c. si vero, loquitur in Papa, quia in hoc recitat factum. Nam cum Episcopus possit absoluere, vt supra dixi, ergo procedit etiam in Episcopo. An autem in absolutionis actu, debeat Episcopus vocare partem aduersam, dicam infra. Item intelligo, quod hoc remedium competat intelligendo, vt sup. dixi in præcedenti remedio, quando scilicet antequam terminus solutionis fiendæ immineat, actus absolutionis possit expediri, per supradictam rationem, & prædictũ remedium absolutionis apertè sentit in d. c. debitores, in versi. cogẽdi. Quartum remedium satis notabile, si veritate fulcitur, est, vt debitor conuentus ratione iuramenti, excipiat, quod nõ debet cogi ad obseruantiam iuramenti, cum ipse creditor teneatur propter suam turpitudinem illud relaxare, & sic illud si bi relaxari petit. Et quod hoc fieri possit, videtur velle. Fede. cõ fi. 263. alleg. no. per glo. in c. pastoralis, de causa pos. & propr. in gl. pen. Et facit, quia per viam exceptionis potest peti restitutio in integ. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Et hanc sentẽtiam sequitur hic D. Ant. Sed contra hanc opi. adduco ea, quæ in præcedentibus membris dixi, & dixit Fede. consi. 300. vbi in fine dicit, quod petens absolui à iuramento, debet præuenire terminum solutionis fiendæ: non enim debet audiri post terminum, cum inciderit in periurium, quia frustra auxilium legis inuocat, & c. de vsur. c. quia frustra. facit quod no. Ioã. And. inf. eod. c. debitores, vbi vult, quod instante termino solutionis fiendæ, non potest peti relaxatio iuramenti, ne interim incidat in periurium. Ideo in præmisso articulo sic dicerem, quod aut lapsus est terminus antequam conueniatur debitor, & nõ põt prædicto modo excipere, ne perseueret in periurio, sed debet soluere, & postea repetere, arg. infra eo. c. debitores. Aut terminus non est lapsus, sed mora committitur ex sola interpellatione, iuxta l. sciendum, & l. mora, ff. de vsur. & post interpellationem non potest supradicto modo excipere, ne incidat in periurium, ratione prædicta. Restat ergo dicere, quod solum potest sic excipere, antequam constituatur in mora soluendi, & quod possit liquere de turpitudine recipientis iuramentũ, ante quam instet terminus adimpiendi iuramentum per prædicta,
a & hæc puto verissima. Quintum remedium a est, vt iudex ex officio compellat creditorem desistere ab exactione vsurarũ, vt in c. tuas, infra de vsur. & hoc remedium proderit, quãdo iurans non constitueretur in mora sine interpellatione creditorum. Nam alias non esset tutum, quia dies interpellaret pro homine, in c. potuit, de loc. †Venio ad secundum casum, quando
8 scilicet iurauit soluere, & nullam quæstionem mouere, & dico quod habet iste primum remedium, s. soluendi, & postea repetendi. Nam non iurauit non repetere, & hoc iuramentũ est strictè intelligendum, arg. in c. ad aures, quod met. cau. Secũdum remedium, vt denunciet ecclesiæ. nam nullum iuramentum obligare potest quis denunciare criminosum ecclesiæ, vt in c. quemadmodum, in fi. infra eo. & no. glo. in c. ad nostram. 1. infra eo. & c. veniens, de regu. & in c. authoritatem, 15. q. 6. debet tamen denuncians se fundare super salute proximi, & nõ principaliter super interesse suo, quia tunc obstaret illi iuramentũ, vt no. Host. in d. c. quemadmodum. Dicit tamen hic D. Ant. q̃
b dupliciter potest venire iste denuncians, b scilicet per viam denunciationis Euangelicæ, vel iudicialis, & tunc habet seruare formam monitionis, de qua in c. nouit, de iudi. & 2. q. 1. c. si peccauerit. Item per viam cuiusdam intimationis, vt iudex certioratus instet circa correctionem peccati, & in hac nõ credit monitionem necessariam. Nihil allegat, sed ego allego bon. tex. in c. præterea, il 2. de spon. vbi casus de hac intimatione, quæ fit ia dici ad peccatum obuiandum sine aliqua monitione, facit ca. tertio loco, de præsump, sed primum dictũ do. Anto. vt habeat hoc casu locum denunciatio iudicialis, mihi non placet, quia illa fundatur magis super interesse proprio, quam super salute proximi. Tertium remedium, vt petat debitor absolutionem à iuramento absque eo, quod faciat citare creditorem. Et hoc remedium sentit Io. And. in prædicta addi. in fi. dicens, quod per eam non detrahitur multum iuri aduersarij. Simile in liberto, qui petit veniam à iudice, vt possit agere contra patronum, l. quisque, in princ. ff. de in ius vocan. Sed hoc mihi non placet ex duplici capite. primo, quia satis exponit querelam de aduersario, proponendo, quod illicitè eum adstrinxit iuramento. Secũdo, quia non potest negari, quin ex relaxatione iuramenti fiat præiudicium creditori, argu. in c. fina. de so. compe. lib. 6. ergo non debet fieri absolutio, eo non vocato, & vocari non potest, quin aduersarius incidat in periurium, exponendo querelã contra illum, & facit, quod infra in fi. dicam. Quartum remedium, vt iudex ex officio suo compellat creditores relaxare hoc iura-
9 mentum, vt hic, vel compellat eos desistere ab exactione, in c. tuas, infra de vsu. †Venio ad secundum principale membrum, quando scilicet vsuræ sunt solutæ. Et primus casus fuit, quãdo iurauit non repetere, & dico, q̃ competunt tria remedia. Primum, vt petat absolutionem huius iuramenti, arg. in c. si vero, infra eo. & declara, vt dixi in præcedenti membro. Secundum, vt petat creditorem compelli ad ipsius relaxationẽ, vt hic. Tertium, vt denunciet hoc iudici. Potest addi quartum, vt iudex ex officio compellat ad restituendum, vt est casus in d. c. tuas. Et declara hæc omnia secundum prædicta. Secundus casus, quando soluit, & iurauit non repetere, nec vllam querimoniam facere, nec denunciare, dic, quod habet remedium denunciãdi, intelligendo, vt supra dixi in alio membro. Item iudex ex officio poterit creditorem compellere ad restituendum, & declara, vt dixi in secundo casu primi membri. †Nunc extra glo. quæ
10 ro, quia supra dixi iurantem soluere vsuras, vel solutas non repetere, posse petere relaxationem, seu absolutionem iuramenti, nunquid in hac absolutione debeat creditor vocari? Io. And. latè prosequitur in addi. prædi. in vlt. q. Et rãdem concludit, q̃ quandoque iuramentum est temerarium, etiam ex parte iuratis, & tunc non requiritur partis vocatio, vt in c. constitutis, de testib. Pro hoc, quia tunc potius requiritur denũciatio, q̃ nõ fiat iuramentum non ligare. Nam in notorijs non est opus vocare ad iudicium, vt in c. quoniam, de fil. presbyt. Si autẽ potest dubitari, tũc puto aduersarium, cui iuramentũ fuit præstitum, vocandum, quia cum sua intersit, ne relaxetur, debet vocari, s. q. 9. c. omnia & c. cauent, de causa poss. & prop. c. 1. & l. de vno quoque. ff. de re iudi. Si vero iuramentum nõ fuit temerarium ex parte præstantis, vt in casibus præmissis, tũc dicit, q̃ siue aggratur, siue petat absolutionem contractus, quem dicit vitiosum tempus soluendis præstito, siue de solution e non reperenda, semper est pars aduersa vocanda, nisi taliter iurasset, q̃ vocari non posset, quin incideret in periurium, puta, secundum eũ, si iurauit illum in iudicio non vocare, vel denunciare. tunc enim, poterit absolui creditore non vocato, hic enim non detrahitur iuri

ADDITIONES.

a Quintum remedium. Vide Lau. de Rodu. in tract. de vsu. q. 123. & Old. in cons. 118. incip. ex ordine videatur, vbi tangit, an fi petatur creditore cogi ad relaxandum huiusmodi iuramentum super vsuris, possit index absolucre dictum, qui iurauit, in contumaciam creditoris. Seb. Sap.

b Iste denuncians. Vide Lau. de Ro. in præal. tract. de vsur. q. 126. & Caldin. de tu. de accu. consi. 5. incip. denunciat Ecclesiæ.

iuri partis, sicut cum libertus petit veniam, vt possit vocare dominum in ius. l. quisque, ff. de in ius vocan. Hæc sunt verba sua, & subijcit, quod ,pcederetur in hoc articulo secundum formã cle. dispendiosam, de iud. Idem, scilicet quod pars sit vocanda, sentit Ioan. And. post Vinc. in c. debitores, prælleg. & Fed. con
si. 300. vbi dicit, quod petens absolutionem à iuramento præ- 12
tendens contractum vsurarium, debet parte vocata probare saltem semiplenè, cõtractum esse fœneratitium, & valebit hæc semiplena probatio ad obtinendum duntaxat absolutionem à iuramento, sed postmodum, vt pronuncietur contractus vsurarius, oportet, quod plenè fiat probatio, nec illa semiplena, facit fidem in hoc iudicio, cum ad aliud agatur nunc, vt in c. veniens. 2. de testi. Et plus dicit, quod iudex ecclesiasticus non dẽt facere inhibitoriam iudici seculari, ne procedat ad executionẽ contractus, qui prima fronte non apparet vsurarius, nisi parte vocata, sicut iudex, ad quem, non inhibet iudici, a quo, nisi vocatis partibus, vt in c. Romana. §. si vero, de appell. lib. 6. Dicit etiam ibi, quod pendente quæstione, an debeat absolui à iuramento, non debet fieri inhibitio iudici seculari, quia coram iudice seculari agitur de executione instrumenti, & coram eccle
a siastico agitur de facto absolutionis, & sic cessat c. tuam, de ord.
a cog. Et subijcit etiam ibi notabile verbũ, a quod postquam qs incidit in periurium, quia non satisfecit in termino, prout iuratuit, non auditur petens absolutionem, sed compellitur satisfa-
b cere, b quia frustra legis auxilium inuocat, &c. de vsur. c. quia frustra. Sed respectu principalis quæstionis refert Do. Anto. infra eod. ca. debitores, se audiuisse Paul. & Cal. consuluisse, quod aut petitur absolutio a iuramento firmante contractum, & debet pars citari, cum ex hoc contingat rescissio cõtractus, & sic agatur de præiudicio partis. Aut illud iuramentum non firmat contractum, sed petitur absolutio, vt aperiatur via ad rescindẽdum contractum, & non est necesse partem vocari, quia non præiudicatur parti, & quia hæc absolutio est potius pœnitentialis, quam iudicialis. Domi. Anto. dicit se putare, quod aut iuramentum non est obligatorium ex parte iurantis, & non requiritur vocatio partis, vt supra dixi, secundum Ioan. And. Aut est obligatorium ex parte iurantis, sed continet turpitudinem ex parte recipientis, & tunc aut non est tanta turpitudo, quin saltem sibi acquiratur secundaria obligatio, & debet pars vocari ratione sui interesse, & maximè hoc procedit secundum eum, si iuramentum firmat contractum, cum ex absolutione sequatur rescissio contractus. Secus dicit, vbi tanta turpitudo verlatur ex parte recipientis, quod nulla obligatio ex iura
mento sibi acquiritur, nec contractus firmatur iuramento. Nam hoc casu, cum nullum interesse possit prætendere, cum obligatio acquiratur soli Deo, non est necesse illum vocari; & satis est, quod absolutio fiat per illum, qui tenet in hoc casu locum Dei. Ponit exemplum in iuramento de vsuris soluendis, vel non repetendis præstito. Nullum enim ius agendi nascitur ex hoc parti secundum eum, licet, vt quilibet alius, possit iudici intimare, quod iurans peccat non obseruando iuramentum. Et subijcit notabile verbum, quod præsupposito, quod pars sit vocanda, tamen tenet absolutio, ea non vocata, sicut dicitur in absolutione ab excommunicatione, vt no. in c. qua fronte, de appell. Item dicit sibi non placere præmissum dictum Fed. Sed quatenus dixit illum, qui incidit in periurium, non posse petere absolutionem, quia iurans erat obligatus ad duo, scilicet ad soluendum in termino, & ad soluendum simpliciter, de dol. & contuma. c. cum dilecti, & l. Celsus, ff. de arb. quia, si non soluit in termino, incidit in periurium, sed quatenus remanet obligatus post terminum, potest petere absolutionem, Domi. Car. in d. c. debitores, simpliciter tenuit cum Ioan. And. & Fed. vt in absolutione sit pars vocanda, cum agatur de ipsius præiudicio, & sic dicit se sæpius consuluisse. Quid dicendum in tanta varie
c tate? c certè multa ex prædictis mihi non placent. & primo il-
d lud dictum Ioan. And. in addi. prædicta, quatenus dixit, quod d cuius iurauit non vocare aduersarium, nec denunciare, quod poterit absolui d absente parte, cum non possit vocari, vel denunciari sine periurio. Nam hoc est falsum, respectu denunciationis, cum, vt 3. dixi, nullũ iurm possit ligare addenunciandũ, eli sit 2 præceptũ Euangelicũ, si peccauerit in te frater tuus, &c. Ité negari non pt, quin parti inferatur præiudicium ex hac absolutione, cũ fine ea nõ poterat in iudicio molestari p aduersariũ, ergo dẽ vocari añ solutionẽ, vt sũũ ius defendat, in capitu. 1. de pos. & propr. cũ alijs superius alle. Scdo nõ placet dictũ Pau. & Cal. quos sequtur D. An. in d. c. debitores in eo, q̃ sentiũt 3ctũ
e rescindi, si tollatur iurm q̃ firmauerit 3ctum. Nam cum 3ctus ex interpositione iuramenti habuerit suam firmitatem, non
e debet corruere, e licet nunc cesset causa confirmans, ex quo non superuenit causa annullans, vt probatur in reg. factum le- 13
f gitimè, de reg. iur. lib. 6. † Facit quod no. Barto. in l. ex facto, f ff. de vulg. & pupil. vbi post Ray. de Forli. concludit, quod si habens filios naturales tantum, fecit eos legitimari, vt sibi succederent, licet postea duxerit vxorem, & ex ea habuerit filios legitimos, nihilominus legitimati succedent vna cum legitimis, & naturalibus, quia ex quo actus legitimationis est completus, & consummatus, non debet irritari, licet peruenerit ad eum casum, à quo non potuit habere principium, vt dicta reg. factum legitimè; & sic non sufficit amodo, quod cesset causa concessionis priuilegij, quod est no. † Hoc idem in proprijs terminis videtur voluisse D. Ang. de Peru. in quadam disputatione, quæ incipit domina Catharina. vbi inter cætera dicit magnam esse differentiam, an contractus conualidetur iuramento, an vero iurans sit tantum adstrictus ad obseruantiam iuramenti. vbi enim contractus iuramento firmatur, licet quis absoluatur a iuramento, non propterea potest venire contra contractum, quia contractus de se est validus propter interpositionem iuramenti, & absolutio hoc solum operatur, vt contraueniens non incidat in periurium, non autem annullat contractum. vnde nullus dicatur, secundum eum, quod minor, qui iurauit super contractu, ut maior, qui iurauit, & est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, si absoluatur a iuramẽto per superiorem, possit propterea venire contra contractum, quia contractus est validus, & irreuocabilis. Si autem iuramentum non valdat contractum, sed solum obligat personaliter ad non contraueniendũ immediatè, cum est absolutus, potest venire contra contractũ. Non enim obst. iuramentum, quia est ab illo absolutus per superiorem, non contractus, quia nullus. vnde qui iurauit se soluturum vsuras, aut non venire contra contractum fœneratitium conceptum in forma venditionis, immediatè cum est absolutus, prosequi potest ius suum, quia tale iuramentum non firmauit promissionem, sed solum obligauit eum ad non venien
dum contra, quod est bene no. Et de hac materia, an & quando iuramentum validet contractum, dicam plenè infra eod. c. cum contingat. Concludo ergo contra prædictam opin. quod vbi iuramentum validat contractum, sublato iuramento, non propterea rescinditur contractus. Tertio non placet mihi opi. Do. Anto. inquantum vult, quod ex iuramento præstito super vsuris soluendis, vel solutis non repetendis, obligatio non oriatur parti etiam secundaria. Nam contra hoc videtur tex. hic, g
g vt latius supra, in princip. dixi. Item video, quod iuramentum vi extorrum, obligat parti, vt infra eod. c. si vero, & supra quod met. cau. in c. Abbas, & in c. ad audientiam, cum si. ergo fortius in casu nostro. vbi iuramentum fuit sponte præstitum. Deus enim tenet istud vinculum propter obligationem quæ itam parti, quod patet ex eo, quia parte remittente, Deus remittit si-
ne alia absolutione, vt hic. † Quarto non placet indistinctè dictum Domi. Anto. inquantum dicit, quod præsuppositio, quod pars deberet vocari, tamen si non vocaretur, valet absolutio. Dico enim, quod aut clarissimè constat iuramentum continere turpitudinem ex parte susceptis, & non erit opus partem vocare in absolutionis actu; vnde tenebit absolutio, parte non vocata, argumen. c. cum olim, de re iud. & infra latius dicam. Et hoc casu poterit saluari opin. Domi. Anto. Aut actus, super quo iuramentum fuit præstitum, non apparet prima fronte vitiosus, & non tenebit absolutio parte non vocata. Ratio apertissima est, quia a iuramẽto parti prestito, non absoluit Episcopus, imò nec papa sine causa, cum Deus receperit obligationem in fauorem partis, vt not. glos. in c. quanto, infra eod. & Innocen. in capitu. cum inter P. de renun. Ante ergo, quam sibi constet cãm subesse, non hẽt potestatẽ absoluẽdi, p̃supposito, q̃ subsit, qa ignorat id, q̃ est fundamentũ sue potestatis, vt no. Bar. in l. 2. ff. de iudi. & l. multũ, ff. de condi. & demonst. facit qđ leg. & no. in c. ex parte Astensis, infra de concess. preb. Nec põt sibi de cã ostare nõ vocata parte, qa causarũ merita partiũ assertione pandũtur, l. fi. C. si per vim, vel alio modo, & in c. tũ ex literis, de in integr. rest. Aliud est in absolutione ab excommunicatione, qa illa semper pendet a voluntate excommunicatorum. valet enim

ADDITIONES.

a Verbum. Adde Loffr. in consi. 12. nu. 34. vbi an valeat absolutio, non facta mẽtione de periurio. & ibi an requiratur mẽtio de singulis iuribus, quibus incurrit periurium. Iac. Anellus.

b Cõpellit satisfacere. Vide Ale. in cõs. 224. inci. visa facti narrõne, in 2. no. S. S.

c In tanta varietate. Vide circa hanc q. plura per Lau. de Ro. in præalle. tracta. de vsur. q. 131. & per D. Fran. Cur. in consi. 47. in ci. in facti contingentia, col. 7. ver. aggrediendo, & Do. Ias. in l. nec quicquam. 5. vbi decretum, col. 5. ver. 8. fallit, ff. de offi. procon. & leg. & Ale. in consi. 222. inci., visa facti narratione, col. 4. ver. præterea, in 2. vol. Seb. Sap.

d Poterit absolui. Pondera, quia in odium recipientis iuramentum contingit, vt eo non citato possit absolui, arg. c. ex tenore, de reseri. & licet inferatur illi præiudicium, imputet sibi, quia ex parte sua illud contingit, quia noluit ad iudicium vocari. And. Barb.

e Corruere. Nota contra hoc, quia resoluta causa, resoluitur effectus, quia eo ipso, quod remouetur iuramentum, contractus est nullus, nec dicitur factũ legitimè. And. Barb.

f L. ex facto. Ad istud respondeq, quod habuit initium legitimum. And. Barb.

g Tex. hic. Pondera bene, quia si verbum, Relaxandæ, intelligitur de facto, vt d. c. graue, de off. or. non probatur hoc dictum D. Abb. & sic non obst. iste tex. dicto D. An. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ſemper,ſiue iuſta,ſiue iniuſta ſit excommunicatio,vt patet in cap. venerabilibus.§.vbi autem, de ſenten. excom. lib.6. & hæc not.quia ſæpe accidunt,& puto veriſſima. Quinto non placet reprobatio Do.Ant.ad dictum Fed. cum dicit, quod ſi pars incidit in periurium, quia non ſoluit in termino, non auditur petens abſolutionem; nam puto hoc dictum ſatis æquũ. Nec obſt.ratio Do.An. imo potius facit pro. Nam, ſi poſt ter
a minum remanet obligatus,& ſic perſeuerat in periurio,a ergo debet compelli,quam citius poteſt,vt ab illo peccato ſe abſoluat,& iuramentum adimpleat,vt hic. Si enim compellitur inſtãte termino,vt abſoluatur,vt hic,fortius debet compelli poſt terminum,tum in odium ſui, vt à peccato liberetur, tum vt non perſeueret in peccato,vt ſupra dixi. Puto tamen, quod ſi petendo abſolutionem non perſeueraret in peccato, quod poſſet petere abſolutionem,etiam poſt terminum, licet inciderit in periurium, ſemel contraueniendo.'Exemplum in eo,qui per metum rem vendidit,& iurauit non contrauenire. Licet enim de facto contrauenerit, & ſic inciderit in periurium , nihilominus poterit petere abſolutionem poſtea, vt ſic licitum ſit ſibi venire contra venditionem. Hoc enim caſu ceſſat perſeuerantia in peccato; imponi tamen ſibi debet pœnitentia de per iurio,& in hoc caſu poſſet ſaluari dictum Do. Ant. His autem ſic diſcuſſis,venio ad principalem quæſtionem, in qua breuiter pono hanc concluſionem, quod vbicunque iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis,& aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis,nunquam debet reuocari , niſi vocata
b parte. b Ratio huius concluſionis eſt, quia, ex quo per abſolutionis actum præiudicium irrogatur parti in eo, quod ſibi vtilitas adimitur,debet pars vocari,quia nil debet fieri in præiudicium abſentis,in cap. 1.de cauſa poſſeſ.& propr. & in cap. inter quatuor, de maio.& obed. 2.quæſtio.9.cap.caueant,& cap. omnia.ff.de re iudi.l.de vnoquoque.& l.fina.C.ſi per vim, vel alio modo. Partis autem recipientis videtur quaſi ſemper intereſſe,quia vtile eſt habere partem vinculatam iuramento, cum multa iuramentum operetur,& ſaltem accumulet forum foro,in cap.fina.de foro competen.lib.6. & quod ibi not. facit. l. cum pater.§.filius matrem. ff.de lega. 2.& quod ibi no.Item abſolutio non debet fieri,niſi cauſa cognita,vt no.Innocen. in ca. ad aures,quod metus cauſa,& Specula. in titu. de lega.§. nunc oſtendendum,verſi. 24.& ſequen.nam, vt ſupra dixi, non poteſt Epiſcopus abſoluere cauſa non aſſiſtente,ſed cauſæ cognitio adhiberi non poteſt parte non vocata.l in cauſæ.§.cauſa cognita,& quod ibi no.ff.de minori.d.cap.cum ex literis,de in integ.reſtitu.& in l.fin.C.ſi per vim,vel alio modo.Et ſi aliter fiat, abſolutio non valet,per ea,quæ ſupra dixi. Hæc puto vera, niſi notorię conſtet iuramentum continere turpitudinem ex parte recipientis, ita quod certum ſit parti abſenti in hoc nullam defenſionem competere. Nam tunc puto abſolutionem valere parte non vocata. nam,ſi hoc caſu valeret ſententia ſuper principali,vbi agitur de maiori præiudicio, fortius valebit abſolutio,vbi non agitur de tanto præiudicio,ad hoc cap.bonæ.§. contra vero lega.de ele.& c.quanto. & quod ibi not. Innocen. de transla.præla.c.venerabilem,de elect.c.cum olim, de iud. & quod legi.& no.in l.2.ff.de admini.re.ad ciui. perti. Et pro hoc optimè facit præalle.c.tuas,de vſur.vbi mandatur iudici,vt vſu rarios recipientes iuramenta ſuper vſuris ſibi ſoluendis, vel ſolutis non repetendis, debeat compellere ante ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, & poſt ſolutionem illas reſtituere. Si ergo quæſtio iuramenti eſt coram eo, & notoriè conſtat de illius turpitudine, poteſt abſoluere ab illo iuramento, abſque eo,quod vocet partem,& pro hoc bon.tex.in cap.proxi.Et per hoc infero ad intellectum.cap.debitores, infra eod. vbi compellitur iurans ſoluere.Debet enim intelligi,quando non conſtat.& iurauit ſoluere vſuras,vt quia contractus erat ſub forma licita conceptus,non poterat conſtare ante finem termini, vel propter abſentiam partis,vel quia terminus inſtabat,vel procedit,quando pars non curabat petere abſolutionem , vt ibi ſentit glo.& quod ſupra dixi, iurantem poſſe petere abſolutionẽ, & relaxationem iuramenti, procedit non ſolum in terminis huius cap.quando iurauit ſoluere vſuras:ſed idem,vbicunque pars turpiter recepit iuramentum, vt patet in c. proxi. & cap. ſi vero,no.Inno.in c.ad aures,quod me.cau.latius per Fed. conſi. 274.præalle.quod eſt no.habes nunc expeditum hunc vtilem,
14 & quotidianum artic.†Venio nunc ad glo. in ver. diſtrictione, quæ quærit,quid comprehendatur hic appellatione diſtrictionis eccleſiaſticæ.Reſpondet,quod ſuſpẽſio,vel excõicatio, per c.quærenti,de verb.ſig.Sed glo.debuiſſet addere etiam interdictũ,cũ de his trib.fiat mentio in illo c.Vel dicaliter , qđ illud c. loqtur de cẽſura eccleſiaſtica.ſed tex.iſte loquif de diſtrictione, quæ magis congruere refertur ad pœnam temporalem; cenſura vero ad ſpiritualem;licet quandoque capiantur pro eodem. Vlt.gl.quærit,qua poteſtate iſti compellẽt creditores ad relaxãda hæc iuramẽta? Rñdet dupliciter.Primo,q vt delegati. Sed'o, q vt ordinarij,& tene hoc vltimũ,ad hoc,d.c. p tuas, & q not.

Inno.in d. c. debitores;ordinarij ergo hoc facient iure proprio Sed prima expoſitio glo.fuit facta, quia olim in ſuprascriptione dicebatur omnibus Chriſtianis,& ſic videbatur, quod deberẽt facere, vt delegati, ſed hodie illa ſuprascriptio fuit remota ad denotandum,q ordinarii hoc faciant iure proprio. facit quod leg.& no.in c, 1.de voto.& c.ordinarij,de offi.ord.lib.6.

ADDITIONES.

a In periurio. Pondera,quia contempſit iuramẽtum, ideo debet puniri de cõ temptu,& ſic audietur. And. Barb.

b Vocata parte. Adde videndum Old.conſi. 186.Pet.de Anch.conſi.168.Paul. de Caſt.conſi.215.in 1.impreſſis.Cald.conſi. 7.hoc eo.tit. And.Barb. Vocata parte. Vide Alexã.in conſi.91.incip. viſis ac mihi tranſmiſſis,colum.4.in 2.volu.& in conſi.6.inci. præſtantiſſimè Doct.in 4.vol.& in l.4.§. condemnatum,ff.de re iud.& in l.Titia.§.ſi.ff.ſolu.matr.& Aret.in conſi.33. incip.conſultatio præmiſſa,col.3.& in conſi.20.incip. in quæſtione, & do. Franc.Cur.in præalle.conſi.44.col.7. Seb.Sap.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt peti abſolutio à iuramento,quod continet turpitudinem ex parte exigentis,licet non vergat in diſpendium ſalutis iurantis.*
2 *Iuramentum,an ſit obligatorium, quando interpositur ſuper rebus iuratis metu.*
3 *In relaxatione,& abſolutione a iuramento,quis eſt competens iudex.*
4 *An iuramentum Prælati præiudicet eccleſiæ, & an Prælatus obligetur.*

CAP. II.

PEruenit. Legitur duobus modis.Primo,quod bus eccleſiæ,& ſecundum hunc intellectum, hoc dicit. Non valet iuramentum præſtitum a Prælato de non repetendis rebus eccleſiæ. Secundo modo intelligi-
a tur, a quod fuit præſtitum ſuper rebus proprijs , & tunc iuma ſic.A iuramento meticuloſo fit abſolutio per iudicem eccleſiaſticum.Communis diuiſio. Secunda,ibi,Cognita. Caſus literalis . Comes Arnulphus ſpoliauit Epiſcopum Laudicen. rebus eccleſiæ ſuæ,& compulit ipſum iurare,quod non repeteret ſic ablata. Peruenit hoc ad dominum Papam.ipſe hoc audito valde doluit,dicẽs, quod per illud iuramentum nullo modo fuit obligatus, vel adſtrictus; tamen ad cautelam ipſum ab
1 ſoluit,quod taliter coactus iurauit. Ber. †Not. 1. quod licet iuramentum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ ex parte iurantis, ex quo tamen continet turpitudinem ex parte exigentis, poteſt directa via peti abſolutio à ſuperiore;nec exigitur, vt prius cogatur recipiens iuramentum illud relaxare, facit ad ea, quæ dixi ſupra,c.proxi.No.2.quod vbi ſuperiori conſtat de turpitudine recipientis iuramentum,non eſt neceſſe, vt in abſolutionis actu vocetur aduerſarius,quod latius dixi,ſupra c. proxi. Alia veniunt examinanda cum gloſ. Oppo. videtur enim iste tex.ſibi contrarius,nam primo dicit iſtum Epiſcopum non potuiſſe iuramento conſtringi: ſecundo dicit,quod Papa abſoluit enim.Nam abſolutio præſupponit vinculum, de deſponſa. impube.cap.ad diſſoluendum,& l.decem,ff.de verb.obliga.Solitres intellectus colliguntur ex glo.2.& 3.Primus,quod nullum iuramentum metu extortum obligat; & tunc oportet nos dicere,quod verbũ hoc, Abſoluimus,ſtat hic impropriè, & hunc intellectum ponit glo.2.in princ. qui tamen communiter non tenetur. Secundus intellectus, quod metus non impedit vires iuramenti,vt in cap.ſi vero,infra eod.& in cap. ad aures,& d.cap.ad audientiam,quod metus cau. Ideo neceſſaria huiuſmodi abſolutio. Et dum text. dicit, quod non poterat aſtringi iuramento,dic in effectu,quominus poſſit obtineri abſolutio. Tertius intellectus,quod iuramentum fuit hic interpoſitum ſuper rebus eccleſiæ,ideo ipſo iure nullum,& tunc verbum, Abſoluimus,ſtat impropriè,vt in glo. Aduerte, quia hic ſunt duo examinanda. Primum,nunquid iuramentum metu extortum ſit
b obligatorium b ſuper rebus priuatis ipſius iurantis præſtitum. Secundum,quid ſi fuit præſtitum ſuper rebus eccleſiæ,in dam-
2 num ipſius eccleſiæ?†Ad primum communiter tenetur,quod iuramentum ſit obligatorium,quia metus non excludit cõſum,vt in c.merito, 15.q.1.& l.ſi mulier,ff.quod mc.cau. notat plenè p gl.in c.Abbas,q met.cauſa,& in c.authoritatẽ,15.q.6.
c & idem ibi Archi. Poteſt tamen peti abſolutio c à iuramento, vt hic.

ADDITIONES.

a Intelligitur.Pondera verbum,Diſtringi, quo probatur quod nõ oritur actio ex iuramento,ſed iudicis officium. And.Barb.

b Sit obligatorium. Videtur, quod nunquam Deus acceptet iuramentum præſtitum contra voluntatem, quia Deus reſpicit voluntatem, & non factum,cap.cum voluntate,de ſenten.excommu. 12.quæſtio.5.cap.propoſuit. And.Barb.

c Peti abſolutio. Hoc intellige verum, quando eſt talis metus, qui debuiſſet cadere in conſtantem virum,ut declarat ſignanter D.Abb.in c.cum dilectus,de vit.col.ſupra quod met.cau. Seb. Sap.

d vt hic,& in c.ſi vero,a infra eo.& d.c.authoritatem. Et dicit hic Inno.no.verbum,quod contra proprium iuramentum nõ datur reſtitutioin integ.ſed abſolutio tantum. Contra iuramentum vero abalio præſtitum,bene datur reſtitutio in integ. vbi cauſa exigit,vt in l. nã & poſtea.§.ſi minor.ff. de iureiur. & idẽ Do.communiter hic.Glo.tamen in d.c.authoritatem, videtur velle, quod iuramentum metu extortum , poſſit reſcindi per exceptionem,vel actionem, q met. cau. per totum ti.qđ met. cau.Mihi plus placet primum dictum per iſta iura ſuperius alleg.cum enim obligatio ſit Deo quæſita , oportet,quod remittatur per eum,qui tenet vices Dei,& non per actionem, quod
3 met.cau.†Et aduerte,aut enim agitur, vt quis abſoluatur a iuramento,& tunc oportet, vt adeatur iudex eccleſiaſticus, ad hoc quod no.Inno.inf.eo.c.debitores,& Specu.in tit.de leg.§. nunc oſtendẽdum,ver. 24.& ſeq.facit c.venerabilem,de ele. Aut agitur,vt turpiter recipiens cogatur relaxare iuramentum,& potit hanc compulſionem facere iudex etiam ſecularis,vt no.Fedeconſi. 300.in fi.Hoc puto verum,quando non dubitatur de turpitudine recipientis. Sicut enim compellitur ad obſeruantiam,in c.licet inf.eod.titu.lib.6.melius facit c.ſi.de foro comp. lib.6.& Ioã. And.in nouel.facit etiam quod no.Fed. conſi.255. in fi.ita poteſt ad relaxationem,ſed ſi dubitatur de viribus iuramenti,tunc debet adiri iudex eccleſiaſticus,vt in d.c.venerabilem. Quis autem ſit in hoc competens iudex, an ſcilicet iudex
4 rei,vel actoris,vide quod dixi in c.ſi quis contra clericũ,in prin. de for.comp. †Venio ad ſecundum principale membrũ,quando iuramentum fuit præſtitum per prælatum ſuper rebus eccleſiæ.b Innoc. velle videtur,quod ſit etiam obligatorium, diſtinguit tamen,q aut per violentiam quis iurauit in damnum , & abſolmitur,vt illas repetere poſſit,vt hic,& inf.eo.c.ſi vero,& c. verum, quæ iura intelliguntur generaliter, ſiue rebus proprijs, ſiue rebus eccleſiæ,quis ſpolietur.Si vero iurauit ſine violẽtia, & dolo,tunc dicit,quod ſuperior vel faciet abſolui prælatũ,qui iurauit,vel dabit curatorem bonis, vel prouidebit aliter.prout melius poterit,vt eccleſia res ſuas recuperet,vt iurans non veniat directè contra iuramentum,arg.ff.de neg.geſt.l. at qui naiura.§.cum me abſente,& inf.eo.c.debitores. Si autem per aliũ res eccleſiæ recuperari non poſſunt,quam per iurantem,tunc etiam eidem dabitur licentia repetendi, quia iuramẽtum hoc caſu non poteſt obſeruari ſine interitu ſalutis illius,qui iurauit inf.eo.c.ſi vero,& c.tua. Hoſt. videtur velle, q talia iuramenta non ligent,quæ fiunt in damnum eccleſiæ,ſed potius ſint periuria,inf.eod.c.ſicut noſtris. Videtur tamen ſe reſtringere in vltimo caſu Inno. quando ſcilicet per alium non poſſunt res eccleſiæ recuperari.Io.And.ex ſuo ſummario videtur velle,quod iuſm tale non ſit obligatorium,ſed aliter ipſe diſtinxit in c. cũ veniſſent,de inſti.Ibi enim dicit,quod aut alienans bona eccleſiæ iurauit non contrauenire, aut nullum iuramentum præſtitit.Primo caſu ſubdiſtinguit,aut in confirmatione iurauit non alienare,& ſtatur priori iuramento,vt in cã.intellecto, inf.eod. Aut primo non iurauit, & tunc debet iuramentum obſeruari, vt d.c.cum veniſſent.Si vero in alienatione non iurauit nõ cõtrauenire,& tunc cõtra illa licitè poteſt venire, & ſic intelligit, ſi quis presbyterorum,de reb.eccl.nõ alie.& 35.q.9. c. qđ qs. Hoſt.ibi videtur velle iuramentum ſeruandum, quando aliter poteſt eccleſiæ conſuli,vt d.c.cum veniſſent,alias ſecus,vt in d. c.ſicut,infra eod.Do.Ant.dicit ſe putare,quod ſi in alienatione tangitur præiudicium ſolius prælati,quia ſeparabile eſt præiudicium prælati à præiudicio eccleſiæ,iuramentum obliget, vt in d.c.cum ueniſſent,ſed ſi non eſt ſeparabile a præiudicio eccleſiæ non uidetur,q ſeruari poſſit abſque animæ periculo, ideo iſti non repellit,& nihil aliud inducit.Ego dico,q de hac ſua diſtinct glo.ord.in d.c.cum veniſſent,in uer. obijciebatur. Item addico gl.no.in c.1.de in integ.reſti.lib.6. quæ dicit, q eccleſia in petenda reſtitutione aduerſus ꝺctum eccleſiæ damnoſum, eſt magis priuilegiata,quam minor,qa ſi minor iurauit nõ cõtrauenire, nõ poteſt petere reſtitutio.in integ.ut in Auth. ſacramenta puberum,C.ſi aduerſ. uendi. Si autem prælatus iurauit non petere,uel cõtrauenire,ſic iurando deieraſſet,& eccleſia eodem petente,uel alio ex iudicis officio reſtituitur.35.q.9.c.q quis,& c.ſicut inf.eod.cum ſim.Et ſic illa glo.non diſtinguit,an poſſit per alium conſuli, uel non, nec requirit abſolutionẽ, ut idem poſſit contrauenire. Et per hæc dico,& per rationẽ,quã ſupra tubijciam,nullum iuramentum ligare prætatum in damnum ipſius eccleſiæ.Probo ratione,iuramentum non debet eſſe uinculũ iniquitatis, inf.eod.cap.quãto.ſed ſi iſtud ligaret,beneeſſet uinculum iniquitatis,quia illaquearet ad rem illicitam obſeruandam, contra cap.cum quidam,& c.ſicut,inf.eo. Item per.infm non poteſt ſe quis ſubtrahere ab onere publico,in c.ſi diligenti.de foro compet.ſed hoc eſt onus publicum, quod incumbit prælato circa defenſionem iurium eccleſiæ. 43. diſt. c. ſit rector,& melius in d.cap.ſi quis presbyterorum.ergo &c. Et multum bene facit dictum ca. ſi quis presbyterorum. nam ibi
5 punitur alienator, niſi ſibi per celerem repetitionẽ ꝓſpexerit. Quomodo ergo per iuramentum ſuum põt ſe liberare a pręcepto iuris,facit l.legatus,& quod ibi no.ff.de offi.præſi.

ADDITIONES.

a Et ibi de hoc etiam vide per ipſum Pa.in pen.col.& per Sal.in auth.ſacramenta,in 5.col.C.ſi aduer.uen.ubi dicit,quod licet iuramẽtum extortum metu ſit nullum de iure ciuili,vt in d.Authẽ. tamen de iure canonico non poteſt ſperni propria authoritate,ſed peti debet abſolutio,ita no.in c.ad audientiam,quod met.cau.ubi eſt tex.tenet Inn.in c.venerabilis,de ele. & in c. ad aures,quod met.cau.Arch.in c.2.de pact.in 6.Pau.de Caſt.in d.Authen.vbi tam in leui actu,quam repu. conſtituit naturalem differentiam inter iurm iuterpoſitum per vim,& interpoſitum per metum, attento iure canonico. Adde Ang.conſi.215.Cal.conſi.quod met.cau.melius Are.conſi.14.

b Super rebus eccleſiæ. Adde Franc.Aret.conſi.14.

SVMMARIVM.

1 *An licitum ſit commutare votum de bono in melius , ſine ſuperioris licentia.*
2 *An in commutatione promiſſi iurati,requiratur ſuperioris authoritas.*
3 *Quando me obligaui ſub certa conditione,uel ſub ſpe aliquid conſequendi, ſi mihi non ſeruatur fides,ego non teneor alteri ſeruare.*
4 *Doctor,qui promiſit legere ſub certo ſalario , ſi ſibi non ſoluatur ſalarium, poteſt non legere,& ſi non legit,an illo tempore debeat habere ſalarium.*

CAP. III.

PEruenit II. Non deierat, qui iuramenti implementum in melius commutat.h.d.primo.Non adſtringitur quis iuramento ad implendum quod iurauit,ſi ab alia parte nõ impletur,cuius reſpectu præbuit iuramentum.duo ſunt dicta. ſecundum ibi,Nec tu. Caſus liter. Rex Francorũ promiſit Regi Angliæ,vel alicui alij, præſtare conſilium,vel auxilium ſibi aduerſus ſuos.Simili modo Rex Angliæ promiſit Regi Franciæ præſtare,iuramento interpoſito,vel interpoſitione fidei,ſuper hoc præſtitæ. Rex Angliæ non ſeruauit Regi Franciæ,quod promiſit.Dubitauit Rex Franciæ,an teneretur ſibi ſeruare promiſſũ. Reſpondet Papa,quod non dicitur mutare propoſitum,aut pmiſſum,qui in melius illud cõmutat, nec tenetur illi Regi ad promiſſum ſeruandum,ſi conſtat,cum non paruiſſe conditioni,etiam ſi iuramentum interueniſſet in illa promiſſione, vel
1 fides hincinde data fuerit.B.†Antequam alia attingam, quæro de intellectu literæ in vtroque dicto.Solu.Innoc.videtur intelligere primum dictum in vouente,vt nõ dicatur infringere vo-
a tum,a ſi in melius illud commutat, intelligit tamen ,q fiat cõmutatio authoritate ſuperioris,alleg.c.ex multa,de vo.Idem videtur velle Ioan.And.& Goff.qui dicunt,quod ſi primum votum eſſet noxium, & illud, in quod commutatur, eſſet vtile,
b tunc licet propria authoritate b commutare,vt in c.mulier.22. q.4.& ſic dicunt intelligenda omnia cap.illius quæſtionis.Sed certè illud nõ eſt commutare in melius, ſicut loquitur iſte tex. quia comparatiuum præſupponit poſitiuum.l.vbi autem.ff.de verb.oblig.Sed quando primum votum fuit illicitum non dicitur commutari in melius,ſed potius dicitur deſeri,& hoc nõ ſolum eſt licitum,imo neceſſarium.Hinc dicit canon.In malis promiſſis reſcinde fidem,in turpi voto muta decretum. Impia eſt promiſſio,quæ ſcelere adimpletur,22.q.4.cap.in malis promiſſis.dom.Ant.dicit,quod vbi cadit dubium,an id, in quo fit com-

ADDITIONES.

a Infringere votum.Pondera,quia non facit ad tit.de iureiurã. vnde debuiſſet potius poni in tit.de uoto.Pondera etiam,quia licet in princ. apponat uerbum propoſitum,tamen in fine non replicat,niſi uerbum permiſſum. Pondera etiam,quia utitur illo uerbo,etiam,quaſi ſi tu iuraſti,& alius non iurauit,tu potes uenire contra. And.Barb.
Infringere votum.Vide latè Do.Abb.in c.ſcripturæ,inf.de uoto.& Rich.in 4.ſen.diſt.38.q.8.art.2.& S.Thom.2.2.q.88.ar.vlt. Seb. Sap.

b An liceat commutare uotum propria authoritate.& de hoc vide Beatũ Tho. in 3.q.98.ar.vlt.& uide gl.in uer.redimere.in c.presbyter.82. diſt.
An quis propria authoritate poſſit uenire contra proprium iuramentũ, vel commutare uotum in melius,videas Io.And.in c.1.inf. de uo. & Archi. in c.2.32.q.8.& uide Bald.in marg.ad Innoc.in uer.uotum, & uide Inno.in c.2.de relig.domi.Et quicquid ſit,putarem nunquam licere propria authoritate uenire contra uotum,uel iuramentum, præſuppoſita ualiditate uoti & iuramenti. Fateor enim, quod ſi iuramentum eſſet metu, vel minis, vel per violentiam,aut dolo extortum, illud non obligaret ad obſeruantiam, ut in reg.non eſt obligatorium,de reg.iur.lib.6.& ibi per Ioã.And.plenè in Mercu.& in Auth.quod eis,& ibi per Bar.& Bal.C.de nup.& per Bar.in l.ſi quis pro eo,ff.de fideiu.& in l.fi.C.de pact.& per Bal.in tit. de pa. conſtan. & in §.item ſacramenta,Tamen quia diſpenſatio in uoto , ſeu commutatio non debet fieri ſine cauſa iuxta ea,quæ habentur per gl.in c.non eſt, de uoto, & etiam debet adhiberi cognitio qualitatis & conditionis nouentis, & in iuramento etiam debet adhiberi cognitio an obliget, vel non obliget,iuxta ea,quæ habentur in c.debitores.& in c.cum contingat,hoc eo.ti. Puto tutius eſſe ſemper adire ſuperiorem, qui habeat de hoc cognoſcere, & diſpenſare,uel relaxare,prout ei videbitur,conſideratis his, quæ ſunt in tali diſpenſatione,& relaxatione conſideranda, quia alias non eſſet diſpenſatio,vel commutatio,ſed potius diſſipatio,vel tranſgreſſio, vt dixit glo. in d.c.non eſt de uoto. Ant. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commutatio.sit maius bonum, procedit dictum Innocen. vt in commutatione habeatur superioris authoritas. Idem dicit, si euidenter est maius bonum, potest tamen vtrunque adimplere. tunc enim cum commutatio sit voluntaria, non debet fieri sine superioris authoritate, ad hoc c. 1. de voto. Si vero non potest adimplere primum votum, sine desertione, seu turbatione maioris boni: licet tutum sit habere superioris licentiam, tamē etiam sine ea poterit ipse promissor commutationem facere, ad hoc, quod no. in capitu. commissum, de spon. & de regula. c. licet. secundum cum. Aduerte tamen, quod dictum Dom. Anto. est pulchrum, sed non probatur iuribus alle. per eum. Nam
a in capitu. commissum, fuit aditus superior. a Item consulitur illi, vt prius contrahat, sicut iurauerat, & postea religionem ingrediatur. & capitu. licet, potius probat oppositum. Nam ibi dicitur, quod non debet quis intrare religionem strictiorem, nisi
b prius petita licentia [b] a superiore. Sed ego allego text. hoc probantem, in capitu. scripturæ, de vot. & ibi apertissimè hoc sensit Innocen. in princi. Hinc est, quod si prius emisit votum, non cogitur post religionis ingressum illud perficere, vt no. glos. in capitu. monacho. 20. q. 4. ad hoc c. noluit, 33. q. 5. Dico tamen aduertendum, quod istud capitu. in princi. loquitur in proposito, & in promisso. Et pro primo vide bon. tex. in c. qui bona agunt. 17. quæstio. 1. vbi patet, quod postquam quis in animo sui deliberauit aliqua bona, seu meliora facere, si deliberata non
c facit, peccat, quasi ex proposito firmo, obligetur quis Deo. c. Et fortassis propter hoc dicit iste tex. quod non infringit quis propositum, qui in melius illud commutat. Et hanc commutationem in melius puto, quod possit quis sine alia superioris licentia facere, cum non sit obligatus Ecclesiæ, ex quo non peruenit ad expressionem, iuxta no. in c. literaturam, de vo. vide tamen circa hoc omnino, quod ibi no. Ioan. And. post beat. Thom. &
2 Archi. in d. c. qui bona. † Quoad secundum, scilicet promissum, puto vt tex. faciat ad titulum, quod debet intelligi de promisso iurato, & sic sit sensus, quod non dicitur trasgredi iuramētum, qui in melius illud commutat. Quo casu dico, quod aut iuramenti implementum concernit honorem Dei, aut vtilitatem priuatam. Primo casu placet, vt requiratur superioris authoritas in commutatione, si vtrunque potest adimpleri. Et quod iu
d tamentum possit Episcopus commutare in melius, sicut votum, allego Innocen. d in c. debitores, in fi. inf. eod. vbi dicit, quod si quis iurasset ire ad Sanctum Iacobum, & nunc vellet facere maius bonum, poterit Episcopus commutare illud iuramentum, sicut dicimus in voto, & ad hoc alleg. istum tex. in argum. quod est no. Si autem non posset seruare iuramentum sine
e ne turbatione maioris boni, [c] tenet simpliciter do. Anto. vt supra dixi, quod non peccat commutationem faciendo propria authoritate, quod ego indistincte non admitterem. Pone enim quod quis iurauit seruire vni hospitali, nunc vult seruire alteri hospitali magis religioso, & populoso, dicemus ne, quod hoc
f poterit sine superioris authoritate? Certè credo, quod non, f quia sic liberaret se propria authoritate ab obligatione, & contrarium restringeret nimis, c. 1. de vot. Sed si vellet temporale obsequium commutare in perpetuam religionis obseruantiā, tunc puto, quod poterit, & sic loquitur dictum c. scripturæ. Et huius dicti duplex est rario. Prima fauore religionis, secunda, quia impendit, pro temporali obsequio, perpetuum Dei seruitium, quod non contingit, quando simpliciter commutat in maius bonum, & minus ex hoc offenditur iuris regula. Secundo casu, quando iuramentum, seu promissum concernit vtilitatem priuatam, dico, quod sine illius, cui fuerit præstitum, consensu, commutari etiam in melius non potest, nec prodest in hoc superioris authoritas, ad hoc, quod no. inf. eod. c quanto, & Innocen. in capitu. cum inter P. de renun. sentit Ioan. An. in reg. in malis, de regul. iur. in Mercur. Pro quo facit, quia debitor non potest vnam rem etiam meliorem pro alia soluere inuito creditore, vt in l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. & Insti. quib. mod. toll. obli-
3 ga. in princip. & per hoc est expedita prima pars c. † Venio ad
g secundam partem c. & quæro g de intellectu ipsius. Sol. dic, vt sentiunt doct. quod potest intelligi, quando quis se obligauit sub certa conditione, vel respectu alicuius rei consequendæ tacitè, vel expressè. Exemplum, obligaui me tibi seruire in bello ratione feudi, quod mihi concessisti. certè, si auferas mihi feudum, non teneor tibi ad seruitium, argumen. in c. 1. si de feu. vasal. de loca. c. potuit. Vel promisi te non expellere de domo tibi concessa per me in emphyteusim, certè tacitè subintelligitur, si solueris mihi canonem, alias, si nō soluis, possum te expellere, quia tu non seruas id, ratione cuius facta fuit promissio. l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. & pro prædictis est illa iuris regula, Frangenti fidem, fides frangatur eidem, vt in reg. frustra sibi fidem, de regu. iur. lib. 6. Hæc etiam procedunt in promissione
h iurata, h vt hic. Eadem ratione Hostien. ponebat casum, in quo quis iurauit alicui seruire vsque ad tempus pro certo salario sibi quolibet mense soluendo, cessatum fuit in solutione. quærebatur, an sine metu periurij posset iste a seruitio desistere, & religionem intrare. Respondetur, quod sic, duplici ratione, secundum eum. Et ex hoc sentit, quod principium, & finis capitu. ponant vnum & idem factum, & licet hoc posset admitti: tamen de modico seruiret prima ratio capitu. quia potest iste venire contra promissionem, secundum hanc casus positionem, etiā
4 non facta commutatione in melius. † Et nota. ex hoc, & ex tex.
i quod doctor, i qui promisit legere pro certo salario sibi soluēdo certis temporibus, licitè desistit a lectura, si sibi non satisfiat in tempore, secundum promissionem tempore obligationis factam. Et hoc habeo pro indubitato, cum non possit doctor agere contra eum, nisi adimpleat contractum ex parte sua, l. Iulia. §. offerri. ff. de actio. emp. & l. ædiles, in fine. ff. de ædi. edi. & d. reg. frustra fidem. Sed dubitandum est, an tempore, quo non legit ex defectu solutionis non factæ, possit petere salarium? Et videtur, quod non, quia ipse non adimpleuit contractum pro parte sua. Pro hoc iura proximè alleg. & maxime facit d. l. ædiles, in fi. per quem tex. audiui, ita determinasse Alber. de Rosa. Ego hoc admitterem, quando potuit adimplere contractum, & non adimpleuit. Nam tunc videtur voluisse recedere a contractu. nam poterat agere contra conductorem actione locati, & sic consequi salarium. si autem non legit, quia propter pecuniæ defectum non potuit stare in loco, satis puto, quod poterit agere ad interesse, ex quo per eum non stetit, pro hoc bo. tex. in l. si in lege. § colonus. ff. loca. ad idem l. qui operas, eod. titu. Sed contra predicta, & contra tex. oppo. videtur enim, quod seruanti fidem, sit fides seruanda, vt in capi. noli existimare, 23. q. 1. vbi dicit, quod hosti est fides seruanda, ad idem c. quod Deo patri, 33. q. 5. vbi dicitur, quod si maritus & vxor promiserunt contentiam, licet alter non seruet, alter tamen seruare tenetur, sacit etiam c. innocens. 22. q. 4. vbi fides fuit seruata illi, qui fraudulenter illam accepit. Solu. de his tribus canonibus glo. opponit, & soluit, vt in ea patet. Sed tu dic clarius, quandoque enim duæ obligationes respectiuantur adinuicem: vt quia promisi tibi certum quid, quia tu prosisti mihi aliud, & tunc, si tu non adimples ex parte tua, non teneor ego adimplere ex parte mea, & ita loquitur iste tex. Ad idem c. constitutus, de pœnis, & l. si proponas, 2. C. de pact. & d. regu. frustra sibi fidem. Idem dico, quando ego solus me obligaui, sed obligatio mea fuit conditionata, respectu aliquid adimplendi pro te, puta, promisi pro te ire Romam, si dederis mihi decem. Sed certè, si non des mihi, non teneor, quia obligatio mea non purificatur, nisi a tempore existentis conditionis, vt l. cedere diem, ff. de verb. sig. & Insti. de verb. oblig. in §. ex conditionali, & ita propriè loquitur iste tex. Nam bis hic reperitur verbum, Conditioni. Quandoque enim obligationes non respectiuantur adinuicem, idcst non reflectuntur ad idem factum, sed ad diuersum, vt puta promisi tibi dare simpliciter certum librum, & iurauit. tu etiam postea mihi rasti aliquid facere pro me. certe, licet ego non adimpleam promissionem meam, tu tamen non euitas periurium, si differas adimplere promissionem tuam, quia tu non promisisti ratione promissionis meæ, sed simpliciter, & de specie ad speciem non admittitur compensatio, vt no. in c. 2. de depo. Et hanc conclusionem voluit Cy. in l. cum proponas. 2. præt. al. l. 1. ff. § pe. ff. de eo per quem fac. erit. Sic potest intelligi c. quod Deo patri, &c. in gl. pro contrario. Loquitur enim de marito, & vxore, qui promiserunt continentiam Deo, & sic quælibet promissio fuit simplex respectu Dei, licet igitur vnus non seruet, non tamen per hoc alter liberatur, ex quo pure, & sine conditione promissum fit. Nam quæ sine conditione promittunt, sine conditione exoluenda sunt, vt in c. vnico, 32. q. 8. Ad c. noli existimare, dic, quod loquitur.

ADDITIONES.

a Aditus superior. Pondera, quia imò ille tex. declarat, quod potest propria authoritate facere. And. Barb.

b Petita licentia. Pondera etiam, quia hic dicitur, quod propria authoritate potest venire contra iuramentum, si sibi non seruantur conuenta. Sic dicit pariformiter intelligi. ergo idem erit in voto, ex quo ita loquitur. hic de in voto, secundum Inn. And. Barb.

c Obligetur quis Deo. Pondera bene, quia nos sumus in tit. de iureiur. ergo debet intelligi de proposito iurato, & sic expresse. And. Bar.

d Allego Inn. Pondera bene, quia hic loquitur, quando quis non adimplet, & permisum, tunc potest commutare in melius, sed quando adimplet, videtur secus. pondera bene. And. Barb.

e Maioris boni. Tu pondera c. quia bona agunt. vbi peccat, qui agit bonum, & deliberat facere meliora, si non facit. And. Barb.

f Quod non. Pondera in rub. C. qui admitt. vbi dicitur, quod potestas iurare seruare statutum, si postea illud statutum efficiatur iniquum, potest venire contra statutum authoritate propria. And. Barb.

g Quæro. Vide Gram. in dec. 103. nu. 155. Iac. Anel.

h Iurata. Et iste est vnus casus, in quo licitum est sibijpsi propria authoritate emittere iuramentum, de quibus videatur per Mod. in c. venerabilem, de sponsa. & Iect. & aliquid per ipsummet Abb. Panor. in c. si vero, in 2. col. versi. 3. eius ratur, &c. inf. eo.

i Quod Doct. Contrarium uoluit Bald. in l. 1. per illum text. C. de aduoca. &c. quod qualiter procedat, declarat Fel. in capitu. quia, infra de magi. vbi dicit, quod non potest Doctor desistere, nisi pateretur tale incommodum, ex nō solutione, quod nō posset insistere lecturæ, & ita intelligit d. Bal. de

8 loquitur, quādo hosti a ad certum actum fuit fides promissa, [b]
b quæ seruāda est, ex quo hostis interim seruat fidem. Ad c. innocens, dic, quod nihil facit. Loquitur enim, quando quis extorsit iuramentum simpliciter, per fraudem, ita quod ipse nil promisit, & loquitur de Gabaonitis. & de intellectu illius c. dic, vt plene ibi no. maximè in §. seq. & ibi per Archi.

ADDITIONES.

a Hostis. Item adde reg. frangenti fidem, & c. non procede in treuga, quia licet vnus fregisset treugam, non tamen est licitum alteri, ita dicunt Inno. Ioan. And. & Imo. hic. Istud idem voluit Ioan. And. in Specu. in tit. de treug. & pa. super rubr. in prin. & ibidem refert Arch. ita tenere in c. illi, 24. q. 3. per tex. in c. inter verba, 11. q. 3. Istud idem voluit Ange. & Imo. in l. si ex legati cautione, ff. de verb. oblig. vbi dicunt, quod istud procedit potius de cōsuetudine, quam de iure; vide Bart. in l. conuentionum, ff. de pact. vbi dicit quod fides non est seruanda hosti a priuato, sed bene a duce belli, vel ab alia publica persona, quod no. Dicit tamen ibi Fulg. quod armigeri nostri temporis seruant contrarium, & adde tex. no. in l. nam & Seruius, in prin. vbi glos. no. ff. de nego. gest. & ibi Ange. dicit illum tex. esse sin. in iure. & idem dicit Bald. in c. ex rescripto, inf. eo. Et aduerte diligenter, quod talis dux belli, tenetur seruare fidem, seu fiduciam, quam dedit nedum in suo territorio, sed etiam extra vbicunque, & ita expresse dicit Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, in 2. col. ff. de offi. præfi. & ibi Alb. in 4. l. & Ang. no. in consi. 314. inci. magnifici domini Antiani.

An treuga debeat seruari illam rumpenti, vel frangenti, dicas, quod seruari debet, imo secundo offendens incidit in pœnam treugæ ruptæ, quamuis alter prius ruperit. Ita Ang. & Bald. in l. cum proponas, C. de pa. & vide ple. per Alex. in l. semel mota, ff. solu. matr. & in l. qui seruum, ff. de verb. oblig. Et adde, quod iudex potest cogere priuatos ad treugam faciendam, vt in l. æquissimum, & ibi per Alex. in apo. ff. de vsufruc. & tene menti, quod dixit Bal. in ti. de pace Constan. in §. vasalli, in prin. vbi dixit, quod treuga magis accedit guerræ, quam paci. Et tene menti, quod treuga etiam finita, de necessitate debet fieri diffidatio. Alias primus erumpens in bellum, uel inuadens territorium alterius dicitur latro, vt no. voluit Bal. in d. §. vasalli, in fi. de pac. Constan. Et adde etiam, quod Capitaneus siue Dux belli, gerens bellum nomine alieno, licet non possit facere pacem cum hostibus, tamen potest facere treugam, secundum Bar. in l. conuentionum, ff. de pact. sed Ang. & Pau. de Cast. ibidem dicunt hoc non esse verum, nisi habeat speciale mandatum a domino, seu Principe, cuius nomine bellum gerit, ar. l. mandato generali, ff. de procu. & l. qui Romæ. §. Callimachus, ff. de verb. oblig. de quo per Specu. in titu. de treu. & pa. in §. 1. in versi. hoc quoque, & in titu. de pro cura. in §. 1. in versi. 22. & vide Ale. singulariter loquentem, in d. l. cōuentio num, in 1. col. cum multis concor. ibi per eum signatis. Et ibi etiam traditur, an talis Capitaneus belli possit facere securitatem bannito, vel hostiabsq; speciali mandato domini. An autem fides hosti sit seruanda, etiam ponit in d. l. cōuentionum. Et dicas, quod a priuato non est seruanda, sed a duce bel li. fin. de quo etiam per Bar. in l. fi. ff. ad leg. Iul. maiestā. & vide Pau. de Cast. in consi. 32. & Alex. in 14. ff. de leg. vbi ponit, quæ pacta sint hosti seruanda. Anto. Franc.

b Promissa. Quando hosti fides sit seruanda, vide Gem. in c. cupientes, in prin. de ele. in 6. Et quod sit seruanda, quando est promissa ad certum actum, probat elegantissimus tex. in l. nam, & Seruius. in princi. ff. de nego. gest. vide ru Bar. aliter distinguentem, in l. conuentionum, vbi moder. ff. de pact. & in l. 2. ff. ad l. Iul. maie. vbi distinguit, an fuerit promissa a publica persona, vel a priuata, vt ibi per eum. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *An appellatione Romanæ Ecclesiæ, veniant Cardinales, & Papa?*
2 *Qui veniat appellatione membri.*
3 *Episcopi non seruantes, vel seruari facientes sacros canones, an incidant in periurium?*
4 *Vna citatio sufficit in actibus extraiudicialibus.*
5 *Quid sit synodus, & quid concilium.*
6 *Episcopi tenentur visitare limina Apostolorum singulis annis, & quid ve niat appellatione liminum.*
7 *Si quis iurauit non revelare secretum, vel consilium, intelligitur de consilio malo.*
8 *Clerici possiunt ferre arma in bello iusto, de licentia Papæ.*

CAP. IIII.

GO. N. Pro summario dic, q̄ ponitur forma iurā menti, septem c. continens, fm quam iurant Papæ, Episcopi, qui sunt exempti. Nam alij non exēpti, iurāt suis Archiepiscopis, vt in c. dilecti, supra de maio. & obe. hodie vero omnes recipientes dignitatem a papa, sibi iurant. vnde & Abbates præstant hoc iusm in benedictione, sicut Episcopi in consecratione. De iuramento vero, q̄ præstat Imperator, dic, vt in cle. Romani, inf. eo. tit. De iuso, q̄ præstant inferiores clerici, habes in c. quanq̄, 23. dist. latius per Hosti. & Ioā. And. inf. eo. c. tua. De iuramento, q̄ præstat vasallius domino feudi, est tex. in c. de forma. 22. q. 5. Et de multiplici iuramento vide in Spe. eo. tit. §. 1. ver. idē aliud. Venio nunc ad declarationem c. attingendo quemlibet articulum iuramenti de per se. Hic n. vt dixi, sunt septem articuli, seu capitula iuramē ti. Secundum est, ibi. Non ero. Tertium, ibi Consilium. Quartū, ibi, Papatum. Quintum, ibi Vocatus. Sextum, ibi Legatum. Septimum, ibi Limina Apostolorum. Casu literali non indiget, quia hic traditur forma, qualiter Episcopi iurant fidelitatem d. Papæ, & successoribus suis. Et no. primo, quod Episcopus iurat
a fidelitatem Sancto Petro, [a] & Romanæ Ecclesiæ, & Papæ tunc existenti, suisque successoribus. † Quæro primo, qualiter ista intelligantur cum B. Petrus, beata patria fruens, non indigeat fidelitate nostra? Solu. dic secundum Innocen. quod seruat quis fidelitatem S. Petro, seruando fidem, quam B. Petrus seruauit, & docuit; & sic videtur per hoc iuramentum se adstringere ad seruandam fidem catholicam. Seruat autem fidelitatem Romanæ Ecclesiæ, tenēdo eam matrem, & magistram, & præ omnibus alijs præcellentem, & dominam, & per verbum, Rom. Ecclesiæ, includuntur Cardinales, secundum Ioan. And. quod etiam ad eos extenditur hoc iurāmētum, cum ipsi cum Papa, constituant Ecclesiam Romanam, & sint pars corporis papæ, ar. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maie. & infra de his, quę fi. a præla. c. nouit, & c. quanto. Sed dicit Ioan. And. quod litera sequens eis contradicit, quia secundum id fuerat proponenda. Vult dicere, quod cum statim fiat mentio specifica de pœna, non videtur, quod includantur in hoc vocabulo, Romanæ &c. Nam si litera voluisset per hoc verbum intelligere papam, & Cardinales, fecisset prius saltem mentionem de papa, sicut fecit postea. Sed tenendo primum, pro quo adduco in simili, c. cum clerici, & de verb. sign. potest dicere, quod prius voluit comprehendere totum collegium Romanum, tanquam dignius, cum Papa includatur, & postea ne videatur papa neglectus, vel enim transire sub generalitate, fit specifica mentio de papa. Pro hoc facit quod no. Archi. in c. sunt quidam, 25. q. 1. Et per hoc dico, quod iurans, nō adstringitur cuilibet Cardinali in specie, sed ipsi collegio Cardinalium. Sicut in simili dicimus de obligato Capitulo, vt non sit astrictus cuilibet canonico, vt in c. Episcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 2. & d. c. cum clerici, & quod ibi not. Secus in papa, cum specialiter hoc exprimatur. Quod credo serio sè fuisse factum propter causas præmissas, quinimo plus dicunt doct. per istum tex. quatenus specialiter etiam exprimitur nomen proprium papæ, quod vasallus Ecclesiæ tenetur iurare Episcopo, etiam in factis proprijs, 7. q. 1. capitu. scire, sed canonicus non tenetur iurare. d. §. qui manumittitur, & pro hoc facit secundus artic. iuramenti. No. etiam ex hoc primo artic. quod non tenetur subditus obedire Prælato canonicè non intranti in ecclesiam, etiam si iurasset obedire successori, facit. c. alienationes. 12. q. 2. † No. ex hoc secundo articulo, quod ad perditio-
2 nem membri, non sequitur perditio vitæ. Quid autem com-
b prehendatur appellatione membri, [b] vide plene per Bar. in l. 2. ff. de publi. iudic. vbi concludit, quod strictè illud dicitur corporis membrum, quod habet officium distinctum, & separatum, vt pes, manus, oculus, & similia, per quod infertur, quod
c digitus c strictè nō est membrum, sed pars membri, scilicet manus. Quod manus sit membrum, probatur in Auth. sed nouo iure, C. de ser. fug. & est tex. no. & magis clarus, in c. sicut vrgeri, 1. q. 1. vbi dicitur, quod etiam si sit arida, verum quidem membrum est, licet sit inefficax. quod no. quia facit ad multa. Addu co etiam pro conclusione Bar. no. tex. in c. singula. 89. dist. vbi clarè innuitur dici membrum, quod habet certum officium. Faciunt hæc ad intellectum cle. si furiosus, de homi. & ad statuta facientia mentionem de membro. No. ex tertio membro, quod quis declarat alteri voluntatem suam tribus modis, voce, nuncio, & literis. Oppo. contra tex. de incongruitate locutionis. Nam supra locutus est in singulari, vt patet ibi, Manifestabit, & postea loquitur in plurali, ibi, Ad eorum damnum. & sic rela-

ADDITIONES.

a Sancto Petro. Adde, an Episcopus, qui est exemptus, teneatur iurare fidelitatem Metropolitano, si iurauit Papæ. Fran. Aret. consi. 151.

b Membri appellatione, quid comprehendatur, uide Bald. in c. 1. de no. for. fidel. & in Auth. sed nouo, C. de fer. fu. & in l. reos, C. de aecu. Bald. in l. data opera, C. qui acc. in 12. col. Io. de Ana. in c. cum ex iniuncto, de hære. & Bal. in l. fi. fugitiui, C. de ser. fug. ubi ponit, ubi, & quomodo comprehēdatur debilitatum membrum, & Bal. in l. 1. C. de ædil. edi. in ulti. col. & uide nouif. in c. in quibusdam, de pœ. ubi dicunt, quod si quis est damnatus ad mutilationem membri, intelligitur de manu. Adde Barto. consil. incipien. an digitus sit membrum.

Quid ueniat appellatione membri, uideas Ro. in l. 1. 5. colum. ultra hic allegat. ne quis eum, qui in ius uoc. est ni. exi. & uide tex. in Auth. ut nulli iudicum, in §. quia uero. Et ideo in statuto faciente mentionem de membro, debemus intelligere de manu, de quo plene per Ale. post Bar. in l. 2. ff. de publi. ubi post Bal. & Imo. dicit, quod membrum dicitur illud, quod habet propriam operationem in corpore, & uide Ang. Aret. in tract. male. f. in uer. membrum, in prin. & uide Bal. l. data opera, in 15. col. C. qui accu. non post. & in l. reos, C. de accu. ubi ponunt, quid de digito, & quid de barba, & de labijs, an sint membra? & an mutilatio membri sit meri imperij, & an æqui parentur morti. & de alijs circa huiusmodi materiam, uide glo. & Barto. in l. 2. C. de of. eius qui uices alte. ge. & in Authen. sed nouo iure, hic alle. & uide Barto. in l. Imperator. la 2. ff. de stat. ho. ubi inter reliqua dicit, quod membrum non potest mutilari mulieri prægnanti, nisi post partum. Et adde etiā quod propter modicum errorem commissum in pœna pecuniaria non soluta intra terminum, etiam stante statuto de hoc loquente, non debet mutilari membrum secundum Bald. in 1. quamuis, & ibi per Raph. & Imo. ff. de tilari membrum secundum Bald. in 1. quamuis, & ibi per Raph. & Imo. ff. de condi. & demonstr. Et adde, quod illud membrum debet mutilari, stante statuto, cum quo quis principaliter deliquit, puta scriptori manus, cursori pes, testi falsario lingua. Ita Bal. no. in l. 3. in prin. C. de ser. fug. ubi tamen dicit, quod hodie mutilatur sola manus, nisi consuetudo sit in contrarium. Anr. Franc.

c Quod digitus. Vide Bar. Bal. & alios in l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. ubi glo. sentit, quod digitus non sit membrum, sed officium membri. Sebast. Sap.

relatiuum discordat cum suo antecedenti, contra c. ad audientiam, de rescr. Sol. dic, quod istud relatiuum, Eorum, refertur ad principium c. vnde dic ad eorum damnum, id est diminutionē fidei beati Petri, vel in derogationem honoris ecclesiæ, vel in læsionem personæ Papæ, secundum Inno. vel Cardinalium, secundum Host. ar. præal. l. quisquis canonizata sub §. verum. c.
3 quæro. 6. q. 1. sed de eis dico, vt supra dixi. † Ex quarto articulo no. quod Episcopus tenetur ex iuramento defendere & adiuuare Papatum, & regulas sanctorum patrum. Et dic papatū, idest, principatum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, secū dum Innoc. Dic regulas, idest canones summorum Pontificū, & aliorum sanctorum patrum per Ecclesiam Romanam approbatos, 3. dist. canon. 18. dist. per totum, secundum Inno. hic. Alibi dicit canon, quod Episcopi sunt debitores sacras regulas custodire. Et sic potest ex text. colligi dictum satis acerbum, qđ
a Episcopus a non seruans, vel seruari non faciens canones, incidit in periurium. cum iuret defendere, & retinere canones. Nō enim defendit, nec retinet, qui non seruat, nec seruari facit, pro hoc alleg. glos. singu. in cap. sacerdotes, 2. q. 7. quæ dicit, quod a Prælato non seruante canones, potest recedi, sicut receditur ab excommunicato, & ab alio præciso ab Ecclesia. Et quoniam vtrunque dictum simpliciter intellectum, satis acerbum est, dicerem, quod procedunt, vbi ex contemptu, quis non seruat, nec seruari facit canones. Tunc enim Prælatus est periurus, vt hic, & licitè ab eo receditur, vt in d. glos. Est enim hæreticus, in c. alienis, 2. q. 7. Et per illum tex. restringo illam glo. intelligo tamen quod est hæreticus, si credit Papam non habere potestatem condendi, 19. dist. cap. nulli fas. Alias deponitur contemnens. 4. dist. c. denique. §. hæc, & si legibus, de quo vide bo. glo. in c. generali, de elect. lib. 6. ver. inhibemus. No. quod non tenetur subditus adiuuare Prælatum suum, etiam Papam contra ordinem suum, quod intellige, vt in glos. Not. ibi, Contra omnes homines, quod Prælatus tenetur ex debito iuramenti iuuare Papam, etiam contra principem suum. Periurus est ergo prælatus, qui timore sui principis secularis non adiuuat Papā. An teneatur iuuare contra filios, seu parentes proprios, vide
4 bon. glo. in c. de forma, præalle. † Ex 5. art. no. quod prælatus nō tenetur ire ad synodum, seu cōcilium, nisi vocetur. Et per hoc dicit Ioan. And. post Vincen. q. si Episcopus videt omnes alios Episcopos ire ad synodum, non tenetur ipse ire, nisi fuerit vocatus, vt hic, & in c. si Episcopus. 18. dist. No. 2. quod dicit vocatus, & nō peremptorie citatus. Ex hoc enim infertur, quod vna vocatio sufficit secundum Io. And. quod no. Et dic, quod regulariter ad actū extraiudicialem sufficit vnica requisitio, vt est glo. no. in d. c. si Episcopus, & in clem. 1. de hære. & in ver. requi
5 sierit. † Oppo. & videtur, quod text. debuisset dixisse, ad concilium, & non ad synodum, quia Episcopi faciunt synodum, Papa & Archiepiscopi cōcilium. Host. fatetur contrarium, tamē dicit, quod quandoque vnum sumitur pro alio 17. dist. c. nec licuit. 18. dist. per totum, & cum hoc dicto, communiter transeunt hic Doct. Ego dico, quod licet pro dicto Hostiē. videatur tex. in c. sicut olim, de accu. vbi appellatur synodus Episcoporum, & concilium Archiepiscoporum, tamen dico, quod concilium etiam generale rectè potest appellari synodus, vt patet ex etymologia vocabuli. Dicitur enim synodus Græcè, Latinè vero idem est, quod comitatus, seu cœtus, vt dicit tex. in cap. 1. 16. dist. vbi habetur, vnde dicatur concilium, & vide cap. 1. de spon. Sed quæro, nūquid prælatus teneatur ire personaliter ad synodū, seu concilium? Dic, quod sic, nisi infirmitate detētus, & tunc tenetur mittere legatum, vt est text. not. in c. Episcopus ad synodum, 18. dist. Et ex hoc, & ex tex. no quod prælatus, qui iurauit iuxta formam huius c. incidit in periurium, si vocatus non confert se ad concilium, nisi fuerit impedimēto legitimo
b detentus, vt hic. Ex 6. c. no. ar. quod is, cui data est securitas [b] veniendi, vī data securitas redeundi. Non. n. securè venit, qui tute redire non potest, quod tenet Bartol. in l. vtimur, ff. de sepul. vio. facit, quod ipse not. in l. si cui. ff. ex quib. cau. ma. & in l. 1. ff. ad leg. Iul. ma. & ibi format qōnem, nunquid videatur data se-
c curitas [c] semel duntaxat veniendi, an pluries? dic, vt ibi. Not. q Episcopi tenentur sustinere Legatis Apostolicæ sedis, in suis necessitatibus, quæro de quo legato intelligat iste tex. Sol. dicit Host. quod tam de generali, quam de speciali, etiam si simplex
6 nūcius sit, de rescri. c. ad audientiam, de cēsi. c. cū instantiā. † Ex vltimo c. no. quod Episcopi tenent singulis annis visitare Apostolorum limina, aut personaliter, aut per nuncium. Tex. tamē in c. iuxta. 93. dist. videtur limitare istum. Dicit enim quod Episcopi, qui immediatè subsunt Papæ, debēt omni occasione remota, si propinqui sunt, personaliter visitare limina Apostolorum, si remoti sunt, tunc visitabunt per chirographum. Posset tamen dici, quod iuramentum nō adstringit, nisi prout hic dī, quia non debet extendi iuramētum, in c. pen. inf. eo. sed c. illud procedit sine iuramento. Quæro quid intelligitur hic appellatione liminū? Io. And. dicit, q curia Romana. Nam, vbi est Papa, ibi intelliguntur esse limina Apostolorum, ipse. n. fungit au

d thoritate ipsorum Apostolorum. d Non enim potest iste tex. intelligi de Apostolis mortuis, per id, quod sequit in tex. ibi, Nisi
e eorū absoluat licētia. Ex hoc no. quod ibi cēsēt e Roma, vbi est Papa; nō tñ debet Papa, sine causa trāsferre sedē de ciuitate Romana, vt i c. fundamēta, de elec. li. 6. & qđ ibi no. Io. An. & facit tex. in cap. quāuis. 21. dist. Secundo quæro, qualiter visitat quis per

ADDITIONES.

a Quod Episcopus. Vide Rom. in sing. 497. inci. curialis de Florentia, Abb. in c. cum non liceat, col. 1. & in c. sciscitatus, col. 2. supra de rescr. Card. in cle. 1. in 10. q. de æta. & quali. Seb. Sap.

b Ad materiam salui conductus, vide Bart. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. per illum tex. Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. Et an intelligatur pro una vice tantū data securitas, vide ipsum Abb. Pan. in c. fi. de treu. & pa. plenè distinguentem, & vide quod no. in c. statutum, §. 1. de rescri. Et qñ conceditur securitas alicui cū sociis, qui comprehendantur, & an comprehendantur Iudæi, vide no. per Bal. in l. spadonem, §. iam autem, ff. de excu. tut. per Ang. in d. l. utimur, de sepul. uio. ubi pulchrè loquitur in materia. Adde quod inferior a Principe non pōt dare saluum conductum ueniendi, & reuertendi, text. est in l. relegati, ff. de pœ. ad fi. & in §. sed neque homicidas, iuncta gl. in Authen. de man. prin. Bar. in l. nō omnis. §. fi. ff. de re mili. Voluit plus Bal. sing. in c. 1. §. sacramenta, in ult. col. de pa. iur. fir. quod saluusconductus cōcessus ab inferiore ab Imperatore, & firmatus iuramento, non sit seruandus. Et ea men Bart. in d. l. is, qui reus, ad fi. & ibi eum sequitur. Imo. tenet, quod iudex potest dare saluum conductum reo accusato, vt ueniat ad se defendendū, idem tenet Ang. in q. per eum disputata inci. Bono. in 7. col. quamuis contra rium, & male tenuerit Bar. in l. reos, in 13. col. C. de accu. Limita tamē sing. Bal. in l. sed si hac. §. sed & si per pœnam. ff. de in ius voc. per illum tex. quod saluusconductus per iudicem pōt concedi reo, vt veniat ad se defendēdū, non autem posset concedi actori, uel accusatori, vt ueniat ad agendum, vel ad accusandum, ut ibi plenius per eum, quod bene no. in c. fi. inf. de re iud. Sed quomodo procedant hæc in iudice, si solus Imperator, vel Papa potest saluumconductum concedere? Posset fortè dici, quod primo adducta pro cedant, quando quis fuisset exbannitus ab ipso Imperatore vel Papa, tunc inferior ab eo non posset sibi dare fiduciam, seu saluumcōductum, alias sic. Ita procedant dicta per Bar. in iudice.

Adde, an saluusconductus datus pro ueniendo intelligatur pro redeundo, Alex. consi. 46. lib. 2.

Ad istam materiam de saluo conductu, quia est multum quotidiana, & primo, an intelligatur pro una uice tantum. dicas, quod sic. Ita Bartol. in d. otis. ff. de iu. dot. & in l. 1. in 4. q. ff. ad leg. Iul. maie. & uide Gemi. in c. 1. in §. il le vero, in 2. no. de fil. presbit. lib. 6. per l. boues, §. hoc sermone. ff. de ver. sig. & uide Alex. in consi. 15. in 4. par. consi. Quod intellige verum, nisi saluusconductus esset datus ad certum tempus, quia tunc durante tempore, poterat quis pluries uenire, ita Alex. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. ma. vbi dicit hanc materiam esse hoc modo limitandam, per l. cum in annos, ff. qui. mo. ususfruct. amit. Et ita tenet, Cum. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. per no. per Bar. & Ang. in Lutimur, ff. de sepul. vio. & per Io. Cald. in q. sua inci. ex otio iudentibus. Et ad illud quod dicitur, quod saluusconductus datus pro veniendo, intelligitur ēt pro redeundo, vide Bar. in l. fi. C. de dig. lib. 12. & per D. Abb. in c. quia diuersitatem, de consti. præben. & habetur per Bar. in Auth. habita, in 1. col. C. ne fi. pro pa. & uide Alexā. in consi. 46. in 2. par. Et adde, quod saluusconductus non debet seruari committentibus delictum in loco cum saluuconductus, vt est gl. in Anth. de mand. princ. in §. neque, in 1. gl. & per Bar. in l. illicitas, in fi. §. ne potentiores. ff. de offic. præfi. quod adeo verū est, ut dixerit Bal in §. item sacramenta, in vlt. col. de pa. iuta. ar. quod iudex etiam securitatem iurans bannito, non tenetur illam seruare de nouo delinquenti. Et ita videlicet seruari Paduæ de quodam bannito, cui fuerat factus saluusconductus pro homicidio, pro quo erat bannitus, & ueniēs expendit scienter falsas monetas, committendo nouum delictum, qui fuit captus, & non obstante saluoconducto punitus. Et adde etiam, quod saluusconductus concessus Titio, & socio, prodest etiam socio Iudæo. Ad quod vide ultra hic alleg. Ang. in l. vtimur. ff. de sepul. uio. & l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. vbi dixit, quod licet talis saluusconductus comprehendat etiam Iudæos, non tamen etiam uoluit Ang. in suo consi. incip. datus est saluusconductus, non tamen comprehendit Sarracenos. Et ad prædicta uide glo. in c. noli exiltimare. 23. q. 1. quæ dixit, quod saluusconductus non extenditur ad futura delicta. Et uide plenissime per Rom. in l. 3. in §. si quis seruū, ff. de acq. poss. & uide Angel. Aret. in tract. male fi. in ver. fama publica. in uer. 5. quæri, ubi ponit, an & qñ habens saluumconductum possit capi. Et adde, q saluusconductus cōcessus alicui de eundo, & redeundo secure, cōprehendit ēt nuncium. Ita Bal. in Auth. habita. C. ne fi. pro pa. in 2. no. Ita etiam Bar. ibid. in fi. An ita tem saluusconductus expiret morte concedentis, Bal. in l. 1. C. de postu. dixit quod sic. Sed Bar. in l. uxor, in §. Scæuola. ff. de leg. 3. & in l. post decretū, in 2. col. ff. solu. mat. post Cy. in l. fi. C. de act. emp. uidetur tenere contrarium, quia moriendo quis dī uelle perseuerare in priori uoluntate, nisi expresse reuocet. Ita Bar. in l. more, in 4. col. in prin. ff. de iurisd. om. iud. & in l. pedius. 2. col. ff. si cer. pet. Et adde ēt, qđ saluo conducto hostis nō tenetur quis credere c. ex tranimissa, de rest. spol. no. in c. acce. ut lit. non conte. ubi et per Dd. Abb. quia ubi est iustus timor personæ, non sufficit saluusconductus, & uide de Alex. plene in his, qui reus, ff. de pub. iud. & uide Phil. Franc. in c. ex parte. de appel. Et adde denique, quod saluusconductus concessus ad uenēdū citum intelligitur esse perpetuus, ita Bar. in l. centesimis, in §. si ita stipulatus fuero, in 3. col. ff. de uer. obl. & ibi per Alex. in pen. col. ubi alleg. plures concor. & facit tex. in l. iurisperitos, ff. de excu. tut.

c Securitas. Vide Felyn. in c. 2. col. 2. uer. tene etiam menti, supra de treug. & pa. Sebast. Sap.

d Apostolorū. Vide tñ, q̄ dixit Spe. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, in fi.

e Cenſetur. Illud qđ dī, ubi Papa, ibi Roma, habet locū in materia larga, ocus in stricta, ut no. Doct. in c. 1. in ult. col. de schismati. in 6. Item uide do. Ant. in c. fi. in 1. col. de fo. cōpe. & uide D. Ant. hic. uer. quid cōprehendatur. Sed forte melius esset dicere, ibi esse curiā Romanā, ubi est audientia Papæ, licet Papa ibi non sit, per tex. in cle. ne Romani, uer. eo tamen adiecto, de elect. Item uide Dom. in c. ubi periculum. §. 1. in 1. col. de elect. in 6. Et ita de Bal. in l. rescripta, in 3. col. C. de preci. impe. offer. ubi dicit, quod ubi est Papa, ibi est communis patria & alleg. Inno. in c. expositi, de iudi.

per nuncium? dicunt Doct. quod mittet nuncium cum literis patentibus statum suæ ecclesiæ coutinentibus. An autem teneatur pecuniam mittere ad Papam, seu curiam? dicunt Doct. quod non, nisi sit alias debita, vel nisi ecclesia Romana egeat. Tunc enim est illi subueniēdum, quia fidelitatis debitum hoc importat, vt patet de feudis, c. 1. & d. c. de forma. Item Papa est dominus omnium, & vicarius Christi, in cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & de transla. episc. c. 2. Item, cum in tali casu necessitatis sit subueniendum nuncijs Apostolicis, vt in præcedenti articulo, & inferioribus ordinariis, vt in c. cū apostolus, de cēsi. fortius Papæ subueniendum est, de elec. c. licet, in fi. secundum Host. facit quod ipse Hostien. not. in c. 2. de deci. & quod leg. & no. in cle. 2. co. tit. Ex fine literæ no. vnum modum iurandi, ex quo no. iuramentam præstari, licet non exprimatur verbum, Iuro, sicut quidam voluerunt, quod nō est necessarium, vt hic vides, infra eod. cap. & si Christus. An autem Episcopus præster hoc iuramentum corporaliter. Ioan. And. dicit hic, quod sic, p illud verbum, hæc. Generaliter autem, an, & quādo Episcopus in iurando teneatur tangere, dixi plene in c. fina. de iuram. cal. An autem Episcopus iuret alia capitula vltra ista. Ioan. And. addit duo. Primum habetur in c. 2. de feu. secundum in cap. vt super, de reb. eccle. non alie. Venio ad glo. tertiam, & not. primo in eo, quod vult hoc, c. debere coniungi cum c. de forma, ita, vt vnum suppleatur per aliud cum ambo tractent de forma iuramenti fidelitatis, & arguebat Vinc. per ea, quæ dicuntur in hac glo. vasallum non posse testificari pro domino, de quo vide in Spec. de test. §. 1. ver. sed nunquid vasallus, & ea, quæ no. in cap.
7 accedens, il 2. vt li. non con. † Glo. 4. restringit tex. ad consilium honestum, inhonestum autem potest reuelare ei, qui potest p desse, & non obesse, arg. in c. hoc videtur, alleg. in glo. Dicit Hostien. se nescire, quid glo. intendat, cum Papæ consilium præsumeodum sit honestum. Sed ego miror de Host. quod habuerit dictum glo. pro inconuenienti, cum Papa nedum possit pecca
a re ex fragilitate humana. 2. q. 7. c. nos si incompetenter, sed etiā possit esse hæreticus, vt c. si Papa. 40. dist. Et ideo ego no. glos. sing. quod malum consilium non tenetur prælatus, seu vasallus cœlare, ita quod iuramentum ad hunc casum non extenditur, facit c. 1. eo. tit. lib. 6. & debet reuelare ei, qui potest prodesse, & non obesse. Et facit hæc glo. quod si iuraui non reuelare secretum mihi per te dicendum, quod debet intelligi de honesto, & non de alteri nociuo, a & quod tūc possum reuelare, sed non tamen omnibus, sed illi, qui potest prodesse, & nō obesse, vtputa sacerdoti, qui admoneat illum, vt oret pro illo, arg. in d.
c. hoc videtur, quod bene no. & pro hoc vide tex. iuncta glo. fi.
8 in c. nerui. 13. dist. in ver. contagione. † Vltimo not. glo. in versi. Saluo, quæ vult, quod prælatus non debeat iuuare etiam Papā cum armis Io. And. dicit hoc esse verum in psona propria. 23. q. 8. c. 1. & c. seq. & patere dicit, inf. de. voto. c. ex multa. §. de clericis. tenet tñ fm eum mittere, vel ducere militiā, de dila. c. fin. Item pōt hortari ad pugnā milites, vt in c. hortatu, & c. igit. 23. q. 8. fm cū, quæ verba no. Et vide ad prædicta bo. glo. in c. sciscitatis. 7. q. 1. quæ dicit, q in nullo casu, licet clericis pugnare, si possunt euadere. 50. dist. c. de his clericis, possunt tñ alios hortari ad pugnā iustā, & ēt interesse d. c. igitur, & c. vt pridem, ea cā & q. Aduerte, fateor, quod prædicta sunt vera interueniēte Papæ licentia, quia clericatus reddit clericos inhabiles ad pugnādum, ēt cum infidelibus, vt in d. c. ex multa: nisi pro defensione Propriæ psonæ, vt in cle. si furiosus, de ho. Sed ego moueo dubium, nunquid cum Papæ licentia possint clerici, vti armis ēt offendibilibus, & dico, q sic, si est bellum iustum. hoc enim est clericis, phibitū ex sola ordinatione Ecclesiæ; Papa tñ nō debet dispensare propter errorem sine magna causa. Hæc est aperta sententia Io. Cal. in c. petitio, de homi. vbi late prosequit, facit q no. Host. in c. sicut dignū, de homi. vbi tenet Papā posse dispensare cū homicida volūtario, qa irregularitas est de iure positiuo, q ēt sensit Inno. in c. ad audientiā, co. tit. facit c. is, qui. de sent. ex cō. lib. 6. Latius hāc materiam examino in c. cler. arma, de vi. & hon. cler. vbi videas, & ibi tracto generaliter, an, & qñ liceat clericis arma mouere, tam pro se, quam pro alio.

ADDITIO.

a Neciuo. Faciunt no. per Bar. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. vbi dicit, quod confirmatio priuilegiorum, intelligitur de iustis, non autem de iniustis, cum multis alleg. per Feli. in c. 2. col. 17. uer. leges insertæ, supra de rescrip. vbi etiam vult, quod confirmatio priuilegiorum non intelligatur de nociuis alteri, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pronomen suus, quandoque denotat iurisdictionem.*
2 *Simplex clericus, tunc iurat obedire, quando est suspectus de inobedientia.*

CAP. V.

NVllus. Non tenetur clericus Episcopo suo obedientiæ iuramentum præstare, nisi ratione administrationis sibi concesse. h. d, Casus literal. ex text. verbis cuique apparet, ideo Ber. eum non
1 ponit. † No. ibi clericos suos, quod hoc pronomen, Suus, non semper denotat dominium. Hic enim denotat iurisdictionē & quandam potestatem. Ad idem cap. si tibi absenti, de præben. lib. 6 & de hoc in l. Quintus Mutius, ff. de auro, & arg. leg. per Bart. in proœm. ff. noui. per glo. in c. 2. de postu. præla. Secūdo no. vnum casum, in quo licite iuratur, scilicet pro obedientia præstanda. Alios casus vide in glos. quam no. & vide glos. 2.
2 q. 5. c. 2. † Gl. 21. oppo. de c. quanquam. 24 dist. vbi clerici præstant Episcopo iuramentum obedientiæ Respondet, quod loquitur de illis, quibus committitur rerum ecclesiasticarum administratio, istud vero de clericis simpliciter, ad hoc cap. legebatur, de maio. & obed. Ego do solemnem limitationem ad istū text.
a quod c. istud procedit, quando simplex clericus a non est suspectus de inobedientia, tūc enim data suspicione, potest compelli ad iurandum, pro hoc bon. tex. in c. cum in ecclesijs, de maio. & obed. & d. c. legebatur, in fi. pōderata ipsius ratione, & quod voluit glo. no. in d. c. quanquam.

ADDITIO.

a Simplex clericus. Vide Abb. in c. legebatur, & in c. cum in ecclesijs, supra de maio. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Ex simplici promissione de soluendis vsuris, non nascitur obligatio, etiam naturalis.*
2 *An iuramentum accessorium ualeat, si non ualet id, super quo est interpositum iuramentum.*
3 *Inter iuramentum, & simplicem loquelam inualidam, est differentia, secus si loquela est ualida.*
4 *An ei, qui iurauit soluere usuras, prosit regula. Cui damus actionem, &c. & regula, Dolo facis, &c.*
5 *In soluente vsuras non præsumitur animus donandi, & in eo non habet locum regula. Cuius per errorem, &c. nec regula, qui sic soluit.*

CAP. VI.

a DEbitores. [a] Qui se obligauit ad vsuras soluendas, soluere non cogitur, nisi iurauerit, quo casu cogitur, sed repetit. Tria sunt dicta secundum ibi, Si vero. Tertium, ibi, Et cum, &c. Casus liter. Aliquis promisit soluere vsuras, cum vsuræ prohibitæ sint de iure canonico & diuino, quærebatur, vtrum ille sit cōpellendus ad eas soluendas? Et respondit, quod non debet compelli ad hoc. Si vero iurauerit soluere, tunc propter iuramentum debet compelli, & cum vsuræ solutæ fuerint, creditores sunt compellendi per censuram ecclesiasticam, vt eas restituant. Ber. † No. 1. arg. ex tex. in princ. quod ex promissione de
1 b soluendis vsuris non nascitur [b] obligatio, etiam naturalis. Hoc colligo ex eo, quia promittens non cogitur soluere. Nam si naturalis esset orta, cogeretur ratione pacti, vt in c. 1. de pact. sicut cogitur in causa iuramenti. Probo alia ratione, quia vbicunque lex resistit contrahentibus, non nascitur obligatio, etiam naturalis, vt in l. cum lex. ff. de fideiuss. & ibi plene per Bar. quod procedit, etiam si alteri contrahenti tantum resistat, vt ibi not. Bart. & hoc probat aperte. Nam lex non resistit recipienti ad vsuram, ex quo necessitatus facit, vt not. Innocen. in cap. super eo, de vsur. sed ipsi mutuanti, in c. consului, eod. titu. & tamen nulla obligatio nascitur, vt hic patet. No. secundo arg. optimū, quod vbi turpitudo versatur ex parte recipientis obligationem, & non ex parte se obligantis, promissio, seu pactum non obligat sine iuramento; secus cum iuramento. Et sic habes casum, in quo Ecclesia facit differentiam inter promissionem, & iuramentū, de quo, inf. latius. No. ibi. Cogēdi sunt Dño, quod iuramen-

ADDITIONES.

a Debitores. Limita hunc text. vt colligitur ex no. per Bald. in c. 1. supra eod. & declarat Ant. Sicu. in repe. l. cum acutissimi, char. 13. colum. 1. C. de fideicommiss. Seb. Sap.

Vide Host. in summa, de iureiur. §. quomodo censeatur, in 3. col. uer. nam & si iurē vsuras soluere, & vide Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. in 2. col. Item adde, quod licet iuramentum de præstandis vsuris liget, ut hic dicitur, tamen iuramentum de seruando statutum permittens præstationem vsurarū non ligat. Bal. in l. eos. §. super his, C. de usu.

An iurans usuras soluere, etiam ex causa voluptuosa, teneatur ad obseruā tiam iuramenti, absque dubio credo tutius esse, quod sic, quia iurans non potest tutè contrauenire iuramento, nisi prius impetret absolution. em, etiā si iuramentum sit illicitum ex parte iurantis c. fi uero hoc, eod. tit. quatuis Bald. teneuerit contrarium, in l. 4. C. de iureiur. quod forsan posset procedere, si tus resisteret tali obligationi vsurarum, quia non videretur tunc esse necessaria absolutio secundum ea, que traduntur in c. cum contingat, hoc eod. tit. sed cutius credo tenere primam opin. & uide omnino Paul. de Cast. in consi. 168. & Old. in consi. 185. vbi dixit, quod iurans non repetere vsuras, pōt absolui a iuramento officio iudicis, et absente creditore. Ant. Fran.
b Non nascitur. Vide Bal. in l. 1. C. de cond. in de. & in l. eos. §. 1. de usu. & in l. C. de usu. & in l. data opera, in 7. colū. C. qui acco. non pos. & in l. quinque. Alexandrum. C. de adul. Sal. in auth. ad hæc, C. de vsu. Paul. in 2. post. de cond. ob turp. cau. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ramentum principaliter dirigitur in Deum, & ei acquiritur principalis obligatio, licet effectus concernat vtilitatem priuatam. No. vlt. quod soluens vsuras, non videtur habere animum donandi, alias non posset repetere, l. Campanus. ff. de oper. li-
2 ber. de quo aliquid, infra. † Venio ad glos. oppo. obligario hic
a non contrahitur, sed iuramẽtum tenet, & sic valet accessoriũ a
b sine principali, b contra cap. si diligenti, de foro compet. & reg. accessorium, de regu. iur. lib. 6. & l. non dubium, C. de legi. cum multis similib. Solu. glo. 1. sentit hic contrarium, sed nõ soluit. Ioan. And. dicit, quod in pactis præter legem valet regulariter accessorium, sine principali. vnde committitur pœna apposita, licet non valeat actus principalis, vt no. glos. in l. pacta, quæ contra, C. de pact. & in dicta reg. accessorium. Hoc tamen non soluit contrarium, quia stipulatio vsurarum est contra legem diuinam & canonicam. ca. 1. de vsu. per totum, & sic etiam accessorium deberet corruere iuxta theoricam glo. de quibus supra Host. reddit hanc diuersitatis rationem. Per iuramentũ potius iurans obligatur Deo, quam homini, & ideo alias vanum & irritum solidat adiectio iuramẽti. 22. q. 1. c. habemus, q. d per promissionem obligatio acquiritur homini, quæ hic impeditur ex prohibitione legis propter turpitudinem contrahentis, sed iuramentum dirigitur in Deum, apud quem nulla repetitur turpitudo, vel prohibitio, & hæc solutio sic declarata est satis bona. Ex qua solutione infertur, quod vbi causa annullans principale non concurrit cum accessorio, & annullato principali, non annullatur accessorium, ad hoc Insti. de inuti. stipu. §. si quis alium. quæ verba not. † Sed contra prædicta oppo. Deus
3 c non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum. 22. q. 5. c. iuſi, sicut ergo qs compellit ad obseruantiam iuramenti, vt hic, ita debet compelli ad obseruantiam promissionis, seu pacti. d. c. iuramenti, & c. 1. de pact. & 23. dist. c. psalmista. Sol. dicunt Goff. & Host. quod licet Deus non faciat differẽtiam, Ecclesia tamen facit, vnde plus peccat transgressor iuramenti, quod patet ex maiori pœnitentia. 24. q. 1. c. non afferamus. Simile in voto solẽni, & simplici, inf. qui cle. vel vo. c. rursus, & c. consuluit, & Io. And. dicit in vtroque casu prædicto, dicendum quod comparatio fit in genere, non in determinata quantitate reatus. Vult dicere, quod loquela simplex, & iurm
d æquiparantur in genere, quia, scilicet vterque peccat, & ex transgressione quilibet est dignus pœna æterna, iuxta illud Sap. 1. Os, q mentitur, occidit animam, & transumpt iuẽ, in d. c. iuramenti, tamen in quantitate plus peccat transgrediens iurm, quam simplicem promissionem, vt probatur in c. monet, & c. habemus. 22. q. 1. & in c. 1. ea. causa, & q. & hoc originaliter voluit glo. in d. c. iuramenti, & c. pen. infra eo. Sed certè istæ sol. nõ placent quoad casum huius cap. Nam si Deus non facit differentiam, nec Ecclesia facere debet, quia iudicium Ecclesiæ debet se conformare, inquantum potest, cum iudicio Dei, vt in c. vt nostrum, vt eccl. benefi & c. a nobis. 2. de sen. excom. Nec ẽt procedit dictum Io. And. hic, quia si iste, qui promisit vsuras, peccaret in non adimplendo promissionem, compelleretur, q promissionem seruare, vt in cap. 1. de pact. nec haberetur respectus ad peccatum alterius. Satis enim est, quod sine peccato iste potest suam promissionem adimplere, sicut obseruatur hic adimplẽdo iuramentum, in quo non consideratur, quod alter magis
e peccet, & grauetur in recipiendo vsuras, sed potius consideratur, quod habetur respectus ad iurantem, e vt non peccet, quia minus malum est, vt vnus peccet, quã duo. Nec debet qs omittere peccatum, etiã minimũ, vt alter euitet maius, vt dicit glo. no. in c, quod ait. 14 distin. Dic ergo clarius, & melius, q illa authoritas præall. Deus non facit differentiam, & c. procedit, quãdo iuramenti & simplicis promissionis datur validitas, sed in casu nostro simplex promissio est nulla propter turpitudinem recipientis, iuramentum vero valet, quia Deus turpiter nõ recipit, nec iurãs peccauit, vt sup. latius dixi, & hæc breuis sol. suffi-
4 cit, not. eam. † Glo. 2. procedit multum inuolutè, imnrisecendo quatuor contraria, quæ veniunt ad diuersos effectus. Et scias, quod prima duo veniunt contra creditorem in fauorem debitoris, reliqua econtra. Capio prima duo. videtur enim, q iurãs non debet cogi ad soluendũ, quia cũ habeat actionem ad vsuras repetendas, vt hic, ergo fortius habet exceptionem, ne cõpellatur soluere per regulam iuris, cui damus actionẽ, fortius exceptionem, vt in l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. & in regu. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. Item & secundo vbicunque petit, qui restituere tenetur, potest repelli per exceptionẽ de dolo, quia dolose agit, qui petit, quod statim restituturus est, vt in l. dolo. ff. de doli excep. & in reg. dolo facit, de reg. iu. lib. 6. Sed iste vsurarius tenetur postea restituere, ergo põt nũc repelli modo prædicto, & hæc sunt in fauorẽ debitoris contra eundem, quod non audiatur postmodum repetendo. Glos. arguit primo sic. Aut iste debitor soluit debitum, & non auditur repetens, vt l. Iulianus. ff. de condi. indeb. & c. fina. de sol. Aut soluit indebitum, & etiam non debet audiri, cum sciat, quod qui indebitum soluit, videtur conare, l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & no. in d. c. fina. Item & secundo sic. Qui soluit, vt statim repetat, non videtur soluere, vt in l. qui sic soluit, ff. de sol. ergo iste repetendo non videtur a iuramento absolutus, & sic iuramentum debet obstare repetitioni, & sic repetere non potest, & sic silent duo prima contraria, quæ fundantur super iure repetendi. Et per hoc habes clarè mentem glo. vsque ad ver. Ad hoc dicas. & ibi glo. respondet non ad omnia contraria, sed ũ taxat ad illud de solutione indebiti scienter facta. Dicit enim ta tendum, quod si vsuræ sunt indebitæ, vt tãquam indebitæ possint repeti. Nec obst. quod scienter soluerit, quia nõ animo donandi, sed timore iuramenti fecit, ideo excusatur, sicut ille, qui metu inducitur, hoc voluit glo. vsque ad ver. & sicut. Antequã expediamus illam particulam, examinemus contraria supra
f formata. Ad primum de regula, cui damus f &cæt. respondet Goff. hoc procederet, quando creditor non agit, sed compellitur officio iudicis, & sic non habet locum exceptio, quasi contrarium procederet, vbi creditor ageret, & sic vult Goff. tacitè, quod contra agentem potest ille, qui iurauit, excipere, & sic intellexerunt aliqui finem istius gloss. dum dicit, quod debitor compellitur soluere, nisi petat instrumentum relaxari. Domi. Ant. videtur distinguere inter modos excipiendi. Aut enim excipit de contractu vsurario, petendo absolutionem, vel relaxationem iuramenti, & auditur. per id, quod not. Feder. consil. 300. Aut simpliciter excipit contractum esse vsurarium, vel quod habet actionem ad reperendum, & nõ debet audiri Nec obst. regula prealleg. l. cui damus actionem, &c. procedit enim quando nihil subest magis repellens exceptionem, quam actio nem, hic autem subest iuramentum, quod obstat exceptioni, sed non repetitioni. Hæc est bona solu. & not. eam pro limitatione ad illam regulam, & vide aliam notabilem, quam ponit Innocen. in cap. inter dilectos, de excess. prælato. Sed primum membrum distinctionis, non placet indistincte, quia oportet, quod excipiat petendo relaxationem, vel absolutionem, antequam constituatur in mora. Nam excipiendo instante termino, incideret in periurium, quod est contra mentem huius decret. Item si dictum suum procederet indistincte, istud capitulum esset quasi sine effectu, cum quilibet exciperet petendo absolutionem. Ideo dic, vt plenius, dixi su-

prã

ADDITIONES.

a Si non valet actus principaliter, an & quando valeat aliquod accessorium sine principali, vide per glo. Cyn. & Bald. in l. 2. ff. de iur. omn. iudi. Bald. in l. & si 15, C. de prædi. mi. cano. in c. inter dilectos, de fi. instru. & in d. c. si diligenti, de foro compe. Bar. in d. l. non dubium, C. de legi. Et adde text. sing. in l. fina. ff. de consti. pec. vbi est tex. no. quod si non valet principalis actus, non valet etiam aliqua confessio inde procedens, & illum alleg. pro singu. Bald. in l. absentis, prope fin. C. si cert. peta. in 2. colum. quod si non valet actus principalis, non valet etiam confessio accessoria, vel instrumentum guarentigiæ propterea confectum. Et nunquid extincto principali, extinguatur accessorium, ponunt Cyn. & Doct. in l. 1. C. de iudi. & in l. fina. ff. de eo, quod cer. loc.

b Sine principali. Tu pondera, istud iuramentum est contra legem diuinam & contra legem positiuam, quomodo potest ligare? Item iuramentum habet tres comites, veritatem, iuditiam, & discretionem, c. animaduertẽdum 22. quæst. 3. Illud iuramentum est contra naturalem institiam, ergo non obligat, ideo videtur dicendum, quod debet restringi, quando ex sui serie non apparet, quod iurauit soluere vsuras. vide ibi latè. Ista videtur veritas, sed ea etiam. quia gl. in l. eos. C. de vsur. vult, quod ex tali iuramento de restituendis ststutis, & consuetudinibus, quis non teneatur illa seruare, ergo multo minus tenetur seruare in contractu, quia potentius est statutum, quã pactum, in rub. de decr. detur. Et pondera, quia potest argui, non est prohibitum istud iuramentum ex parte iuranris per no. hic in gl. fi. & c. cum super eo, de vsur. ergo istud iuramentum non est contra. l. diuinam, &c. Respondeo, quia saltem non habet tres comites. Item tendit in perniciem proximi, istud iuramentum, quia facit mutuantem incidere in laqueum, quod non est dicendum, vt c. ille. 22. q. 5. Potest responderi, quod cito remouetur per restitutionem, vt hic dicitur, & facit l. qui sic soluit, ff. de solu. Item pondera, quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, c. quanto, inf. eo. sed istud est huiusmodi, ergo. Responde, quod non est verum, quia hoc iuramentum tendit, vt iurans non incidat in periurium. Pondera, nam ponas quod acceperit ad usuras quis ex causa voluptuosa, & iurauit soluere, an habeat locum iste tex. videtur, quod sic, quia indistincte loquitur. Mihi videtur non esse verum ex eo, quia peccat sic iurans, & iuramentum tale tenedit in perniciem animæ, per not. in cap. super eo, de vsur. Item, quia tale iuramentum non videtur præstitum Deo. cogita bene, quia sunt noua, quæ hic expressi. Pondera, si ligat pro causa voluptuosa, fortius ligat pro causa necessaria. And. Barb.

c Faciunt ad hoc no. per ipsummet Abb. Panor. in c. qnerelam, inf. eod. in 2. col. in fi. ver. vlt. glo. expeditis, quæro, &c. & vide quæ ibi addidi.

d Vterque peccat. Tu pondera, quia vt dicit Cice. in suis paradoxis, æquale delictum est occidere seruum, & occidere dominum, quia semper attenditur non licere. And. Barb.

e Ad iurantem. No. quod attenditur, an ex iuramento isto grauetur vsurarius, quia melius est, vt unus peccet, quam duo. Tu dic, q attenditur illud, quod principaliter fit, vt volunt glo. in l. venia. C. de in ius voc. And. Barb.

f Cui damus. Quomodo procedat illa regula, declarat Do. Abb. in c. diligenti, in 8. colum. supra de foro compe. & Ioan. de Ana. in c. accedens, in 1. colu. infra de accus. & per D. Abb. in c. constitutis. 2. col. fin. infra de appel. vt inde procedat, quando actio, & exceptio competunt ad vindictam, vide Modern. in l. creditori. C. de pact. Seb. Sap.

pra cap. 1. vbi expediui magnam partem materiæ huius cap. Alij, vt refert Goff. dixerunt dictum ℑtium procedere, quando creditor directè ageret, sed c. istud procedit creditore denũciante periurium debitoris. Hoc tamen sibi non placet, qa creditor debet repelli a denũciando ratione sui criminis, cum sit infamis, saltem infamia canonica, & quia bono zelo non denũciat, nec charitatiuè mouetur, infra de simo. c. licet Heli. Videamus latius in quibus casibus possit practicari dispositio huius c. Aut enim iudex videns hunc debitorem in præcipitio deierã di, vult ex officio suo eũ compellere ad soluendũ, & potest; nec ille põt excipere, nec absolutionem petere, nisi intra terminũ solutionis faciendæ possit constare ℑctum esse fœneratitium, vt sentit hic Inno. & latius dixi sup. in c. 1. & in hoc casu clarè p cedit dispositio huius c. Aut creditor denunciat pactum debitoris, ita, quod agit denunciatione. Euangelica, fundans se principaliter super salute proximi: & dicit Goff. q non debet creditor audiri, quia non bono zelo venit. Ego dico dictum Goff. p cedere, quando notoriè contractum constaret esse vsurarium, tunc enim ille repellitur à denũciando ratione criminis, & maxime quia infamis esset, non solum infamia canonica, sed etiã ciuili, vt in l. improbum fœnus, & quod ibi not. Bal. C. ex quib. cau. irro. infam. & 3. q. 7. c. infames. §. porro. Item iudex ex officio suo compellet hunc creditorem ad relaxandum iuramentum, vt in c. 1. sup. eo. & si non vult relaxare, poterit ipse absoluere, vt hic no. Inno. vel ipse absoluet principaliter, f m ea, quæ dixi in c. 1. sup. eo. Item posset compellere creditorem, vt desisteret ab actione, vt in c. tuas, inf. de vsu. Si autem cõtractus nõ appareret vsurarius, tunc posset creditor venire ad denuncian dum peccatum illius in non obseruando iuramentum, & sic se cundo modo posset intelligi iste tex. Tertio modo posset intelligi iste tex. & practicari creditore directè agente, sed primo videamus, vtrum possit directè agere. Dico sic, quod aut ℑctus non apparet vsurarius, quia forte malitiosè fuit conceptus sub forma depositi, vel mutui gratuiti, sed plus fuit scriptũ quam receptum fuerit, & tunc dico, quod optime practicari potest hæc litera. Non enim debet debitor admitti ad excipiendũ, ne incidat in periurium, debuisset enim esse vigilans per prius, antequam instaret terminus, impetrare relaxationem, iuxta ea, quæ dixi, in d. c. 1. Nec habet hic locum officium iudicis, tum, quia non constat de turpitudine contractus, tum quia interim debitor incideret in periurium, & sic propter timorem periurij non habet locum regu. Cui damus actionem, &c. nec regula, dolo facit. Aut contractus apertè apparet vsurarius, & videtur, quod iunc non possit creditor agere. Non enim agit vigore p missionis, quia nulla est, vt in princ. c. Non vigore iuramenti, quia secundum opin. do. Ant. actio, seu obligatio non acquirit parti, propter suam turpitudinẽ, & sine actione nemo experitur l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. Hic aũt deficit obligatio, quæ est mater actionis, l. licet. §. ca oblig. ff. de procu. Sed, vt dixi in d. c. 1. credo, quod hæc opi. do. Ant. in hoc non sit vera, & cõ trarium sentit hæc glo. dum innuit creditorem posse agere p vsuris soluendis, vbi interuenit iuramẽtum. Quare dico, quod saltem secunda obligatio acquiritur parti, vt dixi in d. c. 1. ratione cuius iste poterit agere. Nam, ex quo ius præcipit aliquid fie
3 ri, a datur actio saltẽ ex illa. l. ff. de condi. ex le. l. vna. & pro hoc adduco c. tuas, sæpe alleg. inf. de vsu. vbi dr, q iudex non debet cõpellere creditores, qui receperũt iuramẽta, vt desistant ab exactione: ergo præsumit, q actio competat, alias frustra fieret cõpulsio, & hoc casu etiam posset practicari hoc c. quando, scilicet creditor ꝓparuit, instante termino, ita, q ex illa dilatione, ille incurreret periurium. Debet enim iudex eligere, vt potius admittat istũ cum peccato, quam eũ repellendo, patiatur aliũ incidere in periurium, Idem si ille creditor cõparuit, postquã debitor incidit in periurium. Nõ enim debet iudex pati illum
4 stare in periurio, nec debet illum absoluere, tum, quia nõ petit, tum, quia non est dignus hoc remedio, ex quo legem contem
5 psit, incidendo in periurium, iuxta ea, quæ dixi in d. c. 1. † Ex præ dictis habes vltra alios, varios modos practicandi hoc c. & remanent soluta prima duo contraria, quæ veniebant contra secũdam partem c. Veniamus nunc ad alia duo cõtraria, quæ militant cõtra tertiam partem c. in qua permittitur repetitio post solutionem. Glo. ista, vt supra vidistis, respondet ad primũ, qđ timor iuramenti excludit præsumptionem donationis. Ho. t. & Ioan. And. videtur hoc dictum impugnare. Nam ex hoc sequeretur, quod si is, qui non iurauit, soluerit vsuras, non poterit repetere, cũ in solutione cesset timor iuramenti, quod tamen est falsum, secundũ eos, nihil allegant ad hoc. Sed p hoc facit tex. in c. ad nostram, de emp. & vend. & c. illo vos, de pig. & c. clarius, inf. de vsur. c. gaufrustra, & in c. Michael. Dicit ergo Inno. & Ho stiẽ quod hic admittit repetitio, sciẽtia indebiti non obstante, in fauorẽ seruatis iurm, vel p missum, & in odiũ creditoris. Irẽ f m Host il. ℑri. loquitur de solutione, quæ nõ improbatur a l. de quo per eũ. in sum. de vsur. §. fi. ver. sed quomodo. Itẽ & tertio. f m eundẽ, hoc est speciale in vsura, vt repetat, non obstante

ꝙ scienter soluerit indebitũ, & hoc propter periculũ animæ ipsius recipientis. Quartã solutioaẽ ponit D. Ant. dicẽs, quod aut interuenit iurm, & tunc in dubio excluditur præsumptio donationis ꝓpter timorẽ periurij, vt hic. Aut interuenit simplex promissio. Et tũc si ℑstat, ꝙ voluit donare, & casus est clarus, quod cessat repetitio. Aut ℑstat de ℑrio, & tunc datur repetitio, sed si sumus in dubio, dicit adhuc dandã repetitionem, quia, ex quo præcessit causa, præsumitur, quod voluerit satisfacere promissioni saltem naturali, & non donare. Et pro hoc videtur velle Do. Ant. quod in simplici promissione vsurarum, oriatur obligatio naturalis, quod puto falsum, cum lex resistat, vt supra dixi. Dico ergo, quod præsumptio donationis hic excluditur, qa aut a principio soluit, & necessitatus fecit cupiditate consequẽdi pecuniam mutuo, aut ex postfacto, & videtur voluisse soluere, vt parceret pudori suo, ne notaretur de fractione promissionis apud vulgus, arg. op. in l. Quintus Mutius. ff. man. & in cap. tua, infra eod. cum ibi no. Nemo enim est ita supinus, quod libenter soluat vsuras, l. cũ de indebito. ff. de proba. No. tamen ex glo. & ex prædictis, quod vsuræ repetuntur ex quasi contractu, per conditionem indebiti. De hoc remitto ad glo. & Doc. in d. c. Michael, & per glo. 16. q. 6. c. si Episcopum, per Spec. in titu. de act. & per. §. 2. ver. quod autem dixi, vbi consuluit, quod reperẽs se non arctet ad cõditionem indebiti, dic, vt in d. c. tua nos. Ad vltimum contrarium de l. qui sic soluit, glo. hic non respondet, sed Hostien. dicit, quod quando propter iuramentum soluitur vsura, ius non intendit verè solui, sed potius numerari, ita, q ex sola numeratione, iuris interpretatione, satisfacit iuramento, ad hoc Insti. quib. mod. tol. obli. in princ. Vel dic clarius, quia l. qui sic soluit, loquitur in obligatione a iure nõ improbata, hoc autem a iure improbatur, nec potest creditor retinere sine peccato. vnde satis est, vt interueniat numeratio ad satisfactionem iuramenti, vt sic cõsulatur debitori, & creditori. Vel dic, vt fortè voluit glo. ista soluere in versi. vel sic. quod iste purè soluit ratione iuramenti, nec apposuit pactum de repetendo, seu restituendo, licet alio iure repetat, scilicet quia soluit indebitum, & quia ille peccat retinendo sine iusta causa, & contra l. diuinã & humanam. Nũc venio ad vltimam partic. glo. in ver. Et sicut habet, quæ sentit oppositionem de c. 1. supra eo. vbi iurans nõ compellitur soluere, sed creditor compellitur relaxare iuramẽtum. Glo. respondet, q debitor habet vtrunque remedium. nã si vult petere absolutionem, audietur vt ibi, sed si non petit, & cogitur soluere, habet remediũ repetendi, vt hic in fi. Sed certè secundũ hoc vana esset huius c. dispositio, cum quilibet posset petere se absolui. Ideo dic, vt latè dixi in c. 1. sup. eo. Per prædicta habes clarè tria dicta huius c. quare, scilicet nulla nascat obligatio ex p missione vsurarũ. Item, quare compellatur iste adimplere iuramentũ. Item & tertio de iure repetendi.

ADDITIO.

2 Aliquid fieri. Vide Bal. in Auth. ei, qui. C. de bon. autho. iud. possi. vbi dicit, qđ creditor, qui petit vsuras, non dicitur calumniose petere, quia non est in calumnia, qui petit iure permittente. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus ab excommunicatione, an teneatur præstare cautionem iuratoriam, vel fideiussoriam, vel pignoratitiam.*
2 *Fructus rei pignoratę non computantur in sortem, quando debitor iurauit non molestare, nisi prius sortem soluerit.*
3 *Promittens soluere cum iuramento, si compensat, non est periurus.*
4 *An isti debitores, de quibus in cap. nostro, ex uiolentia illata, cadant à iure eorum.*

CAP. VII.

AD nostram. Si debitor creditori iurauerit rem pignoratam non repetere, nisi prius debitum soluerit, iuramẽtum seruare compellitur. Sic summat Io. And. sed hæc summatio nullam dubitationem continet, sed fortè propter varietatẽ lect. summauit soã. And. ita generaliter. Ideo summo sic. Debitor, qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorata inferre donec soluerit debitum, non auditur repetens pignus, volendo compensare fructus in sortem; sed debet prius debitũ integraliter soluere, & demũ rem cũ fructibus inde perceptis exposcere, & est notabilis casus. Cõmunis diuisio. Secunda, ibi. Ideoque. Casus lit. Quidam P. nomine quandam pecuniæ summam mutuauit quibusdã hominibus, recipiẽdo ab eis quasdã possessiones, & redditus in pignore, præstito iuramento ab eis, quod ipsi P. super illis nullum grauamen inferrent, donec sibi pecuniam soluerẽt. Et antequam de possessionib. & redditibus illis sortem suam deduxisset, cœperũt illũ coram Archiepiscopo molestare, ita quod per Archiepiscopum dictus P. fuit excõmunicatus, vnde super his conqueſtus fuit D. Papæ, & ipse mãdat eidem Archiepiscopo, & eius cõiudicib. quatenus recepta sufficiẽti cautione ab ipso P. q eorũ debeat stare mãdato, ipsum absoluat, postmodũ ꝓpellãt creditores, si est ita, vt possessiones,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& redditus prædictos eidē P. restituant, quia contra iurm suū venerunt, nec sibi molestiam inferant, vel grauamem, donec pecunia fuerit restituta. Cum autem fuerit restituta, sicut iurauerunt, compellant dictum P. vt quicquid vltra sortem recepit, deductis expensis, restituat eis, quod si non fecerit excommunicent illum. B. No. q licitè capit quis in pignore possessiones & redditus. Et no. quod verbum, Possessio, quandoque capitur pro proprietate rei, & non pro nuda possessione, concor. c. quoniam frequenter. §. quod si super rebus, vt lite non conte. No. quod creditor deducit ante omnia expensas, quas fecit in re pignorata, & quod fructus dr̄ solum id, quod supereſt deductis expēsis. l.j. C. de fru. & lit. expen. & l. fructus, ff. sol. ma. No. q vbi est contentio de obseruantia iutamenti, vel de fructibus in sortem computandis, potest adiri iudex ecclesiasticus inter laicos. No. f̄m cōem [a] intellectum, & tene semper menti, q iurm est obseruandum in forma specifica, nec sufficit illud adimplere in effectu. Patet hoc, quia iurans prius soluere, tenetur actua liter soluere, nec sufficit compensare, quanquam compēsatio sit ficta solutio. l. si peculium. §. 1. ff. de sta. lib. de quo inf. latius. No. quem posse compelli per ecclesiasticum iudicem ad restituendum quicquid percepit ex re pignorata, q̄q̄ ℨctus pignoratitius non præcesserit, quasi videatur re ipsa vsuras committere, retinendo sibi fructus, vel redditus occasione mutui præcedētis. No. vl. ex fine literæ, q̄ absolutus ab excommunicatione, cum solemnitate debita de parendo mandato iudicis, non reincidit ipso facto in excommunicationem, q̄q̄ mādato, vt promisit, nō pareat, sed opus est, vt de nouo in illam reducatur, ad idem c. quæstioni, de appel. fallit in casibus contentis in c. eos, de senten. excommunic. lib. 6. Venio ad glo. & primo, quia hic papa mandat recipi in absolutionis actu sufficiētem cautionē, quæro, qualis debet esse hæc cautio? Gl. 3. dicit, quod pignoratitia, seu fideiussoria, ex quo hic adducitur qualitas sufficientiæ. † Sed contra hoc & contra tex. opp. videtur enim q nulla cautio erat hic præstanda, quia vbi excommunicatio est iniusta, debet relaxari sine aliquo grauamine, vt in c. 1. de senten. excom. lib. 6. & c. sacro, de sen. excom. Sed hic fuit iniusta, cum non teneretur creditor restituere res pignoratas ante solutionem sortis. Sol. Host. q contraria procedunt, quando nulla causa exprimitur in sententia, vel exprimitur manifeste falsa, vel iniusta, vel quando nō fuit seruatus ordo, vt in d. c. sacro sed in casu nostro ordo sunt seruatus & causa expressa, quæ non fuit iniusta, vel falsa, sed dubia, quia debitores dicebant de fructibus satisfactum; creditor autem negabat, vnde, quia non cōstabat adhuc de veritate, fit absolutio, & ratione dubietatis debet prēstari sufficiēs cautio. Et no. secundum Io. And. q licet pro dubia causa, non fit quis excommunicandus, lata tamen sententia tenet, [a] similе. 2. q. 6. c. biduum. Vel potest dici secundo, secundum Host. q sufficiens cautio vocatur hic iuratoria, & non pignoratitia, vel fideiussoria, prout dixit glo. quia obstante iuramento ante solutionem pecuniæ, non poterat de fructibus quæstio referri. Et p hoc inducit finem c. vbi non mandat creditorem istum distringi per cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam, sed solum eum reducendum in primam sententiam. Certe vtraque sol. Host. videtur mihi falsa. Prima enim est apertissime cōtra tex. in d. c. sacro. §. caueat, vbi dicitur, q absque manifesta, & rationabili causa non est excommunicatio proferenda, q si contrafactum fuerit, est talis sententia, sine aliquo grauamine, reuocāda. Ad idem c. nemo episcopus. 2. q. 1. & c. graue. 11. q. 3. Sed hęc causa erat dubia, secundum opi. Host. ergo sine aliqua cautione erat relaxanda. Secunda sol non procedit ex eo, quia si non poterat referri quæstio fructuum ante solutionem, ergo excōicatio fuit iniusta, & per consequens sine grauamine relaxāda, ita, vt iurm prętari non debeat. Innoc. dicit, q iste fuit excōicatus pro contumacia, & hoc fuit iustum, & idcirco non absoluitur, nisi prætita cautione & iuramento. Fatetur tamen, q sentētia restitutionis rerum fuit iniusta, & ideo ℨ ipsam mādatur, q res creditoribus restituantur. Hoc dictum nō placet Host. quia aut ipse fuit excommunicatus pro contumacia commissa in non parendo sententiæ restitutionis rerū, & excommunicatio fuit iniusta, cum non teneretur parere illi sententiæ, vt iniustæ, & sic per consequens non fuit contumax, ergo sine cautione venit absoluendus. Aut fuit excommunicatus pro cōtumacia commissa in non comparendo, & adhuc iniuste hic agitur contra eum, cum deberet sufficere iuratoria cautio. inf. de verb. signi. c. ex parte, & c. cum olim, & sic non potest dictum Inno. saluari, nisi dicatur secūdum Hostien. quod creditor violenter restitit debitori in restitutione rerum, quæ fiebat iudicis authoritate, modum excedendo, & monitus noluit satisfacere, ꝓpter quod iuste fuit excommunicatus, & ratione huius offensę, saltem dubiæ, cauere debuit. Vel, secundum eum, iste fuit excommunicatus pp contumaciam, & pp expensas, quibus ante oīa cauendum fuit, de iudi. c. 1. Hę duę vltimę sol. satis sunt veræ in se, licet non multum conueniant literæ. Dico ēt q solu. Inno. pt satis sustineri, quia excommunicatus pro contumacia in non comparendo coram indice non debet absolui sine sufficienti cautione, nec sufficit iuratoria, vt est tex. iuncta glo. no. in c. qua fronte, de app. facit tex. in c. 1. de do. & contum. li. 6. d. An. dicit se putare, q iste ideo absoluitur cum cautione, quia sententia fuit lata ex causa probabiliter dubia in iure, ex quo petebatur, vt fructus compēsarentur in sortem, vt patebit ex his, q̄ dicam in seq. gl. & maxime, quia retractato grauamine sententiæ, restabat aliquid implendum [c] ex parte creditoris, vt patet in fi. c. Hæc solu. licet videatur applaudere literæ, non tamen puto eā veram, quia probabilis error licet habeat excusare iudicem, vt non condemnetur excommunicatus ad interesse, non tamen aggrauat excommunicatum, qui insonis est, vt præstet cautionem de parendo, cum illa exigatur propter præsumptionem inobedientiæ, causatam ex culpa contracta in excommunicatione, & hæc satis colliguntur in d. c. sacro. Illa ergo Innoc. solutio iuuata, vt sup. magis videtur iuri consona, vt dicamus istum fuisse excommunicatum propter contumaciam commissam in non comparendo in iudicio moto ob causam in tex. contentam, & hæc sola solutio suffecisset, sed, vt antiquorum dicta nō transirent indiscussa, instat plus, q̄ oportuit. † Opp. d. 2. & videt, [d] q non teneatur debitor soluere prius integram sortē, sed quod possit computare fructus [d] in sortem, vt in c. 1. & 2. inf. de vsu. cuius contrarium innuit litera. Sol. ex gl. 4. eliciuntur duo intellectus. Primus, vt litera intelligatur cum suppletione, f. vt sors prius soluatur vere, vel per computationem fructuum, vt in cōtrario. In hoc tamen glo. non persistit, sed transit ad secundum intellectum, vt speciale sit hoc propter iuramētum præstitum de non molestando, donec fuerit satisfactum. vnde oportet, q prius soluatur vera sors, & postea q̄cquid inde potuit creditor percipere, repetatur. Gl. habuit in hoc bonum intellectum, sed non ponit bonum exemplum. Nam, vt dicit Ioan. And. & benе, [f] si iurasset debitor non molestare, nisi prius satisfeceret, non procederet dispositio, vel decisio literæ, quia ex quo satisfactū esset de fructib. non diceretur venire contra iuramentum, vt de potuisset iuste repetere pignora. Dicit ergo Ioan. And. q ex forma iuramenti requiritur numeratio pecuniæ, & solutio. q. d. non sufficere, q ex fructibus satisfiat. Et dicit post Boati. q̄ hic non fuerit iuratum de vsuris soluendis, non est locus petitioni relaxationis iuramenti, de quo. sup. co. c. 1. Et hunc intellectum aperte sentit Inno. hic in fi. dicens, q ēt si creditor ageret repetendo pecuniam, non posset debitor fructus compensare, cū iurauerit nō molestare, nisi prius sortem soluerit, non cōpu tatis fructibus. hoc enim actū erat inter eos, & hic intellectus cōiter tenetur, f̄m quem elicitur, vt dixi in vno no. q iuramentum debet impleri in forma specifica, [g] nec sufficit, quod in effectu impleatur. Aduerte, aut fructus superſunt, & in dubio nō potest opponi compensatio per debitorem, si creditor paratus est eos reddere, soluto sibi debito, duplicī ratione. Prima, quia de specie ad quantitatem non fit compensatio, vt no. in c. fi. de depo. & hoc alio modo voluerunt Inn. & quidam alij intelligere tex. istum, sed non est bonus intellectus iudicio meo, quia secundum hoc frustra ponderatur hoc iuramentum. Dictum in est verum in se. Secunda ratio, quare non possit opponi compensatio, est, quia fructus rei pignoratæ non sunt consumpti in causa pignoris, sicut ipsa res principalis. l. quamuis, in fi. & q ibi no. glo. C. in quibus cau. pig. ta. contra. Aut fructus non sunt, quia cōsumpti, & sic creditor obligatur in quantitate. Vel recepit quantitatem ex re pignorata, & tunc non intereuenit̄e iura-

ADDITIONES.

[a] Secūdum communem. Vide ad hoc D. Iaſ. in l. ſi pecuniam, in prin. col. 2. ver. in ea. gl. ff. de condi. ob cau. vbi ponit, quod quando interuenit iuramentū, debet promissum precisè obseruari. Seb. Sap.

[b] Sententia tenet. Tu pondera, quia videtur, quod in dubio debuit fauere reo, c. ex literis, de prob. & sic non excommunicare. And. Barb.

[c] Aliquid impleudum. Tu pondera, quia hic dicitur quod propter hoc fuit ex communicatus, quasi velit dicere, propter illud pactum videbatur contractus vsurarius, vel quia erat vsurarius creditor. And. Barb.

[d] Oppono. Vide Nigus. de pigno. in 5. membro. 5. par. nu. 14. Iac. Anel.

[e] No. hic, quomodo intelligatur, quod dicitur, q fructus pignoris computantur, & vide plenis. per d. An. hic. Et casus in quibus fallit hæc regula, cumulantur in c. conquestus. de vsu. per glo. & Doct. & per gl. 14. q. 14. q. 3. in summa. Et an in sortem computentur non solum fructus percepti, sed etiam q percipi potuerunt, vide late d. Abb. Panor. post Doc. in c. 1. de vsu.

[f] Prius satisfecerit. Facit differentiam. Ioan. And. inter verbum soluere, & satisfacere. Idem dixit d. Pet. in c. si propter, de iescrip. li. 6. in repe. Tu pondera, quia hic iurauit soluere pecuniam. And. Barb.

An iurans soluere, possit aliter satisfacere absque periurio, putarem q̄ iniusto creditore hoc facere non possit, quia satisfacere quis tenetur, sicut voluerit creditor, vt per Specu. in ti. de obliga. & sol. in §. 6. ver. quid si iam. & habetur per Bal. in l. per diuersas, in 13. col. ff. man. & ideo, dicebat Bal. in l. qui satisf. cog. quod satisfacere non dicitur, qui dat fideiussorem per Ang. & q̄. C. de consti. pecu. & per l. ꝓmissor, la 2. in §. cōstituto, ff. e. ti. Et addes q̄ qui cedit creditori actiones, non dicitur satisfacere, vel soluere, vt est glo. in l. legaui, in fi. ff. de libe. leg. & vide Alex. in l. in causa, ff. de procu. And. Barb.

[g] Est passus dubius & disputabilis multum, & idem tenent Innoc. & d. And. de But. in c. veniens, inf. eo. & ibidem per ipsummet Abb. Panor. vbi satis pone examinat, ibi vide concordiam, & discordiam.

iuramento, de quo hic, in dubio est fienda compensatio, & sic debet intelligi. c. 1. & 2. de vsu. & c. cum contra de pig. Aut interuenit iurm de non inquietādo, nisi prius soluatur debitum, & hic casus est dubius. Doctores nostri cōmuniter sequuntur q̄ prædixi, vt non habeat locum compensatio, vt sic iuramētū impleatur in forma specifica. † Sed cōtrariuma reperio sensisse. [3] Bar. in l. amplius, ff. rem ratam haberi, vbi ponit talem qōnem. [a] Quidam promisit tibi soluere certam quantitatem, & hoc iurauit. postea compensat tecum, nunquid per hoc sit periurus? Videtur text. innuere, q̄ sic. Contrarium ipse determinat. mouet, quia edicta seu conditiones debent impleri in forma specifica, sicut iurm, vt in l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. ff. de cond. & demon. sed iussus dare, seu soluere, implet conditionem compensando, vt l. si peculio. §. 1. ff. de stat. libe. ergo &c. Præterea, si ego impedior iusta de causa facere q̄ promisi, non sum periurus, vt l. fi. ff. qui satisd. cogan. & c. significāte, de pign. Sed si ego non soluo, quoniam tu debes mihi reddere, ego impedior a te, nam ideo tibi non soluo, quia tu mihi non soluis, vnde quasi facto tuo impeditus non debeo esse periurus. Hanc rationem facit tex. in l. 3. circa prin. ver. inde quæritur. ff. de stat. libe. Quid di cendum? Pōt dici, q̄ ante factum, esset sequenda opin. Io. And. & Innoc. sed post factum, vt quis excusetur a periurio, sequenda est opin. Bar. quæ procedit generaliter, quando quis tenetur soluere. Sed opinio. nostrorum Doct. procedit in casu huius c. quando, f. tempore traditi pignoris interuenit hoc iuramentū de non molestando ante solutionem sortis. Nam tacite videtur actum, vt fructus non compensentur ante solutionem, alias nihil operaretur iuramentum, quia de iure est, vt sup. dixi, vt ante solutionem fructuum non fiat compensatio, & hoc casu puto, q̄ possit peti absolutio a iuramento, licet aliter senserit Io. And. post Boat. Nam licet hoc non sit vsurarium, tamen turpiter tenet istum vinculatum iuramento, cum sine aliqua iusta causa [b] recusset cōpensare quantitatem debitam b tōne fructuum consumptorum. Et posset attentari hoc esse vsurarium, cum velit interim percipere vtilitatem huius pecuniæ ℨ illud Euangelicū. Mutuum dantes, nihil inde sperantes. de vsu. c. consuluit. Et per hoc habes intellectum huius c. omissis quibusdam aliis lecturis, quæ magis inuoluunt, quam declarent. † Opp. 3. & videt, [4] q̄ debitores isti debuissent ex violentia illata, cadere à iure eorum, vt l. si quis in tantam. C. vnde vi. & 16. q. 6. c. placuit. Glos. ponit quatuor solutiones. Prima, q̄ in causis ecclesiasticis rigor ille non seruatur. Sed certe hæc solutio est falsa, tum quia causa non erat hic ecclesiastica, nec ratione rerum, nec personarum. Tum quia etiam inter personas ecclesiasticas, dū agitur de earum iure priuato, pœna illorum iurium habet locum, vt patet in c. cum qui, de præben. lib. 6. Secunda solutio, quod non fuit actum ad hoc, & hæc est satis bona. Nam pœna illorum iurium non committitur ipso facto, vt in eis no. Tertia solu. quod isti debitores excusantur, quia authoritate iudicis istum creditorē expulerunt. Hæc solutio mihi non placet, qa authoritas iniuste impensa non excusat, de hoc vide per Bar. in l. iuste possidet, ff. de acq. poss. & vide quod dixi in c. conquerente, de restitu. spol. Quarta solu. quod de hoc cognoscere inter laicos non spectat ad Papam, & hoc placet.

ADDITIONES.

[a] Contrarium. Opin. Bar. sequitur do. Abb. in c. cū dilectus, col. 12. sup. de ord. cog. & Io. de Imo. in l. Iulianus. 1. ff. de condi. & demon. & Io. Fab. in §. in bonæfidei, Instit. de act. Cōtrarium firmat Bal. in c. quæ in ecclesiarum, col. 6. sup. de consti. & vide nō. per do. Iaſ. in l. si pecuniam, in princ. col. pen. ff. de condi. ob cau. Maria. Soc. in c. querelam. inf. eo. Seb. Sap.

[b] Quantitatem debitam. Pondera, quia pactum de non molestando, intelligitur de facto, & non de iure, ut per Bald. in l. 1. C. de his, quæ pēnæ. no. ideo non videtur actum, quod non compensentur fructus. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 Renuncians beneficio per metum, non indiget alia collatione.
2 Iuramentum non est seruandum, quādo sine interitu salutis æternæ, uel corporalis seruari non potest.
3 An iuramentum tendens in dispendium salutis sit seruandum, & qualiter dicatur tendere in dispendium.
4 Iuramentum, quod nunquam erit Episcopus, uel clericus, an sit obligatorium.
5 An ualeat iuramentum, quod quis præstat de non fideinbendo pro aliquo.
6 An eleemosyna sit in præcepto.
7 An iuramentum & confessio facta calore iracundiæ, ualeat.
8 Is qui iurauit redire ad carcerem, debet seruare iuramentum.
9 Iuramentum metu extortum, an obliget & in foro pœnitentiali, & in foro fori.
10 Iuramentum metu extortum, an obliget contrauenientem ad peccatum mortale, an ad ueniale.

CAP. VIII.

Si vero. Si iuramentum per metum extortum seruari potest sine interitu salutis æternæ, seruandum est. Ecclesia tamen Romana consueuit a tali iuramento absoluere. Communis diuisio. Secūda ibi. Diximus tibi. Casus liter. Aliquis per metum grauissimum compulsus fuit renunciare beneficium suum, iuramento interposito de eodem vlterius non repetendo; & sic ille compulsor retinuit sibi beneficium illud, quæritur quis illorum beneficium illud debeat habere, an neuter? Respondet Papa, q̄ non est tutum alicui venire contra iuramentum suum, nisi illud tale sit, quod seruari non possit sine periculo animæ, nec Papa vult alicui dare materiam contra iuramentum suum veniendi, ne author periurij videatur, tamen in Romana ecclesia a pluribus Romanis Pontificibus factum est, quod clerici, qui coacti beneficium suum abiurauerunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem illorum, qui illos iurare compulerant, permissi sunt eadem beneficia obtinere. B. Not. primo regulam, ad quam allega. quotidie iste tex. quod iuramentum, quod seruari non potest sine [a] interitu salutis æternæ, non est obligatorium, [a] ita, quod propria authoritate potest iurans contrauenire, & dic, quod non solū potest, sed imo etiam debet. 2 2. q. 4. quasi per totum. A cōtrario collige, q̄ vbi seruari potest sine interitu salutis æternæ, est seruandum, quod tamen falsum est, vt in regu. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. & ibi bon. glos. & clarius patebit ex infra dicendis. Non enim valet argumen. à contrario sensu, vbi contrarium reperitur expressum, infra de senten. excom. [b] muni. c. a nobis. 2. No. secundo, quod valet renunciatio [b] beneficij metu facta, ad hoc vide quod legitur, & notatur in cap. super hoc, de renun. & per do. de Ro. deci. 362. & in cap. solicite, de restitu. spoliato. & quod ibi dixi. Not. tertio, q̄ a iuramento turpiter recepto potest ecclesia absoluere, nec est necesse, q̄ is qui turpiter recepit, moneatur primo, ad illud relaxandū. Adhoc quod plene dixi in cap. 1. sup. eo. licet hoc dicatur de ecclesia Romana, tamen idem intelligas de episcopo, vt notat Innocen. in cap. ad aures, quod met. causa, & c. debitores, supra eod. Et Romana ecclesia dicitur causa exempli, seu quia sic factum [c] esse reperiebatur. † No. vltimo argu. optimum, quod renūcians beneficio per metum, non indiget noua collatione, sed per actionem, quod metus causa, restituitur in pristinum statū, facta absolutione a iuramento. Et credo, quod dupliciter potest metum passus agere. Primo intentando vtilem actionem in rem, quia per resignationem metu factam, solum perditur directa actio, vt est tex. notab. in l. metum. §. volēti; & l. si mulier, in fin. quod met. causa. Item secundo per actionem personalē, quod metus causa, per quam omnia debent reduci ad statum pristinum, vt in iuribus prælleg. ad hoc adduco istum tex. & c. ad audientiam, & cap. Abbas, quod metus causa, vbi sine noua collatione restitutus fuit renuncians ad beneficium metu resignatum. Sed cōtra prædicta facit tex. iste in ver. permissi, quod verbū denotat dispensationem. Solu. Goff. vt arbitror, metu cō trarij, exponit permissi, id est dimissi, quia secundum eū, post absolutionem non requiritur aliqua dispensatio, sed ius commune est, quod hic dicitur. Et hoc satis placet, & aperte probatur per d. cap. Abbas, & c. ad audientiam. Innocen. videtur intelligere istum tex. de permissione, quæ sequitur ex absolutione iuramenti, quasi permissio fuerit in eo, q̄ superior prætitit authoritatem absolutionis actu. D. Ant. dicit q̄ si teneatur opinio, q̄ renūciatio meticulosa, quasi habens in se annexam volūtatē, excludat ius beneficij, q̄ renūciauit, oportet, q̄ vltra absolutionē ꝓmittat ibid. celebrare, & remittit ad not. in d. c. Abbas. Ego dico, vt ℨ. dixi, q̄ licet renūciās pdat ius & directā actionē, remanet tñ sibi vtilis, per q̄ pōt sine noua collatione repete [c] re beneficiū metu resignatū, & vt aperte ꝓbat in d. c. ad audientiā. Itē dico, q̄ p actionē, q̄ met. cā, oīa reducunt in statū pristinū, vt in d. §. volēti, & q̄ ibi no. Bar. Oppo. secūdo ℨ tex. de c. ad audiētiā, ꝑall. vbi sine absolutione iuramēti fuit ille auditus, qa licet iurauerit resignare, nō tñ iurauit nō repetere. Sol. intelge, q̄ hic nō solū iurauit resignare, sed ēt nō repetere, alias ꝑce deret ℨ riū, cū tunc nō veniret ℨ iurm repetendo, & hoc credo [2] voluisse hic gl. fi. quæ p hoc remanet declarata. † Opp. tertio, vr enim q̄ licet nō vergat in interitum salutis æternæ ſpiritualis, nihilominus iurm nō est seruādū, cum possit vergere in perditionem vitæ corporalis, vt in c. fi. 22. q. 4. Sol. gl. 1. fatetur ℨ riū, & sic ad tex. debet suppleri, per d. c. fi. & ꝓ hoc ego facio hāc rationem

ADDITIONES.

[a] Obligatorium. Vide c. ad audientiam, quod metus causa. vbi utitur uerbo grauissimo. vide l. metum. ff. quod met. causa. in uerb. in constantissimo homine. And. Barb.

[b] Renunciatio. vide Rom. dec. 374. inci. fuit dubitatum. Ioan. de Imo. in c. ad aures, colum. pen. sup. quod met. causa, & Abb. in c. 2. §. 1. colum. 4. supra de restī. spol. Zach.

[c] Metu resignatum. Pondera, si non tenet resignatio metu facta, quia nulla est ipso iure, ergo non est opus intentare vtilem, vel directam actionem, quod me. cau. Quod sit nulla, patet per cle. 1. de pe. & per c. ad audientiem, quod met. cau. in uerbo, carere. Et ratio, quia in contrahendo matrimonio spirituali requiritur libertas. c. vbi periculum. §. cæterum, de elec. lib. 6. ergo in eo dissoluendo, &c. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem. Quemadmodum enim non valet iuramentum tendẽs in mortem alterius. 22.q.4.cap. 1.cum quatuor ſequẽ. ita & fortius non debet valere. ſi tendit in mortem propriam, vt in c. ſi non licet. 23. quæſt. 5. Intelligit tamen iſta gloſ. quando directe vergit in mortem, ſecus ſi occaſionaliter. Ponit exemplum in Vltramontano, qui iurauit trahere moram de menſe Auguſti Romæ. Nam ſic iurans debet ſeruare iuramentum, ſecundum glo. quaſi velit glo. dicere, quod licet aliquando ex tali mora ꝓpter intemperiem aeris, contingat vltramontanis mors, tamẽ hoc non ſemper accidit, & ſic directe non tendit ad mortem, ſed occaſionaliter. Sed Ioan. And. dicit dictum glo. verum, niſi ex imminente infirmitate, vel complexione iudicaretur, ſic iurans, moriturus ex tali mora, quod eſt valde not. & probo etiã ratione. Nam ex his circunſtantijs iuramentum apparet temerarium, nec eſt veriſimile, quod Deus velit recipere tale iuramentum, per quod creatura ſua incurrat mortem, quam ipſe tanta attentione formauit. Et per hoc dicerem, quod ſi à peritis medicis diceretur: Fratrem Cartuſien. ordinis non poſſe aliter mortem euadere, niſi per eſum carnium, quod non obſtãte regula, ſeu voto, deberet carnes comedere. Sicut enim iuramentum non ligat propter periculum mortis, ita nec votum, cum paribus paſſibus ambulent, vt no. in d.c. 1. & c. debitores, ſupra eo. & in c. licet, & c. magnæ, de voto. Fertur tamen, ꝙ magiſter Arnaldus de Villanoua ſummus, & quaſi diuinus medicus, fecit tractatum, in quo concludit vitam poſſe reſtaurari ſine eſu carnium. Dixit enim ꝙ vinum mediocre, maxime aromaticum, & vitelli ouorum mediocriter molles, qui acutiſſima digeſtione conuertuntur in laudabilem, & multum ſanguinem, ſunt ad hoc magis competentes, quam carnes, & certe, ſi hoc verum eſt, ceſſat primum dictum. Sed vbi ex circũſtantijs medici dicerent ℨrium, certe ꝓcederet dictum meum. Itẽ poſſet contingere, ꝙ infirmo oua eſſent faſtidioſa, ita ꝙ non poſſet illa capere, vt plures exiſtũt, quo caſu in dubio iſtud eſſet tenendum. Nã ne ceſſitas excuſat ab omni præcepto, vt in c. 2. de obſer. iciu. Concluſio ergo ſit, iurm non eſſe ſeruandum, quando ſine interitu ſalutis corporalis, vel ſpiritualis ſeruari nõ poteſt.

8 †Oppo. quarto & aliter. videtur enim hoc non ſufficere per c. ſi aliquid. 22.q.4. vbi iuramentum non ſeruatur, ſi vergit in deteriorem exitũ. ſeu in diſpendium ſalutis, licet non tendat in interitum Sol. hic gl. 2. in fi. fatetur ℨrium, & facit hanc ſecundam ſuppletionem ad tex. Et aduerte, vt intelligas, quandoque iuramentum vergit in interitum ſalutis ſpiritualis, vel corporalis, quandoque in diſpendium, quandoque in peiorem exitũ. Tũc vergit in interitũ, quando obligat ad peccatum mortale, ꝙ eſt mors animæ. Nam decedens in peccato mortali, punitur pœna æterna 26. diſt. c. vnum oratium, & hoc reſpectu ſalutis ſpiritualis. Vergit autem in interitum ſalutis corporalis, quando obligat ad id, quod eſt mors corporis. Dicitur autem vergere in diſpendium, quando obligat ad veniale. Nam peccatũ venialetẽ dit non in interitum ſalutis, quia per id non priuatur quis vita æterna, ſed in diſpendium, ideſt in diminutionem, quia impedit, vt non cito perueniatur ad vitam æternam. Nam oportet, vt prius purgetur in purgatorio, ſi in illo decedit, vt in c. qualis. 25. diſt. ad hoc c. 2. & ꝙ ibi no. de pac. lib. 6. Tertio caſu, qñ rẽdit in peiorem exitum, attende. Eſt enim hoc multum generale, & poteſt in ſe comprehendere peccatum mortale, & veniale, vnde tex. in c. ſi aliquid, præalle. dicit tale iurm non obſeruãdum.

a Dicit tñ ibi no. Archi. ꝙ iurm vergit in peiorem exitũ a ſex modis. Primo, quando iuratur aliquid, ꝙ eſt mortale. Secundo, qñ iuratur illud, quod eſt veniale in ſe. Tertio cum iuratur aliqd, quod in ſe eſt indifferens, tamen ex circunſtantijs efficitur veniale, vel mortale. Pone exemplum, vt ipſemet Archid. not. in c. animaduertendum. 22.q. 2. ſi quis iurauerit, ꝙ nunquam erit negociator, vel miles, vel quod non recipiet feudum a tali domino, vel quod non recipiet mutuũ, vel gd ſimile. Certe ſi res venit ad caſum, in quo non põt aliter viuere, niſi veniat ℨ iuramentum, nõ tenetur illud obſeruare. Ratio, quia ſia principio fuiſſet iſte caſus, iurm fuiſſet remerarium, & ideo põt ꝓpria authoritate contrauenire, ſecundum eũ, quod eſt no. Quarto, cũ iurm excludit opus ex neceſſitate faciendum, vt quando iurat quis, ꝙ nil ex charitate dabit tali, vel quod non colet Deũ. Nõ enim eſt veriſimile, ꝙ Deus recipiat talia iuramenta, cum ipſe mander opera charitatis exerceri, & iuramentũ non debet eſſe
4 iniquitatis vinculum. Inf. eo. c. quanto. †Quinto, cum excludit opus de genere bonorum, vt cum quis iurat, ꝙ nunquam erit Epiſcopus, vel clericus, vel monachus. In ℨriũ tamen facit text. in c. Archidiaconum, alias incipit, Florentinum, 85. diſt. vbi videtur valere iuramentum, vt nõ accedat, ſeu promoueatur ad Epiſcopatum; idem ſentit glo. in c. innocens. 22.q. 4. in verbo, argu. eſt hic. Idem no. Hug. 20.q. 1. in prin. vbi dicit, quod ſi gs iu-
b rat, ꝙ nunquã erit clericus, b vel regularis, talia iuramenta ſunt
c ſeruanda, c & generaliter, ſecundum eum, omnia iuramenta, q̃-bus iuratur aliquid, quod nec mortale eſt, nec veniale. Idẽ videtur ſentire Gra. in c. inna. 22.quæſtio. 4. Sed Arch. poſt Rayn. ſeu tit contrarium in d.c. ſi aliquid, & in c. innocens, dicens, quod tale iuramentum conſideratur in d.c. Archidiaconum, non ꝙ ſit obligatorium, ſed quia mortaliter peccat temere iurando. Nam duæ ſunt ſpecies iniuſtitiæ, facere malum, & declinare a bono. vnde ſicut nõ obligat iurm ad faciendũ malum, ita vr, ꝙ non obliget ad declinandũ a bono, cũ nulla ſit vtilitas in obſeruatione huius iuramenti. Præterea cum dñs conſulat opera ꝓfectionis, ℨrium quodãmodo eſſet, ſi vellet, ꝙ occaſione talis iuramenti abſtineret a bono. Nec obſt. dictum Gra. quia ſecũm Archi. non dicit, quod huiuſmodi iuramenta ſint obligatoria, ſed quod non prohibentur obſeruari. Hoc vltimũ mihi nõ placet, cũ vult ℨuenire ꝓpter bonum publicum. Primum placet, cũ nititur ꝓpter bonũ priuatum, ſ. vt præſit, & nõ profit, ad hoc
5 c. qui epiſcopatum. 8.q. 1. †Sexto dicitur vergere in peiorem exitum, cum excludit opus indifferens pia intẽtione pro Deo, aut ꝓximo faciendũ, vt ſi quis iurat, ꝙ non loquetur Martino, vel quod nõ intrabit domũ eius, vel quid ſimile. Non. n. tenetur iurans ad obſeruantiã talis iuramẽti, ſi vult ℨrium facere, pia intẽtione propter Deum, vel ſaltem proximi, & de hoc vide, quod
d no. inf. eo. c. cũ quidã. Ex his deciditur quæſtio, d an valeat iura-
c mentum, ꝙ quis qñque præſtat de non fideiubendo e pro alio. Lauren. tenuit, quod ſic, quia ſicut poteſt quis iurare pro vtilitate ꝓximi, ita ꝓ vtilitate ꝓpria, vt recitat Arch. in c. nõ eſt ℨ. 22. q. 1. & Io. And. in c. ſi. de fo. ꝓpe. lib. 6. Sed idem Ioan. And. latius hoc aſſumit in addi. Spec. eo. tit. ſuper rub. & ibi ꝙ eludit, ꝙ ſi ſalus ꝓximi periclitaretur, niſi fideiuberet, non tenetur ad obſeruantiam talis iuramẽti, quia iurm non extenditur ad hunc caſum incogitatum, & ſi cogitatuit hunc caſum, iurm fuit temerariũ, & ſic non obſeruandũ. Simile hr in c. 1. eod. tit. lib. 6. Ego hoc dictum habeo ꝓ indubitato, qa in tanta neceſſitate, tenetur ſubuenire ꝓximo. 86. diſt. c. 1. & 2. & 43. diſt. c. ſcimus. vnde non potuit per iurm ſuum ſe ſubtrahere ab hoc onere, arg. in c. ſi diligenti, de fo. compe. Et plus ego ſentio, ꝙ tale iurm nõ obliget, vbicũque ꝓximus vere indiget tali fide iuſſione, licet non periclitet ſalus ꝓpria, qa tenemur ex præcepto Dei diligere ꝓximos, ſicut nos metipſos, de pe. diſt. 2. c. charitas. §. ꝓximos. Ideo tenemur eis ſubuenire in ipſorum neceſſitatib. ergo per iurm noſtrum non poſſumus nos ſubtrahere ab hac pietate ex neceſſitate fiẽda, vt in d.c. ſi diligẽti, & hoc ꝓcedit tenendo, ꝙ teneamur ſubuenire ꝓximo in ſuis neceſſita-
6 tib. ex præcepto. †Sed ſi volumus tenere opin. B. Tho. 2. 2. q. 32.
f art. 5. vbi examinãs illũ articulũ, an eleemoſyna fiat in ꝓcepto dicit duo ꝓſiderãda, unũ ex parte dãtis, aliud ex parte recipientis. Ex parte dantis dicit ꝓſiderãdũ, ut in eleemoſynam eroget, ꝙ eſt danti ſuperfluũ, ut habetur Luc. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynã. Et dr ſupereſſe nõ ſolũ reſpectu ſuimet, ſed et reſpectu illorũ, quorũ cura ſibi incũbit. Prius. n. tenet qs talib. ſub

uenire

ADDITIONES.

a In peiorem exitum. Quando iuramentum vergat in peiorem exitum, declarat pulchre Bal. l. ſi quis ad declinandam, C. de epiſ. & cler. Seb. Sap.

b Nunquam erit cleri. Quid ſi quis iurauit accipere aliquam in vxorem, & ea relicta intret religionem, an ſit per hoc periurus? Dic quod non, tex. eſt no. in cap. ex publico, de conuer. coniu. & in cap. licet, de regu. bene facit illud quod tenet Hoſt. in ſum. ſua, in titu. de obli ad ratio. in §. ſi quis obligauerit. in ver. nunquid ergo poteſtas, & vide circa prædicta tex. ſolemnem. in cap. cum beatus, 22.q.2.

c Sunt ſeruanda. Caſus eſt de hoc in l. ſi. ff. ad muni. cum modificatione, de qua ibi, quem ad hoc alleg. Rom. ſing. 504. incip. quid ſi vnus iurat. ſup. retuſi. & ſecutus ſum poſt iſtum & alios, quos alleg. in c. ex parte, nume. 4. in apoſti. in ver. periurij. ſupra de reſcrip. & in c. cum inter, nu. 13. in ver. litigare, ſupra de renunc. Zach.

d Deciditur quæſt. Super hac quæſtione conſuluit Old. in conſi. 90. incip. quidam iurauit. Sebaſt. Sap.

e Fideiubendo. Iſtam quæſtionem ponit etiam ipſe do. Abb. Pan. in diſputatione ſua incip. ſtante ſtatuto 35. col. ver. Faciunt etiam, nor. per Pet. de Anch. in d.c. cum C. laicus, & dom. And. in c. cum quidam. inf. eod. Et vide de hac quæſt. Old. conſi. 90. incip. quidam iurauit. Et quod iſtud iuramentum ſalet in antiquo non teneat, quaſi nutriens peccatum, adduco, quod no. Archan. c. ſicut enim 11.q. 1. vbi dicit, quod laicus tenetur fideiubere pro proximo ſuo, quod niſi faciat peccat. Et quod licet non teneatur de iure ſcripto ciuili, vel canonico, tenetur tamen de iure naturali, & ad hoc poteſt cogi, & ꝙ iuramentum de non fideiubendo, non obliget, quando ille, pro quo fideiubetur, eſſet in diſcrimine, niſi pro eo fideiubeat, tenet Ro. in l. non ſolum. ſ. morte, in 2. col. ff. de oper. no. nunc. & alleg. Io. And. in addi. Spec. in rub. de iureiuran. & fa. quod no. Bart. in d. §. morte, de illo, qui fuit proteſtatus, ꝙ ſi contingeret eum fideiubere, non intendebat obligari, et quod non valebat, quod ualeret fideiuſſio.

An iurans non fideiubere pro proximo, debeat illud ſeruare, dicas, quod non, quia uidetur eſſe contra ius naturale, & diuinum præceptum, ubi dilectio proximi, ſicut Dei mandatur, et ideo non obligat. Ad quod unde Spec. in tit. qui ſi. fint leg. in uer. ſed pone quædam. Et ideo tale iuramentum non uidetur obligatorium, vt in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. & in c. 1. de iureiur. eod. lib. Et quibus caſibus iuramentum ſit licitum de iure canonico, uide glo. in c. ſignificaſti, et in c. nullus, hoc eo. titu. Et in ſpecie de hoc uide no. per Doct. in c. ſi. de fo. comp. lib. 6. Ant. Franc.

f An eleemoſina. Vide Card. Alex. in c. non ſatis. 86. diſt. et Fel. in c. 1. col. ult. diſt. aliquid per eundem in c. 1. ſup. de oſſ. iud. Seb. Sap.

uenire, & poſtea alijs. Ex parte aũt recipientis, requiritur, ꝙ neceſſitatem habeat: nec oĩs neceſſitas obligat ad ci dandũ ex ꝓcepto, ſed illa ſolum, ſine qua neceſſitatem patiens non poteſt aliter ſuſtentari, vt d.c. paſce. & ſic concluditur, ſm eum, quod eleemoſyna tunc eſt in præcepto, cum quis hẽt ſuperflua modo dicto, & ſimiliter eſt in tanta neceſſitate, qđ non põt aliter ſuſtentari, alias eſt de conſilio. Et hoc caſu dico, ꝙ eſt magis dubium, nunquid iurm obliget, ex quo proximus non eſt in tali neceſſitate, ſed nihilominus puto, quod nou obliget tale iurm. Rõ, quia licet fideiuſſio non ſit hoc caſu de præcepto, tñ eſt de conſilio, & eſt opus ex pietate faciendum pp Deum, & amorẽ proximi, ſed vt ſup. dictum eſt, non põt obligari, vt non faciat
a opera pietatis 2 & perfectionis, quia non eſt veriſimile, ꝙ Deus recipiat talia iuſta ℨ ſuum conſilium, cum ipſe dicat. Si vis perfectus eſſe vade & vende oia, quę habes, & da pauperib. vt hr in Euangelio. Si tñ quis non obſeruat, non peccat, vt dixit Gra. in d.c. ſi. Et idem per oĩa puto, qñ quis iurauit non mutuare pecuniam eadem rõne. & hoc not. quia põt decidi multæ qõnes. Et vide ad proximum dictum, qđ no. Ioã. And. in c. 2. de ſol. vbi dicit, quod ſi eccleſia habet pecuniam ſuperfluã, illam recte mutuat. cum enim teneatur de ſuperfluo facere eleemoſynam. 12. q. 2. c. aurum. 16.q. 1. c. ſi. fortius tenetur mutuare indigentibus. Nunc habes ex prædictis multipliciter limitatam regulam poſitam in tex. vt dicamus iurm non eſſe obſeruandum, ſi vergat in interitum ſalutis æternæ, vt hic. Idem ſi ſalutis corporalis, vel ſi vergit in peiorem exitum. Idem dicas, ſi eſt ℨ bonos mores naturales, vt puta ſi prębet occaſionem delinquendi vt in c. quę admodum, inf. eo. & reg. non eſt obligatorium, de reg. iu. lib. 6. & ibi videbis multa exempla in glo. Secus ſi eſt ℨ bonos mores
7 ciuiles, vt in c. cũ contingat. inf. eo. & d. c. 2. de pact. li. 6. † Adde
b aliam nota. limitationem, quam ſentit Io. And inf. eo. c. ſicut ex literis. ſ. cum temeritate, & calore iracundiæ b quis iurauit, quaſi non videatur hr conſenſum iurantis. Sicut in ſimili dicit gl. no. in ꝓfeſſione, in c. ex literis, de diuor. do. Ant. in d.c. ſicut, dicit ſe putare, ꝙ ſi calor iracũdię fuit tantus ꝙ illud deliberate nõ feciſſet iurm, non eſt obligatorium, quia hæc, voluntas nõ eſt diſcreta, vel ſi eſt, de facili eſt per Eꝑm commutãda, de quo per Ray. in ſum. ea. cir. prin. & hoc placet, & credo, qđ hoc idẽ vo-
8 luit Io. And. † Quid aũt c de eo, qui iurauit redire ad carcerem
c Dicit, quod tenetur obſeruare, etiam ſi ſubſit periculum mortis, dummodo carcer modo ſit iniurioſus, de quo vide glo. no. in clem. paſtoralis. de re iudic. in ver. violentam. & per Io. And. in addit. Specu. in titu. ſuper rubr. facit quod no. Barto. in l. relegati. ff. de pœn. Extra hos caſus iuramentum regulariter eſt obſeruandum, licet ſit temerarium. Nam temerarium eſt, quando neceſſitas non repellit ad iurandum, tamẽ nihilominus eſt obſeruandum, vt glo. no. in cap. Archidiaconum, alias Florentinum, prælleg. not. Archid. in d.cap. animaduertendum. Gl.
3. colligit argumen. ex tex. ꝙ iuramentum metu extortũ, obli-
9 gat. † Oppo. in contrarium de c. Abbas. & c. 1. cum ſi. quod me. cau. Soluit, ponendo tres opin. Prima, quod non eſt obligatorium. Secunda diſtinguit, an habuerit animum obligandi ſe, & obligatur, an defuerit animus ſe obligandi, & non obligat. Tertia opi. quam dicit glo. communiorem, eſt, vt obliget, dummodo ſeruatum non vergat in peiorem exitum, vt hic probari videtur. Et in fi. videtur gloſſ. velle facere differentiam inter iuramentum aſſertorium, & promiſſorium. Et dicit, quod aſſertorium dicitur, cum eſt de præſenti, vel de præterito, & iſtud non debet præſtari contra veritatem per quemcunque metum gra
tiſſimum, quia potius debet omia mala pati, & c. quod me. cau. cap. ſacris. Promiſſorium de futuro, cum quis promittit ſe aligd facturum, vel dicturum, & iſtud indubie non eſt ſeruandum, cum ſeruari non poſſit ſine peccato. Si autem ceſſat peccatum in obſeruantia, ſunt opiniones, vt ſupra vidiſtis. Nũquid metus impediat obligationem; & gl. tenet, quod eſt obligatorium, vt hic. Ioan And. & infra eod. cap. verum, & cap. ad audientiam, quod met. cau. videtur velle, quod prædicta ſecunda opin. poſita in glo. habeat locum in foro pœnitentiali, vbi de omnib. creditur confitenti, de homi. ca. ſignificaſti. vnde, ſi non habuit animum ſe obligandi, ſed ſolum voluit tempus redimere & euadere, non obligatur aqua poſt Deum, qui ſolum reſpicit cor. 14.q. 5. cap. ſi quid inueniſti, ſed in foro iudiciali ſibi non creditur, vt in cap. tua, de ſpon. no. Innocen. inf. eod. cap. veniens. Vnde hoc caſu eccleſia in reuerentiam iuramenti ſtatuit, vt debeat obligari, ac ſi obligaret, quaſi velit in hoc oſtendere fortitudinem iuramenti, vt hic, & d. capit. verum. Et idem tenet ibi Hoſtien. idem, ſcilicet, quod obliget in foro iudiciali, tenet Calde. & refert B. Thom. hanc opin. tenere. 2. 2. quæſtio. 79. argumen. 7. & viderur ſentire, quod obliger etiam in foro conſcientiæ, quod intelligo ſecundum diſtinctionem præcedentem. Hanc etiam opin. tener glo. in cap. authoritatem. 15. queſtio. 6. dicit tamen,
d quod licet iuramentum metu extortum, obliget ipſo iure, d da tur tamen exceptio, vel actio, quod met. cau. ad relcindendum ff. quod met. cau. per totum. & no. hoc vltimum Sed Archid. di cit ibi & melius, quod licet habeat exceptionem, quod metus cau. & de iure poſſit agentem repellere, non tamen poteſt ea vti ſine peccato, ſi tamen velit ea vti repellitur agens, & ille vtens eſt abſoluendus a iudice. hoc vltimum ego intelligerem,
10 ſecundum ea, quæ dixi in cap. 1. ſupra eod. † Sed dubium eſt, nũ quid iuramentum metu extortum obliget contrauenientem, ad mortale, an ſolum ad veniale, tex. in cap. verum, infra eod. videtur, quod tantum ad veniale, & ſatis hoc ſentit ibi glo. Ioan. Calde. ſentit hic, quod ad mortale. Et ad cap. verum. §. cæterũ, reſpondet tripliciter. Primo, quod loquitur poſt abſolutionem hæc tamen ſolutio non placet ibi Ioan. And. Secundo reſpondet, quod procedit in foro iudiciali, ſecus in foro pœnitentiali. Tertio, quod tex. ibi, ſolum dicit contrauenientem non puniẽdum pro mortali, non autem dicit, quod non peccat mortaliter. Archid. in cap. habemus. 22.quæſtio. 1. poſt B. Thom. tenet, quod obliget ad mortale. Dixit enim quod periuriũ ex ſuo genere eſt mortale peccatum, quia importat contemptum Dei, nec excuſatur a peccato mortali, non impleꝝ, quod quoactus iurauit. Sed glo. in cap. vnum. §. alias ea demum. 25. diſtin. in fi. clare non aperit intentum ſuum, ſed referendo finem ad principium, videtur ſentire, quod obliget ſolum ad veniale, per illud cap. verum, & ſic intellexit eam ibi Ioan. de Forl. vt ibi recitat Archid. Ego complectendo hunc artic. & præcedentem diſtinguo ſic, quod aut iſte metum paſſus, non habuit animum ſe obligandi, & nõ indiget quo ad Deum abſolutione, quia Deus recipit iuramentum, prout ex corde procedit, vt in cap. humanæ aures. 22.queſtio. 5. peccauit tamen iurando, quia aſſumpſit nomen Dei ſine effectu, erit tamen peccatum veniale. Et forte hoc procedit ſolũ in homine perfecto, ſed in alio nullum erit peccatum, cum excuſetur ratione metus, & pro hoc quod habetur in ſimili, in cap. nequis. 22. queſtio. 2. Aut habuit animũ obligandi, & tunc puto, quod contraueniendo peccat mortaliter, quia affuit conſenſus, ſed ratione metus non punietur ita acriter, ſicut ſi veniſſet contra iuramentum libere præſtitum, argumen. in d.cap. ſacri. & 2. quæſtio. 1. cap. in primis. Et crederem, quod vbi conſtaret de hoc, ſcilicet quod habuit animũ ſe obligandi, deberet puniri pro mortali, licet non ita acriter, & ſic reſtringuo capit. verum. §. cæterum. infra eod. Aut ſumus in dubio, vtrum ſcilicet habuerit animum ſe obligandi, vel non, & dico, quod proprie loquitur d. cap. verum. Nam in dubio ꝑſumendum eſt, quod non haberet animum ſe obligandi, argumen. in cap. ſuper hoc, de renunciat. & l. cum de indebito, ff. de proba. & ita ſentit Ioan. And. poſt Hoſtien. in d. capit. verum, & in cap. ad audientiam, quod met. cau. ſed quia poſſet accidere contrarium. Item ne eccleſia ſic daret materiam deierandi, voluit, quod in dubio obſeruaretur tale iuramentum, quaſi voluerit ſe obligare, ſed poſt factum reſpectu pœnæ, quę eſt reſtringenda, præſumitur in mitiorem partem, vt non puniatur tanquam pro mortali, tum in odium metum inferentis, tum quia ex quo eccleſia procedit ex preſumptione, debet in pœna infligenda temperare ſententiam, vt no. Inno. in cap. quia veriſimile, de preſumpt. & hunc puto verum intellectum illius cap. per quem ſaluatur dictum B. Thom. Archidia. & aliorum. Et ex his poteſt reddi ratio, de qua alias dubitaui, quare votum metu factum non ſit obligatorium, vt no. in capit. Abbas, prælleg. ſed iuramentum ſic, cum ſit quoddam votum, & iudicetur a pari, & no. in cap. debitores, & in cap. 1. ſupra eo. Dico enim quod vt ſupra dixi, iuramentum non debet eſſe obligatorium, ſi non habuit animum obligandi, & ſic deberet præſumi. ſed eccleſia aliter ſtatuit, ne detur materia allegandi metum, & ſic deieranti, cum frequenter iuramentum interueniat in actibus hominum, & vt habeatur in maiori reuerentia, debet peti abſolutio quæ ratio ceſſat in voto, quod raro remittitur.

ADDITIONES.

a Opera pietatis. Pondera, quia non eſt declinare a bono, ſed a perfecto. vnde quilibet poteſt declinare, ſi non contemnat. And. Barb.

b Calore iracundiæ. Vide Roma. in ſingu. 508. incip. uolo commentare, l. quicquid calore. tertio principaliter quæritur, & Fely. in c. Matthæus. infra de ſimo. Seb. Sap.

c Quid autem. De ueritate uide Didacum Couar. in 1. lib. uar. reſ. c. 2. fol. 39. uer. cæterum. Iac. Anel.

d Obliget ipſo iure. Adde Roma. ſing. ſuo 495. incipien. tu ſai, & c. 1. de iureiu. Zachar.

SVMMARIVM.

1 *Monachus an obligetur naturaliter, & cum conſenſu Abbatis an obligetur*
2 *Fideiuſſor clerici poteſt conueniri coram iudice ſeculari. (ciuiliter.*
3 *Interdictum latum pro pecuniario debito, eſt nullum.*
4 *Totus conuentus, an poſſit ſubtrahi pro utilitate monaſterij.*
5 *Abbas an poſſit uni concedere, ut perpetuo ſtet extra monaſterium.*
6 *Abbas an poſſit concedere uni monacho, ut ſeruat uni prælato.*
7 *Laici an poſſint dari in obſides.*
8 *An, & quando monachi & clerici poſſint dari in obſides.*
9 *Iuramentum tollit beneficium Velleiani.*
10 *Promittens factum alienum cum iuramento, obligatur, ac ſi obligaſſet ſe curaturum, & facturum.*

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IX.

a EX rescripto. [1]Monachi, qui pro debito monasterij iurant stare in obstagio, & si deiussores, qui iurauerunt creditorem indemnem seruare, iuramenta seruare coguntur. Communis diuisio. Secunda, ibi. Ideoque. & pone casum interminis. Quidam Abbas pro vtilitate monasterij certam quãtitatem pecuniæ recepit mutuo à quodã P. & conuentum fuit inter eos, vt certo loco, & tpe solueretur dicta pecunia per Abbatem dicto P. & pro hac quentione obseruanda, quosdam ex suis monachis obsides dedit, qui de obseruanda quentione iurauerunt. Itẽ promisit dictus Abbas, qđ si illi monachi dati pro obsidib. aliquo casu deficerent, alios in eorum loco surrogaret. Insuper si fidẽ monachi non seruarent, Abb. dedit fideiussores quendam nobilem virum, & eius vxorem, qui sub iureiurando ẽt se obligauerunt. Denique omnib. deficientib. in dicta conuentione obseruãda, iste P. creditor conquestus est Papę, qui mandauit, vt hĩ in litera in ver. ideoque mandamus, &c. No. Abbatem posse pro vtilitate monasterij aliquos ex monachis tenere extra monasteriũ, etiam dando eos in obsides. No. 2. quod clerici, ẽt religiosi, pñt pro vtilitate ecclesiæ se obligare ad standum in obstagio. Et est obstagium conuentio iurata, vel alias obnoxia, adstringens quẽ ad non exeũdum de certo loco, donec fuerit principali conuẽtioni satisfactum. Et est sm Hosti. communiter vulgare linguæ Latinæ, maxime in Frãcia, Lombardia, & prouincia, & vtimur hodie hoc cõiter in Italia. † No. 3. quod monachus põt pro vtilitate monasterij se obligare personaliter, ẽt cum iuso. Ex hoc tex. colligit Host. arg. imo dicit expressim, pro naturali obligatione actionem dari. Nam monachi non poterant obligari ciuiliter, sed naturaliter tantum. Aduerte, de dicto principali dic, vt plene no. in c. 1. de pact. sed quo ad alia credo dictum Host. hic non colligi, quia monachi se obligauerunt cum consensu Abbatis, & pro vtilitate monasterij. Et sic puto, q̃ ẽt ciuiliter fuerunt obligati, cum eorum consensus, & voluntas dependeat a voluntate Abbatis, vt in c. si religiosus, de elect. lib. 6. Puto etiã, quod sine consensu Abbatis monachus non obligetur etiã naturaliter, quia ius resistit huic obligationi, vt in c. nõ dicatis. 12. q. 1. & in c. 2. de rest. li. 6 ergo nulla oritur obligatio vt in l. cũ lex, & ibi per Bar. ff. de fideiuss. quod no. Secus dico in seruo, ille. n. obligatur naturaliter, vt in l. naturaliter, ff. de cond. ind. Et hoc ideo, quia ius ciuile non resistit, sed nec assistit. Hinc forte dixit tex. not. in c. multos. 14. dist. seruitutẽ istam spiritualem, quę est in monacho, esse strictiorem seruitute humana. Et facit ad hoc, quia seruus non renunciat propriæ volũtati, sed monachus sic vt in d. c. non dicatis. Ex hoc infero aliud notabile, quod in obligatione monachi sine consensu Abbatis nõ potest accedere fideiussor. l. 1. & 2. ff. de fideiuss. tamen de his 3cibus monachorũ eleganter in c. cum olim 2. per Inn. de priui. & c. quod quibusdam, de fideiuss. & per Bar. in l. seruus communis ita, ff. de stipu. seruo. No. non esse improbatum, vt clerici etiam religiosi iurẽt super contractu obseruando. Item no. quod laicus iurans super contractu, etiam tanquam fideiussor, potest conueniri coram

a iudice ecclesiastico, facit c. si. de foro compe. lib. 6. † An autem

b fideiussor clerici possit cõueniri coram iudice seculari, [b] cum principalis ibi conueniri non possit, vide per Spec. in tit. de cõpe. iudi. adi. §. 1. ver. sed pone, & conclusio est, quod sic. † No. mi-

3 c rabile, q̃ tota terra c potest subijci interdicto, ex eo, quia dominus non seruat conuentionem iuratam, etiam si conuentio cõcernat commodum pecuniarum, & priuatum interesse. Hodie vero ipso iure est nullum interdictum latum in aliquem iocũ pro pecuniario debito. De quo die, vt habetur in extrauag. Bonifa. quæ incipit, prouide, de sent. exc. Opp. & videtur, quod isti monachi non poterant detineri, vt obsides, arg. in c. nuper, &c. contingit, de sen. excõ. Gl. 1. metu contrarij, vt arbitror, dicit, q̃ isti fuerunt dati voluntate eorum, alias detineri nõ possent. Hostien. dicit hoc non procedere in monachis, quia non habent velle. quare dicit, quod de imperio Abbatis, & pro vtilitate monasteri, seu necessitate, manebunt in obstagio, de postul. cap. 2. Nec obst. secundum eum, quod stabilitas loci, vel claustri sit de regula. infra eo. c. sicut ex literis. & quod monachus sine claustro non viuat. 16. q. 1. c. placuit, & quod Abbas teneatur reuocare vagantem, de off. ord. c. quanto, & c. si. de reg. & quod beneficiat, vel existentes in sacris, non sunt auocandi a diuinis, vt in c. si. 88. dist. & argu. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio. Hoc enim dicit procedere, cum auocaretur totus conuentus, etiam ad tempus vel de vno monacho in perpetuum, sed pro

d necessitate, d vel vtilitate monasterij hoc tolerat ad tps de Abbatis imperio, sicut aliquando manẽt in alicuius prælati, vel magnatis seruitio, quod sit non sine vtilitate monasterij, cum per illum negocia monasterii promoueantur, sicut in simili dr de cle. non resid. c. cum dilectus. & facit quod no. in c. cum l. & A-

4 inf. de re iud. † No. plura. ex his dictis Host. primo, quod totus q̃uentus non potest subtrahi monasterio pro necessitate. vel vtilitate monasterij, ẽt ad tps. Ego distinguerem cãm necessitatis, & vtilitatis, arg. in c. si canonici, de off. o rd. lib. 6. & c. ex parte. ẽ de ver. sig. & in c. 2. de iure pat. vbi bo. tex. sed pro leui causa nõ

5 esset fiendum, & sic procedit d. Hosti. † Secundo no. Abbatem non posse concedere vni monacho, vt in perpetuum ster extra claustrum. In contrarium adduco c. insinuante, qui cle. vel vo. & quod ibi no. Inn. vbi dicit, quod licet Abbas non possit se ad hoc obligare, arg. in c. cum ad monasterium, ver. nec alicui, de statu reg. tñ potest concedere monacho, vt ster in certo loco extra monasterium. in d. c. insinuante. Nam, vt dicit Ab. in c. cum illorum, de sen. exc. vbicunque fuerit monachus, dummodo sit sub obedientia Abbatis, semper fingitur esse in claustro. Sed p dicto Host. adduco tex. no. in c. monachum. 20. q. 4. vbi dr, quod ẽt propter necessitatem infirmitatis, nõ licet monachis relicta congregatione, eligere sibi cellulas solitarias extra septa monasterij. Potest dici, quod sine cã, vel leui non potest Abbas hoc concede-

ADDITIONES.

a Ex rescripto. Rom. in l. sciendum, ff. de iuer. ob. dicit in hac decr. esse sing. casum pro dicto Arch. an c. quamuis, de pact. in 6. & Io. And. in c. cum causam, de emp. & vend. videlicet, q̃ quando in contractu interuenit iuramentum, non requiritur certificatio priuilegij.

An in renunciatione iurata requiratur certificatio iuris renunciati, videas plene per Doct. Mod. in l. fi. in §. idem quæsijt, ff. de cond. inde. & in l. 2. cod. tit. Et adde, quod talis renunciatio iurata per defunctum, afficit etiam heredem, ut ibi per Doct. Dicas etiam, quod renuncians priuilegio non videtur renunciare iuri communi, vt in l. miles, in §. fexaginta, ff. de adult. & habetur per Bal. in l. sed & si quis, in §. quæsitum, ff. si quis caut. Et adde glo. in cle. dudum, de sepul. & gl. in c. cum non deceat, de elect. lib. 6. quæ dicunt, quod renunciatio omnium statutorum, uel beneficiorum, non se extendit ad statuta iurata. Et de huiusmodi certioratione facienda etiam cum iuramento, an sit necessaria, uide no. in l. quamuis, C. ad Velle. & uide glo. in l. fi. in §. penult. ff. eod. titu. & adde per Barto. in l. patroni, in §. Iulianus, & ibi plene per Alexand. in 4. colum. ff. de iureiuran. & uide do. Ant. in c. fi. diligenti, in 6. colum. de foro compe. & adde Bal. in l. 1. in fi. C. ne uxor pro marito. Anto. Franc.

b Seculari. Idem tenet do. Ant. hic in 2. col. uer. quæro an fideiussores laici, &c. & Rom. ponit hoc in suis sing. & idem tenet Bal. in rub. C. de priuil. do. & ne net expresse Arch. & in c. quidem, in 8. 11. q. 1. & alleg. Spec. in loco hic per do. Ant. & ipsum allegato. bene facit gl. in uer. fideiussorib. §. fi. institu. de rep. pli. quæ dicit, quod exceptio, quæ cõpetit principali ratione personæ, non competit fideiussori. Sed priuilegium, quod habet clericus, ut nõ conueniatur coram laico, ei competit ratione personæ, ergo non transibit in fideiussorem. Quid econtra, si clericus fideiussit pro laico coram iudice laico, pro texto illius sententiæ, possit contra clericum fieri executio, uide per Pe. de Anch. in c. ea, quæ, de reg. iu. in 6. 2. 1. q. circa fi. & quid si duo fideiubeant pro aliquo, quorumunus est clericus, alius est laicus, corã quo debebunt conueniri, Bar. in l. præcipimus. §. eodem obseruando, C. de epp. dicit, quod etiam laicus hoc casu debebit conueniri coram iudice ecclesiastico.

Adde quæ no. in meo reper. tit. de fideiuss. in q. quæ incipit, an, & quando priuilegium.

Circa istum passum valde dubium, an exceptio competens principali, competat etiam fideiussori, uide Bal. in l. exceptionem, & in l. tam mandatori, &, de excep. & in l. 2. C. de non nu. pec. & uide Bart. in l. si ea lege, C. de usu. rei iud. & in l. 1. in fi. ubi per Bal. C. de fideiu. mio. ubi inter alia dicunt, quod licet deiussor possit excipere de non num. pecu. reo etiam inuito, ita, quod licet debitor compareat agnoscendo debitum, & confitẽdo pecuniam sibi fuisse numeratam, potest fideiussor opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quod tamen intelligit Bal. uerum in l. tam mandatori, vt. col. & in l. si cui, C. de nõ nu. pecu. si debitor est pauper, secus si est diues, & ibi dicit quod potest excipere eo casu, quo contractus est usurarius, & si principalis confiteatur contractum esse uerum. Et prædicta intellige uera, & si quis fideiussit non rogatus, ut l. si mulier, in §. fi. ff. ad Velle. & uide Bal. in l. fi. mulier, in 12. col. ff. lol. mat. vbi ẽt dicit, quod fideiussor potest opponere exceptionem competentem reo principali, quam ipse reus etiam opponere ob potest, & uide Rom. in singu. suis in uerbo, exceptiones, quæ. & uide Specu. in tit. de accu. in §. 6. uer. item quæritur, & in tit. de fideiuss. in §. 1. uer. & ne. Dicit tamen Bal. in auth. habita, C. ne fil. pro patre, quod fideiussor scholaris non gaudet priuilegio scholaris, & uide Bar. in l. fi. C. ad Macced. ubi dicit quod fideiussor filiifami. inuuatur beneficio Macedoniani, nisi pater habuerit ratum mutuum factum filiofam. de quod etiam per Bar. in l. sed & si pater, in §. non solum, ff. ad Maced. & no. in l. si filius pro muliere, ff. quæ res pig. obli. poss. Et ad materia uide quæ habentur in l. si eum, in §. 2. ff. si quis cau. & Bal. in l. constitutionib. C. de usu. & in l. si quis post quam, & in l. ubicunque, de fideiuss. Et an fideiussor conueniatur in foro suo, uel in foro sui principalis, dicas quod conuenietur in suo foro, nisi renunciauerit priuilegio fori, quia tunc poterit conueniri in loco contractus, si ibi reperitus fuerit, uel si ibi promiserit se repræsentare, uel soluere iuxta statutum leg. hæres, absens, ff. de iud. & c. Romanæ. §. contrahentes de foro compe. lib. 6. Et uide Bal. fin. loquentem in l. cum Archimedoram, C. ut in po. leg. & ex duob. obligatis unus est clericus, & alter laicus, coram quo iudice ab. conueniri, dicas, quod si promissio est diuidua, quilibet conuenitur in suo foro, alias conuenientur in foro clerici, ut per Barto. in l. præcipimus, C. de app. quia magis dignum trahit ad se minus dignum, ut in c. aqua, de consecra. eccle. uel alta. cum si. Ant. Fran.

c Tota terra. Vide Gem. in c. si sententia, de sen. exc. in 6. & Cald. in tract. de ecclesiastico interdicto, in 2. membro, q. 16. Arch. in c. sicut domini uestimentum. 16. q. 7. Seb. Sap.

d Pro necessitate. Vide Abb. idem tenentem in c. quanto, sup. de of. ord. & Cardin cle. 1. §. ex præmissis, de supp. neghgen. Prælato. vbi dicit, q̃ quando Abbas dedit licentiam cum causa, quod monachus ster extra claustrum, non potest talem licentiam renocare sine causa, ex quo limitatur dictum Innoc. c. insinuante. inf. qui cle. uel nouem. ubi dicit, quod Abb. non potest reuocare, quod monachum non reuocabit. Hoc enim debet intelligi, quando causa subesset reuocandi. Seb. Sap.

6 procedere, sed ex causa vrgenti, & probabili hoc poterit, facit q̃ no. idem Inno. in c. porrectum, de reg. † No. 3. Abbatem posse cõcedere monacho, vt sit in seruitio alicuius prælati, vel alterius magnatis. Pro hoc ego allego c. cũ pastoralis. 2. q. 7. vbi est tex. no. probans monachum posse esse Episcopi cubicularium. Et ibi gl. examinat, an Episcopus, inuito Abbate, possit illũ habere, & facit hoc ad id, quod superius dixi. Nã ibi deputatur ad seruitium Episcopi sine temporis præfinitione, & vide q̃ no. In

7 no. in c. cum I. & A. præall. † Secundo hic gl. 1. principaliter op. vĩ enim quod liberi homines non possint obsides dari, de pig. c. 2. & l. qui filios, C. quæ res pig. ob. possunt. in quibus patet, q̃ liber homo non põt dari in pignus, & qui recipit, punitur, vt in Auth. vt nul. iud. §. quia vero. In contrarium arguit glo Nam iura videntur hoc permittere, vt in c. vt pridem. 23. q. 8. & l. obsides, alle. in gl. Sol. gl. tripliciter. Primo, quod liber homo non põt

a detineri, vt ius constituatur in eo, tanquam in pignore, a nisi in casu l. 2. C. de pat. qui fil. distra. sed bene põt teneri nuda detentione, vt fiat, q̃ conuenit inter partes. Et pro hac solu. facit sm Io. And. quia quandoque tenetur res pro ea pecunia, pro qua obligata non fuit, vt in l. vna, C. etiam ob chirog. pecu. pignus tenepo. Secundo soluit gl. q̃ hic narratur factum, quasi dicat ius hic non poni. Tertia sol. q̃ pro pecunia obligari non põt, sed pro pacto incundæ pacis, vel consimilis sic, vt hic, & c. exposita, de arbi. Gl. 10. q. 2. c. ea enim §. hoc ius, in ver. conflata, tenet primam solutionem, eam tñ restringendo per hanc vltimam, vt pro pecunia non possit ita restringi, c. vt pridem. 23. q. 8. & vĩ ibi velle, quod inuiti retineri possint isti dati obsides, quod tñ dicit non procedere in clericis, quia clericus nõ põt renunciare beneficio can. si quis suadente, vt in c. contingit. 2. de senten. excommunic. Et ad c. istud dicit, quod authoritate papæ pro necessitate ecclesiæ hoc fuit factum. Sed certe hoc est diuinare ad istũ tex. & potius colligitur contrarium. Inno primo ponit solu. glo. posteà dicit, q̃ obsides vocat eos, qui iurant, q̃ non recedẽt de certo loco, quousque ab eis fuerit satisfactum. Nam si detinerentur inuiti, essent excommunicati detentores. 17. q. 4. c. si quis suadente. secus si de eorum voluntate detinentur, dicto c. contingit. & idem sentit Host. Ioan. And. distinguit modum tenendi. Si enim clericus promisit obstagium in castro, vel palatio, & ne dicatur fractor fidei, si ibi sponte manet pudori suo parcẽs, cessat excommunicatio. Si vero tenetur in compedibus, vel in

b carcere inuitus, vt inde fugere non possit, tunc est locus pœnæ. d. And. nil dicit hic de suo, sed sola recitatione fuit contentus. Vnde, cum queritur, an liber homo possit dari in obsidem, [b] facio tria membra. Aut quæritur de laicis, aut de monachis, aut de clericis secularibus. Primo casu dico, quod ab Imperatore suis hostibus, & econtra possunt dari, & isti obsides hoc casu sunt quasi serui. vnde non possunt testari sine licẽtia principis, vt in l. obsides, & quod ibi no. ff. de testa. Idem puto de alijs principibus habentibus iura principis, seu ius indicandi bellum. ad hoc quod in simili no. Bar. ff. de publ. iud. in l. in famem. & isti p̃ prie dicuntur obsides veri. Aut quæritur, nunquid possint dari ab inferioribus? Et glos. in l. 1. C. de pa. qui fil. distra. dixit, quod non, licet fateatur de facto vsurpatum contrarium. Et idem do. Azo in summa, de test. Bar. in l. obsides, non eligit, sed remittit ad istum tex. Ego credo, quod possint dari, vt sunt propric obsi des, vt sic perdant quodammodo libertatem, quia immutare statum hominis est solius principis, arg. l. 1. §. de qua, ff. de post. & forte hoc voluit Inno. hic, dum dixit, quod hic vocantur obsides, qui iurant, quod non recedent, & c. q. d. istos non esse pro

c ptie obsides. Aut dantur, vt non recedant de loco, donec fiat, quod inter partes conuenit, ita quod aliter non alteratur istorũ status, & potest probabiliter dubitari c & credo, quod si non interuenit iuramentum, non possint saltem inter priuatos de iure dari, quia vĩ quædam species seruitutis. Nam video, quod obligatus ad factum præcise non compellitur, cum videatur q̃ diuiduntur, ff. de verbo. obliga & l. si quis ab alio, in fi. de re iud. sacit etiam q̃ no. in l. cum tale, ff. de condi. & demonst. Sed succedit obligatio ad interesse, vt in iuribus præall. no. Igitur fortius dicendum in casu nostro, vt nõ valeat hæc obligatio, quatenus teneatur stare, & non recedere de certo loco. Item hic vĩ quidã carcer priuatus, quem iura miro modo detestantur, vt l. j. C. de priua. carc. Et ad iura, quæ videntur aliud velle, est dicendũ, q̃ narrant factũ, & non ponunt ius, saltem inter priuatas personas, sed si interuenit iuramẽtum, puto quod is, qui iurauit, possit compelli ad obseruationem ipsius, vt stet in loco, donec fiat, quod conuenit, non tamen aliter debet detineri inuitus, & sic intelligerem istum tex. Non enim crederem valere iuramentũ vt possit inuitus detineri, quia esset ℨ bonos mores, contra cap-

8 non est obligatorium, de reg. iu. li. 6. † Venio ad fm membrum, videlicet, qd de monachis. Et puto, q̃ tam in eis, q̃ in clericis secularibus, solus papa possit eos dare obsides, ut proprie sortiantur naturam obsidum, de quo sup. arg. in c. cuncta per mundũ, & c. per principalem. 9. q. 3. & sic procedit gl. in d. c. vt pridem. Aut dantur, non vt proprie sint obsides, sed vt stent in certo loco, & c. vt supra & puto quod Abbas poterit monachum suum deputare pro necessitate, vel vtilitate monasterij, etiam inuitũ, quia monachus non põt Abbati resistere, cum voluntas sua dependeat a voluntate Abbatis, vt in iuribus præalle. Ex qua ratione puto, q̃ cum detinentes, etiam inuitum, dummodo de voluntate Abbatis, non sint excõicati. arg. c. vt famæ, de senten. ex com. sed inuito Abbate, nõ poterit retineri, tum quia habet beneficium can. c. si quis suadente. 17. q. 4 & facit c. nuper. inf. de sentẽ. excommunic. tum quia esset quędam species seruitutis, tenere hominem inuitum, vt sup. dixi in laicis. Si aũt interuenit iurm, seruabo q̃ sup. dixi in laicis. Et idem per omnia dico in clericis secularibus, nisi quia non poterunt per Episcopos deputari, sicut monachi, cũ non sint ita adstricti, nec poterũt inuiti teneri, licet à principio consenserint sine excõicationis pœna, argu. præal. c. contingit. Nec Episcopus in hoc põt dispensare, arg. c. si

9 diligenti, de foro comp. † Opp. contra tex. in eo, quod mandat vxorem compelli ad obseruantiam fideiussionis. Nam mulier iuuatur bñficio Velleiani, vt non teneatur obligans se pro alienis debitis, ff. & C. ad Velle. per tot. no. in c. si diligenti, de foro cõpe. Sol. gl. pen. dat tres solutio. Prima, q̃ mulier audiet, si excipit de suo bñficio. hæc diuinat. Secũda, q̃ forte hęc mulier renũciauit huic bñficio. hæc etiam diuinat. Et an, & qñ valeat renunciatio, dixi plene in d. c. si diligenti. Tertia sol. q̃ hic obligatur

d vigore iuramenti, [d] arg. c. cum contingat, de foro compet. & hoc

ADDITIONES.

a Pignore. Vnũ casum, in quo liber homo est nexus pignori, vide in l. fenatus. §. fi. ff. de leg. 1.

b Obsidem. An liberi homines possint dari obsides, & de hoc vide Bal. vbi ponit Bar. verba in l. ob æs, C. de act. & oblig. & Bal. in extraua. de pa. Constan. in gl. in ver. damna. & per Bal. in d. l. 1. C. de pa. qui fil. distra.

Circa hoc, quod hic dicitur de obside, an dari possit liber homo, dicas, quod homo liber non potest dari pro obside pro qualibet causa priuata, sed bene potest dari pro causa publica, ita Bal. in l. ob æs, C. de act. & oblig. & in l. ob æs, C. de præ. mi. Et an possit dari filius pro patre, vide q̃ habentur in auth. imo, C. de act. & obliga. & per Alexan. post Bald. in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. Et adde, quod obses datus sine consensu superioris habentis ius in eo, põt re uocari, quia dari nõ potuit, ita Bal. in l. 2. C. de pa. qui fil. dist. vbi etiam dixit, quod obsides non tenentur seruire ei, cui dati sunt, nec possunt locari, vel pignorari, nec etiam possunt se reuocare in libertatẽ, si consenserunt se dari pro obside. Et adde, quod clericus non põt per Episcopum dari obses pro fiducia treugæ, vt est glo. reputata fing. in c. vt pridem. 23. q. 8. quam allegat etiam pro singu. Ro. in suis singu. in ver. treug. & versi. nunquid Episcopus. vbi etiam dicit, quod nec monachus potest dari obses per Abbatem, nisi cũ authoritate papæ. Ant. Franc.

c Dubitari. Tu pondera cõtra omnes, quia d. c. 1. de pigno. dicit, quod liber homo non põt detineri, ergo confunditur omnis doctrina Doctorũ. Pondera, quia iste tex. loquitur in monacho, q̃ est seruus monasterij, & subditus subiugo Abbatis, & tñ requiritur iurm, ergo liber homo non potest. Item quia hic agitur de fauore monasterij, & sic fauore publico, vt dixit Bal. & Sali. in l. ob æs, C. de act. & oblig. Pondera etiam, quia hic liber homo non potest facere cõuentionem, vt sit seruus. l. 2. ff. de li. homi. exhi. ergo non potest facere pactum, vt detineatur. Pondera, quia legi prohibitiuæ non potest renunciari, gl. in l. 1. C. ne fideiuss. do. den. sed d. c. 2. prohibet, ergo pondera, quia per istud pactum vĩ dari iurisdictio priuato homini, quia ex quo detinet per vim, ergo non valet tale pactum, C. de priua. car. l. 1. Item carcer nõ solum est locus arctus, sed vna ciuitas, vt per Ange. in l. si a bonæfidei, ff. de rei ven. ergo non valet huiusmodi pactio. And. Barb.

Circa hoc quod hic dicitur de libero homine, dicas quod cum liber homo non recipiat æstimationem, vt in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. ideo nõ potest vendi. l. liberi. ff. de contrah. emp. l. homo liber, ff. de verbo. oblig. & per Specu. in titu. de feu. in §. 2. in ver. 2. Potest tamen obligari pro pignore in redẽptionem captiuorum. l. ab hostibus, & ibi Bal. C. de post. reuer. & quia non recepit æstimationem, nec est dominus membrorum suorum, vt in d. l. liber homo, & per Bal. in l. ob æs. C. de præd. mi. non potest volens facere se percuti, vt per Bar. in l. 1. in §. vsque, & ibi videas per Alex. ff. de iniur. inſrisi tñ videtur tex. in l. cum homo. 23. q. 5. quod potest obligare ad pœnam corporalem, ad quod vide omnino Bal. in d. l. ob æs. Et adde quod homo liber nõ potest in facie signari ob reuerentiam creatoris, ad cuius similitudinem est facta facies hominis. Ita no. voluit Inno. in c. ad audiẽtiam, de cri. fal. Dicas tamen quod licet homo non sit dominus sui ipsius, habet tamen liberum arbitrium. 23. q. 4. in c. Nabuchodonosor. & in c. qui Episcopus. 23. dist. & in c. fi. de pœ. dist. 2. & ipsi homini omnia subiecta sunt, quia hominis gratia ois fuerunt facta à Deo, clemen. 1. §. indiuid. & ibi plene per domi. Car. de reli. & ven. san. Et an possit se ad carcerem obligare, vide plene per Ang. in l. nemo carcerem, per illum tex. C. de exact. tri. lib. 10. Adde etiam, quod si homo liber est in obligatione, est repetendus & eximendus ab obligatione, iudicis tamen officio erit æstimatio præstanda, & ad illam fiet condemnatio, vt per Specu. in titu. de obliga. & solu. §. 4. in versicu. ad vlteriora. Anton. Franc.

d Vigore iuramenti. Vide Alex. in consi. 42. in 6. col. in versicu. optime facit, & in consi. 94. in pen. col. in 1. vol. & in consi. 222 incip. visa facti narratione, in 2. vol. Imo. in c. cum contingat, in 21. col. inf. eo. vbi dicunt, quod iurm habet vim certiorationis. Nam ad hoc quod mulier possit renunciare Velleiano, oportet quod fit certiorata. Si autem iuramento potest renũciare, ergo iuramentũ habet vim certiorationis, & ad hoc tex. reputatur sin. vide Alex. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & Corsi. in repe. rubri. huius ti. in 13. priuilegio, & d. An. Bauerium in tract. de veritate iuramenti, in 2. & 17. effectu. & Iason in auth. sacramenta pube. col. 14. C. si aduer. ven. & in d. l. sciendum, col. 13. & d. Franc. Cur. in consi. 44. incipien. super contingentia. colum. 5. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc mihi placet,& est valde no. & notabis semper in hoc hunc tex.iuncta hac gl. quod mulier obligatur ex fideiussione, si iurauit. Et plus dicit Bar. in l.si quis pro eo, ff. de fideiuss. quod contractus fideiussionis firmatur iuramento, quod bene no. Nam mulier principaliter iuuatur in fauorem sui, merito contractus in contrarium firmatur iuramento, argumen. in cap. 2. de pact. lib. 6. An autem possit petere relaxationem, vel absolutionem
10 iuramenti, vide quod dicam in d.cap. cum contingat.† Vltimo oppo. videtur enim quod ex alio capite hæc mulier & maritus non poterant conueniri, quia non poterunt promittere factũ alienum. Insti. de inuti. stipu. §. si quis alium. Soluit glo. fi. quod isti solum compellentur ad dandum operam, vt conuentio obseruetur, &c. Aduerte, quia glo. videtur sentire istos fuisse fideiussores obligationis facti, videlicet, vt cõuentio de obsidibus, & alijs obseruetur quo casu cum promittant factum alienum, tenẽtur solum præstare operam, quam possunt, & non aliud. Et secundum hunc intellectum collige vnum singulare, quod li-
2 cet alius promittens factum alienum a ad nihium obligetur, ni si specifice promiserit se curaturum & facturum, vt in d.§. si qs alium, tamen si simpliciter promisit factum alienum cum iuramento, obligatur ad operam præstandam, sicut si se specifice obligasset, vt sic valeat iuramentum eo modo, quo valere potest, argumen. in cap. ad nostram. infra eod. & l. cum pater. § filius martem. ff. de lega. 2. & ad hoc facit tex. cum glo. in cap. ex literis. 2. de spon. Si autem vis intelligere tex. quod isti obligauerunt se, vt fideiussores debiti principalis, tunc cessat motiuum glo. & tunc poterunt conueniri, iuxta ea, quæ habentur in Authen. de fideiuss. in princip. & vt no. in cap. 2. de fideiuss.

ADDITIO.

a Alienum. No. sing. limitationem ad regulam. §. si quis alium, Instit. de inutilitu. cum simil. ex no. effectu iuramenti. Et idem tenet Ang. de Are. in d. §. si quis alium, in 6. fall. & in §. versa vice, in eod. titu. & dom. Iaf. de May. in §. item si quis. in 3. colum. in 9. effectu iuramenti, in fi. Insti. de act. quamuis referat Ioan. Fab. in d. §. si quis, tenere contrarium quod promissio, seu stipulatio facti alieni iurata, non teneat de iure ciuili, per l. non dubium, C. de leg. vbi dicit esse clarum & expeditum, quamuis de iure can. secundum eũ, sub dubio tamen forte, sit secus, per istum tex. & vide quæ addidi in c. quato, inf. eo. tit. in 1. col.

Ad istud de promittente factum alienum cum pena interposito iuramento quod valeat talis promissio, vide Ang. in l. inter stipulantem, ubi etiam per Alex. ff. de ver. obl. & in l. stipulatio ista, in §. alteri, & per Alex. post Ro. & adde, quod valet etiam promissio facti alieni, quando simul promittitur factum proprium, videlicet, quando quis promittit se facturum, & curaturũ, quod alius faciet, ut per Bar. in l. qui autem, in §. si quis, in fi. ff. de const. pecu. & vide Bal. in rubr. C. de constit. pecu. in vlt. colum. Et adde etiam, quod in sponsalibus & matrimonijs, promissio facti alieni simpliciter facta, semper in dubio præsumitur esse cum clausula se facturum, & curaturum. Ita no. uoluit Bald. in l. si in pen. colum. C. de spon. & in l. fina. in 1. colum. C. de non nume. pecu. Et idem dicas, si promittatur factum alienum in quibuscũque spiritualibus, quia semper intelligitur cum clausula se facturum & curaturum, & valet promissio etiam sine pœna & iuramento, secundum do. Ant. & Abb. in c. literis, il 2. an 1. no. de spon. & ibi dicit dom. Abb. quod promittens dare filiam Titij in vxorem alteri, intelligitur promittere, quod curabit iuxta posse, & valet promissio, quod etiam uoluit Saly. in fi. C. de non nume. pecu. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Propter periurium, potest quis a beneficio, & ab ordine deponi.*
2 *Sola cessatio biennij solutionis census, uel pensionis, an, & quo casu sufficiat ad priuandum clericum de beneficio.*
3 *Infamia, nunquid ipso iure priuet quem titulis sui beneficij, dignitatibus, & honoribus,*
4 *Is, cui interest, potest agere ciuiliter de crimine, ut quis removeatur a beneficio.*
5 *Non obseruans fidem, an efficiatur infamis, & priuetur beneficio.*
6 *Periurus non dicitur, qui ob necessitatem non adimplet iuramentum, uide in primo notab.*

CAP. X.

QVerelam. Periurus est, & ab ecclesia remouẽdus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum. hoc dicit. Prima pars ponit impetrantis querelam. secũda dat iudices, ibi. Quoniam. Casus liter. Gulielmus clericus promisit iuramento interposito R. clerico Linconiensi, se soluturũ annuatim ipsi R. duos bisantios nomine ecclesiæ de statera, sed p biennium a solutione pensionis cessauit, propter quod dictus R. conquestus fuit dom. Papæ. Super hoc Papa scribit iudicibus dicens, quod non merentur ecclesias regere, qui sunt crimine periurij irretiti. Vnde mandat, quatenus, si constiterit dictum Gulielmum clericum contra iuramentum suum cessasse in solutione pensionis non necessitate, sed voluntate, ab ipsa ecclesia ipsum remoueant, & eam præfato R. restituant. Bern. Not. 1.
a quod non adimplens a iuramentum ex necessitate, non incidit in periurium. Deus enim respicit animum. 14. quæstio. 5. cap. si
3 quid inueneris. vide de hoc quod dicetur. infra co. c. breui.† No. 2. quod periurium est remotione beneficii dignum, & colligitur intelligendo, quod iste clericus habebat hanc ecclesiam in titulum, sed si haberet ad pensionem respectu fructuum, & esset vicarius temporalis, tunc istud non colligitur, sed primum dictum est verum. Imo plus dico, quod propter periurium potest quis deponi ab ordine, & beneficio, vt probatur in c. cum non ab homine, de iud. facit c. si Episcopus. 50. dist. & in detestationem huius criminis vide bo. text. in cap. fina. 22. quæstio. 1. & ibi gl. tractat, cui sit maior pœnitentia imponenda, homicidæ, adultero, vel periuro, ibi videas. Oppo. videtur enim quod iste clericus non fuit obligatus ex illo iuramento, eo, quod sine authoritate Episcopi non potuit ecclesiam constituere censuali, vt in c. prohibemus, & c. prærerea, & c. significauit, de censi. Nec ligat iuramentum contra ius publicum prætitum, deforo cõpe. e. si diligenti. Sol. c. istud potest intelligi dupliciter, vt sentit gl. fi. & Doct. Primo, quod ecclesia ista erat annexa præbendæ illius canonici ad sustentationem illius, iuxta ea, quæ habentur in c. extirpandæ. §. qui vero, & cap. exposuisti, de præben. Secundo potest intelligi, quod iste clericus erat vicarius temporalis, & conductor fructuum illius ecclesiæ, & prætitit iuramentum de soluendo, vt patet in litera, & quilibet intellectus est bonus, primus tamen melior, cum litera dicat, qđ debeat soluere no-
2 mine ecclesię.† Op. videtur enim quod sola cessatio biennij sufficiebat ad priuandum istum clericum sine delicto periurij, vt in c. potuit, & c. propter, inf. de loca. Sol. glo. 1. fatetur contrarium; tu dic hoc procedere, secundum illum intellectum habentem, quod iste erat rector, vel vicarius temporalis, sed intelligendo, quod erat rector, vel vicarius perpetuus, sola cessatio solutionis census, seu pensionis, non sufficiebat ad priuationem, ad hoc c. constitutus, & quod no. ibi, de relig. do. Ideo forte poterat hic periurium, & hunc intellectum puto veriorẽ. Nam secundum primum non oportebat adire papam, cum ipso iure cecidisset a locatione, vt in dictus iuribus. Item iste potuisset istum remouere a vicaria temporali ad libitum, vt in c. ad hæc, de offic. vica. Et sic frustra respectu remotionis ab ecclesia, secundum primum, intellectum ponderatur periurium. Glo. 2. quærit, quare periuri non merentur ecclesias regere? Respondet, quia sunt infames, & in famib. portæ dignitatis, &c. Ex hac glo. & ex gl. c. peruenit, inf. de fideiuss. quidam tenuerunt, quod periuri indistincte sunt infames, secũdum canones. Sed certe hoc non dicit gl. imo relata ad tex. non possent melius dicere. Cum enim iste clericus venerit contra promissionem iuraram, fuit statim infamis non solum infamia canonica, sed etiam ciuili, nec respectu iuris canonici tantum, sed etiam de iure ciuili, vt in l. si quis maior, C. de transac. secundum communem intellectum, qui ibi traditur, de quo dixi satis plene in c. testimonium, supra de test. dic vt ibi.† Sed ego quæro vltra glo. nunquid infa-
3 mia priuet quem ipso facto titulo sui beneficii, & alijs dignita-
b tibus, seu honoribus: Ego semper de hoc dubitaui. b do. Cardin. videtur tacite hic sentire, quod nõ. Dicit enim hoc casu, quod
c periurium c non priuat ipso facto quem beneficio suo, licet collatio facta periuro non teneat, vt no. Fede. consi. 48. adducit ipse no. per Innoc. in c. cum nostris, de concess. præben. Sed certe Innoc. ibi nihil specifice dicit de periurio, sed aperte hoc sentit iudicio meo, in c. inter dilectos, de excess. prælato. post prin. vbi dicit, quod petenti beneficium suum, non potest opponi excepprio periurij, vel adulterij, vel alterius criminis, quod non inducit priuationem ipso facto, non tamen loquitur de quolibet periurio. Nam posset intelligi de periuro, quod non infamat infamia ciuili, vt si venit contra iuramentum assertorium, iuxta ea quæ no. Arch. in c. authoritatem 14. quæstio. 6. & dixi in d. c. fisimonium, tamen quicquid sentiar, nihil adducit ad hoc prębandum. Sed in contrarium ego adduco tex. no. in l. 2. §. miles. ff. de his, qui no. infam. vbi aperte videtur innuere, qđ infamia priuat ipso facto quem militia. Et gl. sing. dicit, quod pari ratione priuat quem militia cœlesti, & alijs dignitatibus, & honoribus. Idem videtur gl. velle in l. frustra, C. de re milit. li. 12. ad idē l. infamia, de decu. li. 10. vbi dicit litera, quod infamia, quæ tamen adimit honorem, & sic loquitur per verba præsentis temporis. Ex quo videtur, quod ipso iure priuat honoribus quæ istis, iuxta theoricam gl. in regula, in pœnis, de regu. iu. lib. 6. & eorum quæ dixi in c. si diligenti, de foro competen. Et satis hoc puto procedere in dignitatibus, & honoribus, circa titulos beneficiales. Sed in illis dubito quia non reperio tex. hoc dicentem, imo video,

ADDITIONES

a Adimplens. Quod necessitas excusset, multa adducit Fel. hic & Iaſin 1. princ. pallibus, ff. si cer. per. & Fel. in c. cum in ecclesia. inf. de simo. And. Sic. in extra uagan. sup. de fer. Seb. Sap.

b De hoc dubitaui. Tu vide, quod sic, vt per Rom. sin. 506. incip. fuit a me quæsitum. & ita scripsi in apost. ad illum in c. fraternitatis, nu 7. uer. ipso facto. Ioſ. de rescrip. Zach.

c Periurium. Vide Gem. in c. audeat. 50. dist. col. 2. & in c. quo iure, colu. penul. dist. Io. de Ana. in c. inquisitionis, in princ. inf. de acc. Abb. in c. si coniuncta col. 1. eo. tit. Seb. Sap.

videó, quod quantumcunque quis sit criminosus, non perdit
1 ipso facto beneficium acquisitum per prius, etiam si esset homicida, a vt probatur in cap. clericis, ne cler. vel mona. & in cap. ex literis, de excess. prælat. & tamen homicida est detestabilior omnibus. Est enim irregularis, adeo vt dubitetur, an Papa possit eũ eo dispensare, vt no. in cap. sicut dignum, de homi. saltem negari non potest, quin difficillime dispensaretur, per cap. minor. 50. dist. in. vbi tex. no. facit, vt dispensari non possit, licet quidam illum referant ad difficultatem dispensandi. Facit pro dicto principali, quod no. Innocen. in capit. cum nostris, prælega. & iste tex. in ver. Remouentes, licet possit responderi, quod debeat referri ad remotionem facti. Tamen satis est, quod non dicitur, ꝙ ipso iure, vnde non debemus imponere hanc pœnam specialem, ex quo de iure canonico expresse non cauetur, vt in simili dicit gl. in cap. fin. de iure patro. Fateor tamen, quod collatio facta infami est ipso iure, nulla, vt in regula infamibus, de reg. iu. lib. 6. & in l. 2. C. de digni. lib. 12. facit quod not. in cap. inter dilectos, prælleg. & vide quod ibi no. Et ad primum dictum facit glo. 3. hic in fin. quæ dicit, quod merito iste debuit priuari, cum esset infamis, & sic no. vers. ic. priuari. Oppo. vlterius, & videtur, quod iste priuari non debuit ratione periurij, quia hic ciuiliter agebatur de pensione, & sic etiam probato crimine, priuari nõ debuit. vt in cap. 2. de ordi. cogn. & cap. super his, de accusatio. Et quod agebatur hic ciuiliter, probant Tancre. & Vincen. per
b ver. querelam, b appositum in princip. cap. & no. bene hoc ver. quia istud verbum, Querela, ex proprio significatu conuenit causæ ciuiliter, & criminaliter intentatæ. Et vide de hoc verbo, quod no. glo. 1. in cap. querelam, supra de procurat. & in l. 3. C. quomodo & quando iud. Sol. glo. fin. ponit duos intellectus, vt supra dixi. Primus, quod iste erat vicarius temporalis, & conductor fructuum. Et secundum hunc intellectum cessat contra
4 tium, quia non principaliter ratione periurij, sed ob defectum pensionis non solutæ, intra biennium iste fuit remotus.† Secũdus intellectus, quod habeat beneficium in titulum, & tunc ad contraria respondet, quod per modum denũciationis fuit hæc querela prolata, & adhoc agebat, vt ecclesia priuaretur. Et quãquam Doctor. communiter transeant cum hoc intellectu, mihi tamen non satisfacit, quia denunciationis via, non admittitur, monitione trina non præcedente, vt in cap. nouit, de iudic. melius, in cap. cum dilectus, de accu. Item denunciatio tendit principaliter in finem boni publici, vt anima fratris corrigatur, vt in d. cap. super his, & no. in d. cap. nouit. Hic autem iste canonicus fundat se super iure priuato, vt patet in princip. in versic. querelam. & ex fine, vbi mandat Papa huic canonico ecclesiã restitui. Quapropter dico, quod iste canonicus agebat contra istum clericum, eum deferendo de crimine periurij ciuiliter, non vt deponeretur ab ordine, sed vt ab administratione ecclesiæ tanquam indignus remoueretur, quod fieri potest, vt est bo. tex. in capitu. per tuas. in fin. infra de simo. Et hoc pro suo intellectu, tum quia non soluebat pensionem sibi, vt iuramento fir. mauerat, tum quia cum ecclesia esset sua, vel sibi subiecta, interetat sua, ne ipse periurus & infamis illã detineret, & super hoc impetrauit iudices delegatos a papa, & ob hoc in fine papa mãdat huic canonico ecclesiã restitui, si constiterit ita esse, vt narrabat: vide pro hoc glo. in cap. ex parte, de test. in gl. 1. in fi. & ibi per Doct. Ex his tenet vnum menti secundum hũc intellectum, quod is, cui ecclesia est subiecta, vel aliter interest, potest agere contra rectorem ciuiliter de crimine, vt removeatur a bene-
5 ficio, & vide quod dixi super rubric. de iudic.† Vltimo gloss. expeditis, quæro. supra vidimus, quod ratione periurij potest quis priuari beneficio suo, nunc quæro, nunquid idem sit ratio
6 ne fidei violatæ? e Archid. in cap. iuramenti. 22. quæstio. 5. refert Bern. Ioan. & Host. tenere, quod sic, in capit. querelam, infra ne prælat. vic. su. sed ipse finaliter tenet contrarium, dicens, quod licet omnia ista possint dici iuramenta, tamẽ quia grauius peccat veniens ꝯ iuramentũ, quam fidei interpositionem, non debet iste secundus ita stricte puniri, sicut primus, argumen. cap. non afferamus. 23. quæstio. 1. Ex quo infert, quod non debet priuari beneficio, sicut periurus, & idem videtur velle idem Arc. in cap. 1. de sepul. lib. 6. facit quod in simili no. glo. in cap. pe. inf. eod. & hanc opinionem videtur sentire, & sequi dom. Ant. Sed aduerte latius: nam Gasp. de Cald. in cap. 2. de sponsa. primo recitat Rotam tenere illam opi. Archid. postmodum videtur ab illa declinare, dicens, quod omnia ista sunt iuramenta. vt primo dixit Archid. Do. Card. in d. c. 2. & in c. ad aures. quod meritò sequitur primam opinio. quia, ex quo hęc pœna priuationis non reperitur inducta ꝯ violatorem fidei, nõ debet ad eam extendi, & videtur ibi velle dare regulam in cognoscendo iuramentum a fidei interpositione, dicens nunquam esse iuramentum, nisi exprimatur verbum, iuro. Innoc. vero circa hoc videtur aliter dixit in cap. ad aures. Dixit enim iuramentum esse quando fit super libro, vel reliquijs vel alia re sacra. Et per hoc vltimum videtur intellexisse de libro Euangeliorum, seu Missali, quia alij libri non benedicuntur. Fidei autem interpositionem dicit esse, quando promissio est facta per Deum, vel fidem suam, quæ verba ex toro mihi non placent, nec aliquo iure probatur. Primo enim dictum Innoc. non procedit, dum tacite sensit iuramentum non esse, si non præstatur super aliqua re sacra. Hoc enim expresse est contra c. & si Christus, infra eo. tit. & plene dixi supra eo. super rub. Imo, quod plus est, iuramẽtum dicitur, licet præstetur per creaturam, licet sic iurari nõ debeat, vt in d. c. & si Christus. & 20. quæstio. 1. cap. mouet. Theorica vero do. Card. est aperte contra cap. ego. N. in fi. supra eod. vbi non exprimitur verbum, iuro, & tamen est iuramẽtum, ad idem cap. & si Christus, vbi ponuntur multæ formæ iurandi absque verbo, Iuro, & vide bo. gl. 22. questio. 2. in summa. Et p hoc etiam dico dicta illorum, qui volunt indistincte facere differentiam inter iuramentum, & fidei præstationem, non procedere. Nam sic dicendo. Sic Deus me adiuuet, est iuramentum, vt d. c. ego. N. Vel, Testis est mihi Deus, & c. vtd. c. & si Christus. multo fortius debet dici iuramentum, si dico, Promitto per fidem meam, vel per Deum. Pro hoc facit diffinitio iuramenti, quam posui sup. super rub. Nã hoc casu adhibetur ipse Deus, seu eius fides

ADDITIONES.

a Homicida. Sed mihi videtur, quod sit ipso iure priuatus, ad hoc allega. text. istum, dum dicit, Remouentes, denotat. n. priuationem esse factam ire, sed importat executionem fieri ab homine, allego cap. ex tuæ, de cler. non resid. in simili. & adduco in simili cap. fin. de post. & quod ibi no. do. Ant. & tex. in cap. ex literis, de excess. præla. in uer. amouentes, vbi verbum amouẽtes, importat priuatum esse a iure. Et pondera, quia in cap. seq. dicitur contrarium in verbo, excludat, dic, quod ibi fuit temerarium iuramentum. Et pondera, quia in cap. cum non ab homine, de iudic. non imponitur ipso jure pœna depositionis periuro, ergo multominus hic. Respon. quod ibi agitur de maiori pœna, hic de minori. Item hic agitur de fauore ecclesiæ, vt nõ negatur per periurium. Pondera, quia gl. hic sentit, quod requiritur sententia. And. Barb.

b Ver. querelam. Not. de uerbo querelam, quod dixi in cap. querelam, de elect. & sic pondera, quia in modo opponendi gl. sentit, quod verbum, querela importet causam ciuilem, sed in modo soluendi infert, quod importet causam criminalem. Sed ego allega. aliam in c. Maximianus. 81. dist. Et videtur dicendum hoc modo, videlicet uerbum æquiuocum positum in libello, attenditur penes conclusionem, vt colligitur ex his, quæ remisi ad Lud. Rom. in l. viro, ff. sol. mat. quia libellus attenditur penes conclusionem, vt in c. ex parte, de refer. vt in casu nostro. nam dum Papa hic condemnauit, priuando ab ecclesia, uidetur, quod istud fuerit petitum, arg. cap. licet Hely, de simo. quo casu, ubi petitur naturalis pœna delicti imponi, uidetur agi de crimine ciuiliter, casus est fing. in c. per tuas, de simo. Naturalis pœna periurii est deponere, ut in cum non ab homine, de iud. Sed hic fuit expulsus ab ecclesia, ergo non fuit imposita naturalis pœna delicti, & sic videtur intentasse causam criminalem ciuiliter. And. Barb.

Circa hoc, quod hic dicitur de querela, dicas, quod querela simpliciter, nõ est actio, ita Bar. in l. nam postea, in §. si minor, ff. de iureiu. in 2. colum. imo dicitur esse remedium subsidiarium, ut ibi no. Barto. in l. maximum uitium, in 2. notab. C. de lib. præt. & alibi dicitur, quod est accusatio secundum Bal. in l. certum, in vlt. colum. in princip. C. vnde cog. Barto. tamen in l. posth. in §. si quis, ff. de inoffic. testam. dicit, quod nec est actio, nec exceptio, nec accusatio, sed officium iudicis, ut ibi per glo. in uerſic. successionem. Et de modo formandi libellum, ubi querela intentatur, uide Spec. in tit. de lit. conte. in §. nunc uidendum. in uerſi. sed nunquid in querela, & in tit. de test. in §. 1. in uerſi. in querela, & in uer. sed quare. & uide Bald. in l. nam & his, in §. huius, in prin. ff. de inoffic. testam. & in l. qui repudiantis, §. 1. circa prin. eo. tit. de inoffic. testam. Quandoque tamen capitur pro in integ. restit. quando que pro appellatione, & nullitate. Et ideo quid importet, cognoscitur ex modo concludendi secundum Bart. in l. 3. in 1. col. C. quomodo & quando iud. And. Barb.

c Fidei violatæ. Vide Rotam decisio. 125. incip. item not. & decisio. 435. incip. vtrum violator fidei Alex. in l. si quis maior, & ibi Mod. in repe. in 10. no. C. de transact. & Alex. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiur. & Corse. in repet. rub. huius tit. in 6. q. Seb. Sap.

d Extendi. Et pro hac opin. facere uidetur illud dictum Ioan. Fab. in §. item si quis postulante, Instit. de act. ubi querit, nunquid, quemadmodum ex iuramento oritur actio, & exceptio. aliquando actio in factum, aliquando actio ex contractu, si iuramentum est formiter præstitum. Iactori, C. de reb. cred. cum sim. Nunquid eodem modo ex simplici promissione per fidem oriatur actio & exceptio, sicut si esset iuratum. Determinat tandem quod nõ, quia secundum eum, iura multum ponderant iuramentum, ergo non sufficit sola promissio per fidem. Sed huic fundamento respondeo, quod non est uerum, quod iura ita ponderent iuramentum, & actualem præstationem iuramenti, sicut dicit Ioan. Fab. Patet, nam si iuramentum sit remissum, & sic nõ sit præstitum, quamuis actualiter iuramentum non sit secundum, ita tamen oritur actio, & exceptio datur, sicut si actualiter fuisset iuratum. l. nam postea. §. 1. & l. remittit, ff. de iureiuran. ergo non est uerum, quod ad hoc, ut oriatur actio & exceptio, quod l. ponderet ipsum iuramentum. Nec est verum fundamentum dom. Card. dum dicit, quod ex quo hæc pœna priuationis non reperitur inflicta contra violatorem fidei, non debet ad eum extẽdi, quia dico, quod imo est extendenda, quia ubicunque tractatur da dispositione iuramenti, illa dispositio censetur fauorabilis, & consequenter extẽdenda, secundum dom. Anto. in c. fin. in, 1. fallen. de consue. Per. de Ancha. & Imo. in cap. quamuis, de pact. in 6. no. expresse Gem. in c. 1. de temp. ord. per illum tex. & do. Alex. in l. qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiuran. Item facit, quia quotiescunque agitur de delicto puniendo, illa est materia odiosa, sed debet extendi, sicut materia mere fauorabilis. Istam regulam tradit Barto debet extendi, sicut materia mere fauorabilis. Istam regulam tradit Barto in l. quemadmodum, circa med. per vnam gl. ibi, C. de agric. & censi. lib. 11. Idem expresse dicit Pau. de Castr. in l. bona fides, per illum tex. ff. depos. Et sicut ratione periurij potest quis priuari beneficio, idem erit ratione fidei violatæ, quia cum ista materia sit mere fauorabilis, vt delicta puniantur & non odiosa, debet extendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fides ad confirmationem simplicis assertionis. Non enim debent esse cuangelia in maiori reuerentia, quam ipse Deus, seu ipsius fides. Imo per cuangelium iuratur per respectum ad ipsum Deum. Quamobrem puto, quod omnis fidei præstatio sit iuramentum, sed non econtra: vnde fidei præstatio proprie est, quãdo quis interponit fidem suam, vt quia dicit. Promitto per fidem meam, vel per Deum, iuramentum vero generaliter est, quando simplici assertioni interponitur vinculum religionis. Et sic possunt intelligi multa iura, quę ponunt ista, vt diuersa, vt in c.peruenit, & c.fideiussor. & c. querelam, ne præla. vi.su. & c. 2. de sponsa. Et per hoc infero ad dubium principale, nunquid violator fidei veniat priuandus beneficio, & puto, ꝙ sic, quia periurium committitur, vt supra probatum est, & iura volunt, quod pro periurio priuetur, vt hic, & d.c.cum non ab homine. Nec est verum fundamentum tenentium contrariam sententiam, scilicet, quod minus peccat violator fidei, quia dico posa se contingere, quod magis peccaret, a quoniam periurium tanto grauius est, quanto sanctius est id, super quo iuratur, vt in d. cap.mouet. & no. Innocen. in d.c. & si Christus. Sed posset contingere, quod iuramentum esset præstitum per aliquam creaturam, quo casu non est dubium, fidem interpositam esse magis sanctam. Item iura non ponderant quantitatem delicti, cũ quandoque minus, quandoque plus delinquatur, vt supra dixi. Sed simpliciter attendunt periurium, quod est grauissimũ peccatum, maxime in clerico. Videtur enim non obseruans, Deũ contemnere, & ideo gl.no.dixit in capit. 1. de spon. fidei præstationem, & iuramentum æquipollere. Idem voluit glo.in cap.fine præla.vi.su. & in cap.constitutus, de transa.licet Collec.aliud ibi senserit, dicens, quod violator fidei nõ est infamis, sicut violator iuramenti, quod puto falsum per prædicta. Facit c.tua, infra eo.vbi secundum communem lec.probatur, quod ꝓ periurio clericus vitari non potest, quo ad vulgi opi. licet in veritate sit periurus, quia iuramentum non erat licitum, imponitur pena priuationis beneficij, ergo fortius hæc pœna imponẽda est, vbi violauit fidem legitime præstitam.

ADDITIO.

a Magis peccaret. Tu pondera, quia est tex.quem nemo animaduertit in cap. ex rescripto, supra eo.ibi, fidem præstiterunt, & postea dicitur, adimpleant sicut iurauerunt, ecce nunc qualiter fidei præstito est iuramentum. And. Barbat.
Fides est seruanda eodem modo sicut iuramentum, alias committitur periurium, & incurritur infamia, secundũ Spec.in tit.de arb. in §. qualiter, ver. sed idem est, & in ver.sequitur in ver. sed pone. & vide Io. And.in c.1.de sepul.lib.6.in noue. & vide gl. in c.peruenit, de fideiuss. & habetur per Io.An. in c.cum tempore de arb. Et uide Alexan.in l. 5.in §.dato, in fi.ff.de iureiur. vbi dicit idẽ esse, etiam si promissio est facta sub periculo animæ, quia obligat sicut iuramentum, rumpens tamen iuramentum magis punitur, quam simplicem fidem. vide dom. Anto.in cap.querelam, vbi etiam per do. Abb. ne præla. vi.su. & in cap. ad aures, quod met.cau. & vide Arch. in capit. iuramenti. 22. quæst. 1. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Rector ecclesiæ non potest se obligare ad soluendum censum, vel ad augendum solitum.*
2 *Periurus ratione certi beneficij priuatur omnibus beneficijs.*
3 *An pro temerario iuramẽto priuetur quis beneficio, vel inhabilitetur ad promotionem, vel deponatur.*
4 *Qualiter peccat transgrediens licitum iuramentum, vel temere iurans.*
5 *Forma iuramenti, quod præstatur à clerico Episcopo.*

CAP. XI.

IVanos. Si præsentatus iurat præsentanti de antiquo censu augendo, & postea ꝛrium iurat instituenti, valet secundum, & non primum, tamen ab ecclesia remouetur. Communis diuisio. Secunda, ioi. Tuæ igitur. Casus literalis. Monachi, seu viri religiosi habent aliquando præsentationem in ecclesijs, a quibus certam percipiunt pensionem cum ipsi eligunt clericos ad easdem ecclesias, constringunt eos iuramento ad maiorem pensionem, cum vero Ꝑpiscopi eos instituunt, iurant quod pensionem annuam non augebunt. Quæritur hic, quod iuramentum sit seruandum? Respon. Papa, quod cum posterius iuramentũ ratione, & authoritate Lateranẽ. Concilij iuuetur, ideo primo præiudicat, quod de cupiditate processit, verumtamen iustum est, vt clerici illi pro periurio, quod vitare non possunt, ab ecclesijs perpetuo remoueantur. Not. Rectorem ecclesiæ non posse se obligare ad soluendum censum, vel ad augendum præstari solitum de redditibus ecclesiæ, etiam in v.ta sua, quod videtur clarius probari. infra de censi. cap. præterea, in fi. Nam hoc posset esse ecclesiæ damnosum in futurum, argumen. c. peruenit, de arb. Et no. quod etiam patrono sponte soluere nomine censa 2 sus non potest. † No. 2. casum no. ꝙ constituens se inter iuramẽta contraria tanquam periurus est perpetuo ab omni officio remouendus. Et no. bene ex hoc, & ex fine literę, quod ratione periurij, etiam commissi respectu certi beneficij, priuatur quis nõ solum ipso beneficio, sed etiam omnibus alijs, & inhabilitatur perpetuo ad beneficium suscipiendum. Et nota bene hoc procedere, etiam si sit tale periurium, quod infamiam non irroget. Nam periurium, de quo hic, non irrogat infamiam, quia non est proprie periurium, vt dicam statim cum gl. Et pro hoc facit cap. cum non ab homine, de iudic. vbi simpliciter pro periurio statuitur pœna depositionis. Opp. & videtur, quod iste clericus non comiserit periurium, cum proprie periurium sit transgressio liciti iuramenti; vbi autem quis transgreditur iuramentum illicitum, non incidit in periurium: imo meretur transgredien- do, licet peccauerit in iurando, vt probatur. 22. quæstio. 4. per totum, & in c. quanto. infra eod. Quod autem primum iuramentum fuerit illicitum, patet ex no. in 1. gl. & 2. Sol. Gl. 2. metu cõtrarij exponit ver. pro periurio, ideſt pro temerario iuramento, 3 & no. illam expositionem. † Sed tunc fortiter oppo. vltra alios, pro temerario iuramento non debet qs priuari beneficio, imo quod plus est, non inhabilitatur ad promotionem, vt in cap. ficut, infra eod. not. glo. in cap. Florentinum. 85. dist. & 21. quæst. 4. cap. diffinitio. & specifice videtur probari quo ad casum nostrum, in capit. significauit, & cap. grauius, infra de censi. in quibus clericus prestans temere tale iuramentum de soluendo cẽsum præsentatori, fuit absolutus a tali iuramento, imposita pœnitentia pro temeritate iurandi. Sol. quidam sensérunt, quod ratione simoniæ iste clericus priuatur, argumen. c. cum clerici, supra de pac. quod nihil est, cum litera hic se fundet super periurio. Alij dixerunt, quod primum iuramentum poterat esse licitum respectu clerici iurantis. Valuisset. n. superioris postmodũ interueniente consensu, ideo non debuit propria authoritate contrauenire iurando contrarium. Hoc non placet, tum quia non valuit tale iuramentum, etiam quod se, per d. cap. significauit, & cap. grauis, cum similib. tum quia non iurauit contrarium spõte, sed ex præcepto superioris, vt patet in tex. Ideo ego saluo aliter, & sic. Quandoque quis promittit, vel iurat soluere, augere censum, vt præsentetur ad ecclesiam, ita quod promittit temporale pro spirituali consequendo, & tunc ratione simo- a niæ priuatur beneficio, a ita loquitur cap. cum clerici, de pact. Quandoque non promisit, seu iurauit soluere ex pacto, sed simpliciter, ita quod cessat simonia, & tunc aut præstitit solum vnũ iuramentum, & non debet priuari, licet cõtrauenerit, quia non peccat in contraueniendo, sed prius peccauit temere iurando. b Aut postea iurauit contrarium, b & sic scienter constituit se inter duo iuramenta contraria, & habet locum pœna huius c. vt iste priuetur, tanquam periurus, licet in veritate non sit periurus, & hoc ideo, quia quo ad se, & quo ad vulgi opi. non potest cuadere periurium, & sentit hic Innoc. qui dixit, quod iste erat perplexus inter duo iuramenta contraria, vt si vnum seruabat, alterum seruare non poterat. Sentit etiam Ioan. And. dum exponit tex. quod iste non poterat vitare periurium, secũdum fatuam opi. quorundam, vel propter suam erroneam conscientiam. Et ex his habes casum singula. in quo quis priuatur beneficijs propter iuramentum temerarium. Et puto, quod tale periurium non sit sufficiens ad depositionem ab ordine, iuxta notata in d. cap. cum ab homine, cum debeat intelligi de stricto periurio, & habes nunc vltra alios detectum verum intellectum huius c. † Secundo principaliter gl. tangit incidenter, & innolatis 4 qualiter peccet transgrediens licitum iuramentum, vel temere iurans, & capiendo mentem, facit tres casus. Primus casus, cum quis iurat licitũ, & scienter transgreditur, talis peccat mortaliter, vt supra eo.c.querelam, & vide bonum tex. in c. ille qui 22. quæstio. 5. Secũdus, cum quis iurat falsum, credens illud esse verum, & iste nullum peccatum incurrit, vt in c. homines, 22. q. Ioan. And. post Tancr. dicit hoc verum, si adhibuit omnem diligentiam, alias est veniale, vel, si fuit in culpa, mortale. Tertius casus, quando quis iurauit illicitum, quo casu aut iurauit ex deliberatione, & proposito, & peccauit mortaliter in iurando, infra eod. cap. sicut. Aut iocosa leuitate, vel incaute, & est veniale. 25. dist. cap. vnum orat. §. alias ea demum. Vel potest inteligi glo. vt ponat hoc vltimo duos casus. Primus, quando scienter iurauit illicitum, & peccat mortaliter. Secundus, quãdo iurauit indiscrete, vt quia in vanum assumpsit iuramẽtum iocose, vel leuitate quadam, & hoc casu peccat venialiter, & facit g hoc d. §. alias ea demum, in fin. & ibi glos. Sed aduerte latius g Thom. & Arch. in c. habemus. 22. quæstio. 1. aut enim qs transgreditur iuramentum licitum scienter, & peccat mortaliter, & si iocose, vel indeliberate iurauerit, qa periurium respicit Dei contem-

ADDITIONES.

a Priuatur beneficio. Tu pondera text. cum dicit ex cupiditate processit, & postea dicit pro periurio, quod vitare non potest, vnde videtur quod sit verum iuramentum simoniacum, & sic non solum fuit temerarium, sed etiam simoniacum, & sic fuit iuramentum temerarium qualificatum. And. Barba.
b Iurauit contrarium. Nunquid autem, quando quis primo iurauit nullum postea iurat contrarium, primum iuramẽtum debeat seruari, traditur per dentes, in l. duobus. §. idem Pomponius, ff. de iureiuran. & per Felyn. in cap. cum M. Ferrarien sis, colum. 27. uer. & pro hac fallentia, supra de constitu. Seb. Sapia.

contemptum, qui quidem contemptus nõ vitiatur, licet iocose quis iuret, quia non debet nomen Dei iocose assumere, cum sit vnum de decem præceptis diuinis. Nõ assumes nomen Dei in vanum, &c. Qñque quis indeliberate iurat falsum: tñ scit se falsum iurare, & nihilominus peccat ẽt mortaliter pp diuinum contemptum. Qñque quis iocosa leuitate aliquid iurat, quod postea ex aliqua necessitate adimplere non potest, & peccat venialiter, & hoc vltimo casu intelligo tex. cum glo. in d. §. alias ea demum, & vide ad materiam tex. no. in c. primum est. 22. qõ. 2. 1 vbi ponuntur, & distinguuntur octo genera mendaciorũ. † Extra gl. quæro, quia iste clericus iurauit Ep̃o, quod solitam & antiquam pensionem non augebit, quale iurm præstat generaliter clericus Ep̃o? intellige de beneficiato, quia alij rr non iurãt. sup. eo. c. nullus. Sol. dicit Host. ꝙ licet diuersa forma iurandi p rectores, vel curatos, ſm diuersitatem locorum seruetur, hęc tamen vr congrua, & per iura probari. Iurabit enim, ꝙ fidelis erit Ep̃o & obediens, sup. eo. c. nullus. Sub quo intelligas, ꝙ seruabit illius ſnias, & pro posse faciet seruari, quod tñ aliqui exprimũt. Pro hoc sup. de off. ord. c. cum ab ecclesiarum, & c. ad reprimendam. Secundum capirulum, ꝙ mandata sua sancta, & honesta adimplebit, sup. de offi. ord. c. fi. Tertium, ꝙ nihil alienabit, sine ipsius licentia. 12. q. 2. c. Abbatib. 17. q. 4. c. in vẽditionib. Quartũ ꝙ nomine ecclesiæ vltra certam summam, quæ arbitrarie determinatur, mutuum non ꝛhet, inf. de fideiu. c. quod quibusdã. Quintum, ꝙ ecclesiam non relinquet, nec ad aliam se transferet sine ipsius licentia, sup. de renun. c. admonet. Sextum, ꝙ iura ecclesiæ pro posse petet, & defendet, vtilia eius procurabit. & nociua vitabit. Quod dicit intelligendum etiam postpositis negocijs proprij patrimonij, arg. 7. q. 1. c. præsentium. & c. placuit, & 16. q. 1. c. qui vere, & c. nos aũt. Septimum, ꝙ nil dedit, vel dabit, nec aliquod pactum fecit, nec commisit aliquod illicitũ per se, vel per alium ipso sciente, pro adipiscẽda ecclesia, de pa. c. fi. de simo. cap. nobis. Et ꝙ quam cito hoc vitium ad eum pervenerit, insinuabit Episcopo, & ad ipsius voluntatem renuncia bit, de elect. c. pen. Octauum, ꝙ ordines suo tempore recipiet, & hoc si ordinatus non sit, de eta. & quali. c. quæris. Nonum, ꝙ in ecclesia personaliter residebit, & deseruiet in ordine, quẽ ipsius cura requirit, de cle. non resi. c. quia nonnulli, & c. relatum. Decimum, ꝙ non soluet vltra antiquam, & solitam pẽsionem, vt hic, & cum hac forma transeunt hic communiter Doc. Sed certe licet ad omnia superius contenta obligetur promotus, tamen iure non probatur, vt ad omnia hæc clericus debeat iuramento obligari: vnde ego allego tex. & glo. vbi ponitur directa forma huius iuramenti, nec inseruntur tanta sicut hic, 23. dist. c. quanquam, vbi videas, & die, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *An dignitas delinquentis aggrauet delictum, & quis magis puniatur, maior in dignitate, uel minor.*
2 *Magis excusatur, qui delinquit cum pulchra, quam qui cum deforme.*
3 *Quis magis grauetur de peccato, an peccans occulte, an publice.*
4 *Si professus exiuit ordinem, & accepit uxorem, an inquisitor possit procedere contra ipsum.*
1 *Non ita ignominiosa pœna imponitur nobilioribus, sicut uilioribus.*
c *An iuramentum de non loquendo, uel de non præstando officium charitatis sit obligatorium.*

CAP. XII.

QVm quidam. Epi, de periurio, grauius, quã alij sunt puniẽdi. hoc primo. Illicitũ est iurm de non prębendo subsidiũ ꝓiuncto. hoc scdo, & sunt duo dicta per se patentiam. Casus lit. Quidam Epi de Sardinia receperunt a quibusdã creditoribus quandã pecuniæ quantitatẽ, & iurauerũt illã ad certum terminum persoluere, qd facere ꝓtempserunt: quærit qd sit istis Epis faciendũ pro eo, qd ꝛ iurm venerint? Resp. Papa, ꝙ in ipsos tanto grauius est vindicandũ quanto maiori dignitate præcellunt, & ꝙa corũ exemplo alij ad similia prouocant: illi qdem qui iurauerunt non loqui patri, sorori, vel fratri, nec aliqd subsidium impartiri eisdẽ, ab isto illicito iuro sunt absoluendi, iniuncta eis ꝑnia pro eo, ꝙ male iurauerũt. B. No. 1. duo, rõne quorũ, maior ꝑnia imponit pro delicto. Primo, si delinquẽs est in dignitate, a 1 & tanto maior imponit, quanto in maiori dignitate est positus vide bo. tex. in Papa, in c. aliorũ. 9. q. 3. Sdo ex corruptione proximi pp malũ exemplũ, vt puta, ꝙa peccatũ est palã cõmissum, & tanto grauius ex hoc est puniendus, quanto plures exemplo malæ vitæ corrupit. Vñ Gregor. Scire prælati debẽt, ꝙ si peruersa quã perpetrant, tot mortib. digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exemplа transmittũt, vt legit in c. præcipue. 11. q. 3. No. ex ſda parte, non valere iurm ꝛ officium pietatis, charitatis, & propinquitatis, rõnem inf. videbis. Opp. ꝛ tex. in eo, ꝙ dignitatem delinquentis aggrauare peccatum. vr. n. ꝙ acrius sit puniẽdus ignobilis, q̃ in dignitate positus, vt in l. 2. C. ne quis ignobilis, & c. qui ꝛ Ecclesię pacem. Sol. gl. in hoc insist, tandem vr concludere, quod aut quæritur de quantitate pecca- 2 ti, quoad pnam imponendam in fòro ꝓscientię, aut quoad pœnam fori cõtentiosi. Primo casu non ꝓsideratur imediate dignitas delinquentis, sed quantitas contẽptus. b vnde sicut quãto quis magis seipsum affligit, tanto magis est iustus. 7. q. 1. c. aduersitas. §. cũ vero, ita quanto magis ꝓtemnit, tanto magis peccat. Vnde possibile est, qd in eadem specie peccati magis delinqueret rusticus, quã magnus prelatus, qui minus contẽpsit, sed in dubio, vbi non ꝓstat de cõtemptu, maior presumitur magis ꝓtemnere, quia vr magis Deo ingratus, & sic rõne præsumptionis magis punitur, † & sic fm gl. dignitas non aggrauat delictũ, sed magis ipsum delinquentem, rõne præsumptionis, & sic intelligatur tex. iste. idem no. gl. in c. homo Christianus. 40. dist. Secundo membro, f. quo ad forum contentiosum, dicit, ꝙ in pœna pecuniaria plus punitur nobilis, & in dignitate positus, sed in corporali magis punit priuatus, & ignobilis, & sic reducit gl. ad concordiam iura pro, & ꝛ, in c. alle. & hoc vlt. firmat Hostii. in c. ea quę, de sta. reg. vide tu ad primũ membrum, quod no. Io. And. post B. Tho. in c. accusatus, de hær. lib. 6. vbi concludit, qd in eodem genere peccati minus peccat religiosus, quã laicus, c nisi in trib. casib. Primus, cum peccat ꝛ votum religionis, puta fornicando contra promissionem continentiæ. Secũdus cum excedit per contemptũ, quia vr magis ingratus, cum ex Dei beneficio sit productus ad perfectionis, statum, facit quod hr in Auth. de mona. in princ. & in c. fi. 47. dist. Tertius cũ peccat publice, ita qd præbet alijs scandalum: nam tunc tenetur ẽt de delicto aliorum, de voto, c. magnę, & d. cap. precipue. Extra prędictos casus, leuius peccat religiosus, & pp merita præcedentia & sequentia, iuxta illud psal. Si ceciderit iustus non collidetur, qa dñs supponit manum suam. Hinc Hieron. vt hr de pœn. dist. 3. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Licet iustus cadat, non tñ perdit nomẽ iusti, ex quo per bona opera illico resurgit. Ex quo infero ad qõ. gl. quod positus in dignitate, vt Ep̃s, leuius delinquit, quam inferior, cũ dicat religiosissimus, vt in c. ex multa, de vo. & sic in statu perfectionis, in c. licet, de reg. & in c. nisi cũ pridem, de renũ. nisi peccet ꝛ votum emissum in receptione ordinis, vel ex ꝓmptu, vel publice in scandalũ aliorũ, rõnib. præal. & in trib. casib. præall. vel eorũ altero, aggrauatur peccatũ ex dignitate, & sic põt recte intelligi iste tex. & c. homo Christianus, præalle. alias secus, vt in c. septies. & in dubio præsumit magis contemnere, vt hic in gl. & in d. c. homo Christianus, & qd ibi d no. de multis circunstantijs aggrauantib. delictũ, vide bo. tex. d 2 cũ gl. in c. 1. de pœn. dist. 5. † Et per hoc põt determinari q. gl. in c. fi. 14. q. fi. & tangit gl. in d. c. 1. vtrum magis gs paccet cũ muliere pulchra, quã cũ deformi, credo per prædicta, quod primo debeat attendi maior cõtemptus, & in dubio magis excusatur, qui delinquit cũ pulchra, quia magis ꝑsumitur tentatus, facit 3 de pœ. dist. 2. c. sciendum. † Item faciunt hęc ad aliam q. gs magis grauetur de peccatis an peccãs occulte, an publice: e De qua vide gl. in c. de hoſe, de celebrat. miſ. & in c. nemo. 32. q. 4. & in f c. clericus solus. 8 1. dist. Iac. But. subtilius distinguit, in l. 3. f C. de sum.

ADDITIONES

a In dignitate. Vide Card. in clemen. 2. in 5. quæstio. de uita & honesta. clerico Seb. Sap.
b Contemptus. Quomodo autem cognoscatur contemptus, declarat Fely. hic, & Iatius in c. 2. col. fi. uer. vlt. circa prædicta, sup. de ma. & obed. & in c. 1. col. 6. uer. alius casus est, sup. de const. Seb. Sap.
c Quam laicus. Põdera, quia religiosus est dignior laico, uel clerico, iuxta no. per gl. in c. a subdiacono. 93. dist. & maiorem gratiam habuit a Deo, quia vocatus ad perfectionem, ergo cadens magis peccat per istum tex. Fatetor tamẽ, quod facilius resurgit, non sequitur, ergo facilius peccas, seu leuius. Vn de pone, qd si incontinenti moriatur, credendũ est tamen, quod Deus non patietur illum mori in peccato. Et põdera quia in Episcopo male loquitur, quia dicit cõtra hunc tex. qui dicit, ꝙ grauius punietur. Et põdera, quia Io. And. loquitur ex eo, quia Episcopus dicitur religiosis simus. l. nulli. l. cũ clericis, C. de epis. & cle. dicitur sanctissimus, ut in Authẽ. de san. Epi. & tamen grauius punitur, ergo. And. Barb.
d Vide bo. tex. In l. aut facta, ff. de pę. Vide Sal. in l. seruos, C. ad leg. Iulia. de vi. pu. ubi arguit contra communem doctrinam. And. Barb.
e An publice. Vide Abb. in c. fane. inf. de celeb. miſ. do. Ias. in §. sequens. uer. ex maleficijs. col. 3. Inst. de act. Ias. in l. si quis id, quod. in 3. no. ff. de iur. om. iud. And. Sic. in consi. 47. incipit. scribit prædiare, col. 2 5. in 1. uol. Seb. Sap.
f In l. 3. Et ibi per Bal. & alios, & uide gl. ibi. C. de inter. ma. qui uolunt qd nunquam excusetur mulier, uel rusticus, facientes actum clam. Et quando dicatur aliquid clam, uel occulte factum, uide Bal. in l. 2. de his, qui ex pu. ra. li. 10. & in l. fi. de præd. cu. eo. lib. Et quod magis puniatur, uide Bar. in l. 5. generaliter, ff. ui bo. rapto.
Licet rusticus & mulier æquiparentur in multis, & excusentur, quo ad iuris ignorantiam, l. 2. in fi. ff. de iu. fi. l. 1. in fi. ff. de eden. habetur per dom. Aut. & Imo. in c. 2. de consti. tamen nunquam excusantur in facto clandestino, qa semper præsumitur contra eos. pro quo uide Alex. plene in l. cum de indebito, ff. de prob. Et quando quid dicatur fieri clam, uide Barto. in l. fi. ff. de ritu nup. & in l. 2. uer. & sic nota. C. de his qui ex publi. ratio. lib. 10. Et uide eundem Bar. in l. prohibere, ff. quod ui aut clam, & in l. elã possidere, ff. de acq. poss. & in l. non intelligi, §. tacite, ff. de iure fif. & uide Barto. in l. post contractum, in 4. col. in prin. ff. de don. & uide plene per Alex. in l. 2. §. fi. post Bart. ff. ui bono rapto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum. Trini. vbi dicit, quod aut tractamus de causa delicti, aut de effectu. Si de causa, quæ est dolus, aut constat de dolo, & nō facit differentiam inter clam, & palam. Aut dubitatur, & tunc si tractamus de his, quæ sunt de genere prohibitorū, non est differentia, quia semper præsumitur dolus. l.1. C. de fica. & in c.1. de præsum. & ꝙ ibi no. Aut loquimur de his, quę sunt de genere permissorum, in specie tamē sunt prohibita, vt matrimonium, & tunc aut fiunt clam, & præsumitur dolus. Aut palam,
4 & non præsumitur dolus, sed error. l. fi. ff. de ritu nup. † Et hæc
a faciunt ad q. [a] quæ fuit de facto. Quidam frater professus [b] exiit ordinem, & accepit vxorem. quærebatur, an inquisitōe hæreticæ prauitatis posset de hoc cognoscere? But. dicebat per p̄dicta, ꝙ aut accepit vxorem clam, & præsumitur in dolo, & nō in errore, ideo inquisitor non poterit cognoscere. Aut accepit palam, & non præsumitur in dolo, sed in errore, ꝙ putaret sibi licere, & quod errauerit in fide, & sic cognitio pertinebit ad inquisitorem, quod no. Prædicta procedunt, cum consideratur delictum ex parte effectus, & tūc peius est cōmittere delictum palam, q̄ occulte, ad hoc d. l. 3. C. de sum. Tri. & d. c. præcipue, & faciunt hæc ad materiam sup. tactam. Quis autem magis meretur in eodem genere boni, an religiosus, an laicus, vide glo. no. in cle. si dominum, de reli. & vene. sān. vbi concluditur, qđ
5 religiosus. † Quoad secundum membrum glo. vide in simili, ꝙ
le. & no in l. desertorem, ff. de re mili. & l. capitalium. §. 1. & §. serui cęs. ff. de pœ. vbi patet, quod pro eo delicto non imponi
c tur pœna ita ignominiosa nobilibus militibus, & aliis viris honestioribus, sicut vilibus, & rusticis. Et facit pro consuetudine hodierna, vt viles tantum furca suspendantur, vt no. Bar. in d. l. desertorem. Et qui dicantur ignobiles, vide bon. glos. in cap. qui contra Ecclesiæ pacem 24. q. 1. & l. ne quis, de digni. li. 12. & per
6 Bar. plenius in l. 1. eo. titu. † Venio ad secundam partem Decre. & oppo. videtur enim quod non sit necessaria absolutio ab isto
d iuramento, cum illicitū iuramentum à non obliget, ne sit vinculum iniquitatis. 22. q. 4. c. inter cætera. Sol. glo. 1. metu contra
e rij intelligit, quod hic fit absolutio ad cautelam. [c] Innocen. refert quondam dicere, quod taliter iurans nō debet loqui parti, donec per superiorem fuerit absolutus, quia tale iuramentum potest obseruari absque detrimento salutis æternæ, superior tñ potest, & debet relaxare, quo facto libere potest loqui. Do. An. dicit se credere, quod in quantum iuramentum dirigitur ad nō loquendum parti ex indignatione, vel quia non velit præbere officium charitatis, nō sit obligatorium, nec eget absolutione, quia militat contra charitatem. Idem dicit si iuramentum fiat præstaretur de alio consanguineo, vel extraneo, quia debet fratri suo, quam citius p̄r, reconciliari. Si vero tale iurm fuerit præstitum ex aliqua iusta causa, vt quia forte locutiones illius erāt corrupti les, iuramentum esset obligatorium, & non absolueretur. In dubio tamen tale iuramentum non habet bonum aspe
f ctum, [d] & quia posset esse obligatorium, fit absolutio, vt hic, ideū dum eum, & sic videtur intelligere istum tex. in casu dubij. Sed certe contra eum aperte facit hæc litera, quæ assertiue dicit hoc iuramentum esse illicitum, & contrarium rationi, & mandat isti imponi pœnitentiam de eo, quod male iuraverit. Vnde
g placet mihi intellectus gl quod absolutio fiat hic ad cautelā. g
h Vel intellige de absolutione h facti, ne taliter iurās notetur de
i facto de transgressione iuramenti. i Et quod tale iuramentum ex indignatione præstitum non liget, bene facit c. qui fœramētō. 22. q. 4. & de pœni. distinc. 1. charitas. §. item proximos. Et generaliter quot modis iuramentum dicatur illicitum, dixi in c. si vero, sup. eo. Et qui possint à iuramento absoluere, no. in c. 1. & c. debitores, sup. eo. & inf. eo. c. quanto.

ADDITIONES.

a Ad quæstionem. Et vide Bal. in d. l. nemo. vbi aliter loquitur. Et pondera, ꝙa licet publice contrahat, videtur, quod non sit ex eo excusatus, quia ista ꝙ̄ videtur esse, quando contrahit in loco, vbi ignoratur, quod est monachus, iuxta no. in l. Barbarius, ff. de off. prætor. & quod no. Bal. in l. qui contra, C. de incest. nup. quo casu non vī facere ex errore, sed ex eo, ꝙa credit occultum cum esse monachum, ideo satis dicitur esse in dolo. And. Barb.

b De hac q. Vide bare. in l. 3. C. de sum. Trini. & Moder. in cap. ad abolendam. de hære.

c Pœna ignominiosa nobilibus. Dic hoc esse verum ex consuetudine Italica, ex Gallica vero secus, vt per Iaco. Rebuff. in l. quemlibet, & in apost. C. de decu. li. 10. Zach.

d Casu, in quibus iuramentum non obligat, vide plene numeratos per Bald. in l. si ad excludendam, C. iureiurān. vbi inter alia dicit, quod iuramentum non obligat, quando est exclusiuum pietatis, vel si iurauit non loqui. Vide etiam Bald. in capi. 1. §. item sacramenta, in titu. de pace iura. firm. & no. 33. distin. c. 1.

e Ad cautelam. Tu pondera, quia tex. dicit, absoluendi sunt, quo casu non venit absolutio ad cautelam, nisi aliter exprimatur, gl. in c. capitulum de rese. ergo non valet solutio gl. And. Barb.

f Bonum aspectum. Pro certo non bene loquitur do. Ant. quia tex. iste dicit, ꝙ est illicitum tale iuramentum, & est contra rationem, ergo loquitur in casu certo. And. Barb.

g Ad cautelam. Sed pondera, quia si tale iuramentum est illicitum, & contra rationem, non requiritur absolutio, etiam ad cautelam. And. Barb.

h De absolutione. Pondera, quia filius tenetur alere patrem, ratione naturali. l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de li. agn. & sic istud iuramentum est contra naturalem rationem, ergo nullo modo ligat. ad quid ergo necessaria est absolutio? Et do nullum intellectum ad tex. quod in quantum dicit, absoluendi sunt, intelligitur quoad primum in odium iurandi, quia iurauit non loqui patri. istud potest se habere ad bonum & malum. ideo istud iuramentum ligauit, opus est ergo, vt absoluatur, arg. c. iuuenis, de spons. Quoad secundum modum, quia iurauit non præstare subsidium, est contra rationem, ideo non est opus absolutione. Et si opponatur de clausula in fine appositā, ꝙ refertur ad præcedentia, dic ꝙ non semper, quando ratio recti sermonis impedit, vt per glo. in cle. ne Romani, de elec. And. Barb.

i Transgressione iuramenti. Pondera etiam, quia non loqui, non potest se habere ad licitum, vt dicit do. An. quia posito, quod sermones essent corrupti biles, tamen debent loqui admonendo, & sic impossibile est, ꝙ non loqui habeat iustam causam, & eodem modo de non præstando subsidio, qua gl. in c. pœne. 86. dist. & in c. si qui filij. 30. dist. dicit, quod filius tenetur subuenire patri hæretico. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, vel Prior depositus ab Abbatia, vel Prioratu, remanet monachus.*
2 *Iuramentum emanatum calore iracundiæ non obligat.*
3 *Clericus abiurans clausturam, nunquid sibi præiudicet.*

CAP. XIII.

Sicut ex literis. Non valet iuramentum monachi claustrum abiurantis,
& sibi de hoc grauis penitentia imponitur. Cōis dui. secūda ibi. Rndemus. Casus literalis. Prior cuiusdā monasterij iracundiæ calore commotus, iurauit ꝙ in claustro eiusdem monasterij, in quo professionē fecit, de cætero cū G. monacho non moraretur. Abbas suus dubitando super hoc consuluit papā, & ipse rndit, ꝙ non licuit illi monacho temerariū facere iurm ꝫ fidem suæ professionis, & suæ stabilitatis propositum. vnde mandat eidem Abbati, vt talem pœnitentiā sibi iniungat, ꝙ alij illius exemplo deterriti, similia facere pertimescant, & in claustro, ꝙ abiurare non potuit, stabilitate perpetua
1 suā pœnitentiā agat. ß. † No. ibi, Prior iuncto tex. & ibi Monacho supradicto, ꝙ licet monachus efficiatur Prior, tñ per hoc
a non desinit esse monachus, a facit c. si. de simon. & ꝙ ibi no. Ex quo p̄ colligi arg. quod prior, vel Abbas retinet ius monachatus, & sic licet renuncier, vel deponatur ab Abbatia vel priorātu, remanet nihilominus monachus monasterij. Contrarium tamen sentit Io. And. in c. cum ad monasterium, de stat. mon. Et idem Fede. qui latius prosequitur consi. 19. & per Ioan. de Lig. in cle. ne in agro, de sta. re. Sed do. Anton. tenet primum in d. c. cum ad monasterium, quod plus placet de æquitate, & pleni us dic, vt ibi no. Secundo no. ibi, cum fidē, &c. quod non valet iuramentum monachi contra suam professionem, & sic ar
2 guo non valere iuramentum cōtra votū. Et est ratio, quia hoc non dependet à voluntate iurantis, vnde iuramētum non posfer seruari sine dispendio salutis æternæ. † No. 3. pœnitentiam iniungendam ei, qui temere iurauit illicitum, nec excusatur ꝓ
b prer calorem iracundiæ. b Ex quo infertur quod calor iracundiæ non excusat a peccato, quod no. Puto tamen, quod minuit
c culpam, c licet eam totaliter non excludat, argum. 2. q. 3. capit. si quem. §. notandum. ad fi. & l. vna, C. si quis Impe. male. l. omne delictum. §. qui se, ff. de re mili. facit c. inebriauerunt, 15. q. 1. Et vide glo. no. in capitu. ex literis, de diuor. quæ dicit confessionem factam calore iracundiæ non præiudicare, nisi detur generantia. Et facit hoc ad quæstion. sequentem, nunquid iuramentum alias licitum, obliget, si emanauit calore iracundiæ? Ioan. And. sentit hic, quod nō. dicit enim, quod iuramentum de quo hic, non obligat istum, etiam si non fuisset professus, ex quo sic temerarie iurauit, & calore iracundiæ. Secus dicit, licet causa, & cum deliberatione iurasset, puta, ꝙ nunquam intraret domum talis mulieris, quam turpiter adamauit, licet sit talibus iuramentis abstinēdum, per id quod habetur in c. clericos. de

ADDITIONES.

a Esse monachus. Facit c. 1. §. porro, de sta. reg. li. 6. c. quoniam, de simo. & c. per exemplr. onem, de priuileg. li. 6.

b Propter calorem iracundiæ. Secus est in confessione, etiam iudiciaria, vt per Ludo. Roma. sing. 510. incipien. uolo commentarij. vbi etiam dicit, quod nec votum, nec iuramentum calore iracundiæ emanatum ligat. Ita non apost. ad istum, in c. at si clerici, nume. 15. in versi. calore iracundia. Supra de iudic. Zach.

Calorem iracundiæ. Vide pulchre per do. Iaſ. in l. si filiam tuam, col. 3. in no. C. de inoff. vbi ponit multa, quæ non valeant facta calore iracundiæ, & limita tribus modis, vt ibi per eum. Et de confessione facta calore iracundiæ, vide Dec. in c. at si clerici, in prin. col. 10. ver. tertio limitatur. sup. de dic. Seb. Sap.

c Minuit culpam. Sed pondera, quia iste tex. contradicit, qui hic calore iracundiæ rauit, & tamen magis punitur. & iura, quæ hic alleg. do. Abb. loquuntur in ebrio. Ad §. notam. die, quod ibi dicitur, quod nullo modo punitur & in quitur dictum c. si quis iratus. 2. q. 3. sed loquitur in delicto successiuo, non in delicto momentaneo. Et pondera, si dici posset, quod puniatur ebrietate, sed non pro delicto, vt dicit gl. in c. inebriauerunt. 15. q. 1. sed loquitur in offendente scipsum. l. 1. loquitur de obloquente de Imperatore, qui est clemens, vide glo. in l. 2. C. ad leg. Iul. ma. vbi non tenet inultum præstitum calore iracundiæ, & etiam pondera, quia monachus debet esse mansuetus, & non iracundus. l. si quis in hoc genus, C. de epis. & clero. vnde videtur distinguendum in personis. And. Barb.

de cohab. cle. & mu. & cap. sicut, quod bene no. Dom. Ant. putat, quod si calor iracundię fuit tantus, quod illud deliberate non iurasset, tale iuramentum non est obligatorium, quia hæc voluntas non est discreta, vel si sit, de facili per Episcopum est commutanda, de quo remittit ad cap. Raynutium. in sum. de iureiureiuran. circa princip. Sed tu vide glo. no. in cap. dudum, de conuer. coniug. in ver. calore, quæ vult, votum emissum ca-
a lore iracundiæ non obligare, argumen. illius capit. & d. §. notādum, in fin. & Ioan. And. soluendo ibi contrarium formatuma de cap. sunt qui opes. 17. quæstio. 4. quod videtur probare contrarium, dicit glo. illam procedere, quando est talis, & tanta turbatio, quod sapit quandam mentis alienationem, & ex multo fauore, alias votum non impediturquia ea, quę in se bona sunt, non indigent deliberatione, & sic intelligit d. ca. sunt qui opes. vbi valet donatio ecclesiæ facta tumultario mentis affectu. Et sic idem erit dicendum in iuramento cum procedant a pari, vt no. supra eod. cap. 1. & cap. debitores. Sed in contrarium adduco dicta bæati Thom. 2. 2. quæstio. 87. artic. 1. quæ recitat Ioan. And. in capit. literaturam, de vo. qui notanter dixit tria esse necessaria in voto. Primo deliberatio. Secundo propositum vo-
Iuntatis. Tertio promissio, & satis bene facit cap. literaturam, & cap. nuptiarum, in princip. 27. quęstio. 1. Dęgo idem in iuramento, quod principaliter dirigitur in Deum. Deus enim respicit cor, vt in cap. si quid inuenisti. 15. quæstio. 5. & vult militem voluntarium. 15. quęstio. 1. cap. non est. Item video, quod confessio non præiudicat calore iracundiæ facta, vt supra dixi, fortius nec iuramentum, quare concluderem, iuramentum non obligare ex abrupto factum, quia non habet in se consensum, ad hoc quod no. Innocen. in dicto capit. literaturam, ad cautelam tamen potest peti absolutio, quę de facili est indulgenda.
ā † Secundo principaliter quęro, iste monachus abiurauit claustrum, nunquid saltem præiudicauit sibi? Videtur quod sic, argumen. cap. ex transmissa, de renuncia. & in cap. quod in dubijs, vbi patet, quod renuncians beneficio in manibus non sui superioris, sibi præiudicat, licet non valeat in præiudicium sui superioris. Ita videtur dicendum hic, quod iuramentum præiu dicet ipsi monacho, nō autem monasterio, quin possit eum repetere, & hanc opinio. tenuerunt quidam, sed Innocen. & Hostien. contrarium. Nec obstant iura superius allega. loquuntur enim in clericis secularibus, qui sine ecclesijs esse possunt, monachi vero non possunt, nec debent viuere sine clausto. 16. qō. 2. cap. placuit, & cap. si cupis. Vel dic melius, ecclesię conferuntur clericis secularibus aliquādo propter vtilitatem propriam, vt habeant, vnde viuant, de preben. capit. cum secundum Apostolum. Aliquando propter vtilitatem ipsius, & bonum publicum, ideo si illas abiurant, valet iuramētum, quatenus eorum vtilitati præiudicet, argumen. cap. ad apostolicam, de reg. Sed monachus tenetur stare in claustro ob propriam professionē, quam fecit, promisit enim stabilitatem loci, & de hac professione facit mentionem hæc litera, a qua quidem obligatione non potuit se per proprium iuramentum absoluere, arg. de fo. com. pet. cap. si diligenti. Et per hanc solutionem soluitur contrariū, quod formari posset de cap. ex rescrip. supra eod. & cap. cum pastoris. 2. quæstio. 7. & de multis alijs iuribus, in quibus patet, qđ monachi, quandoque stant extra claustrum licite. Nam procedunt, quando interuenit superioris authoritas, sed ipse propria authoritate hoc non posset. Nam, vt not. Innocen. in cap. fina. de renunc. monachus notaretur apostasiia, si non esset sub obedientia superioris, facit l. licet. C. de actio. & oblig.

ADDITIO.

a Formatum. Pondera, quia d. cap. sunt qui opes, non loquitur in calore, sed loquitur in tumultuario mentis impulsu, & sic in quadam incauta deliberatione. And. Barb.

An quæ fiunt calore iracundiæ, valeant? dicas, quod iracundia facit contrarium non valere l. quicquid calore, ff. de regu. iur. & l. 4. ff. de diuor. nisi ad pias causas, per cap. sunt qui opes, hic allegat. Et iracundia facit pollicitationem non valere l. licitatio, in princip. ff. de publ. Impedit etiam votum, vt est glos. in cap. dudum, de conuer. coniu. licet glo. in cap. sunt qui opes, videatur tenere contrarium. Et uide glo. in cap. ex literis, de diuor. & Alexand. in d. l. quicquid calore. Et adde, quod iracundia non excusat delictū, l. si non conuicti, C. de iniur. facit tamen mitius puniri. l. 1. si quis Imperaliquid si reuocaui, ubi dicit, quod imo ex toto excusat delictum, vel factum ex iracundia, & non debet imputari, quod etiam uoluit Spec. in tit. de præsumpt. in uersicu. sed pone. Pro quo facit, quia iracundia impedit electionem, cap. auditis, de electio. facit etiam blasphemiam mitius puniri, secundum Archidia. 23. quæstio. 5. in capit. quid. & habetur per Roma. in singularibus suis, in uerbo, iracundia. Impedit etiam vinculum iuramenti, vt in l. 2. C. ad l. Iulia. maiestat. Iracundia etiam in sententiando facit differri executionem sententiæ, vt per Specu. in titu. de executione sententiæ, in §. 4. in ver. porro. Et denique dicit Specu. in titu. de aduoc. in §. 4. in uer. not. quod cautus aduocatus debet procurare, & conari prouocare aduersarium ad iram, quia ira impedit animum, ne possit cernere uerum, iuxta dictum sapientis. Aut. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Simplicitas sine dolo, commendatur, contraria discretioni, reprobatur.*
2 *Iurans alicui, & successoribus, vel iurans alicui tantum expresso nomine ꝓprio, vel nomine dignitatis, an teneatur successoribus iurare.*
3 *Iuramentum non ligat hæredes iurantis, & sic obligatio circa spiritualia nō transmittitur ad hæredes.*
4 *Promissio obedientiæ facta per vnum prælatum, obligat alios successores, pro quibus promisit.*

CAP. XIIII.

Veritatis. Vasallus, qui iurauit prælato, successoribus iurare non cogitur. In prima, decisa consultatio. In secunda responsio, ibi. Respondemus. Casus literalis. Clemen. Papa 3. indulsit Gulielmo Regi Siciliæ, vt ipse non teneretur sibi præstare iuramē tum fidelitatis pro regno Siciliæ, ita tamen, quod per hoc non fieret sibi, vel successoribus suis præiudicium, quo minus sibi vel successoribus suis hæredes sui fidelitatem facere tenerētur. Super ista indulgentia quæstio mota fuit in præsentia Regis, vtrū singulis successoribus Clementis hæredes Regis deberent præstare fidelitatem. Duo Cardinales legati Apostolicę sedis, indulgentiam illam sic interpretati fuerunt, quod hæredes Regis tenerentur præstare fidelitatem do. Papæ Clementi, & successoribus suis per iuramentum, quo præsuto alii iurare postmodum minime compellerentur. Cōsultus fuit papa super illa interpretatione, & ipse respondit, vt hęredes Regis, postquam sic iurauerunt, successoribus suis iurare non compellantur, tamen ita
1 tenentur seruare eis fidelitatem, ac si iurassent. B. † No. 1. principium, quod quotidie alleg. hinc dicitur, quod qui verum dicit,
a non laborat. Et no. quod simplicitas a cōmendatur, alibi reprobatur: vnde repellit a promotione. 39. dist. c. Petrus. Sol. Simplicitas ꝓria dolo, commendatur, vt hic, & in ca. si cupis. 16. qō. 1. Et dicitur tunc simplicitas, quasi sine plica, seu mixtura. Illa vero, quæ est discretioni contraria, reprobatur, vt in contrario. Et dicitur tunc simplicitas, quasi sine mistura discretionis, & ita no. in d. cap. Petrus, & cap. si cupis. Secundo no. quod papa habens iura imperij in loco, licite recipit a subditis iuramenta homagij, & fidelitatis, facit clem. pastoralis, de reiud. & cle. ne Romani. de elect. vide bon. tex. cum glo. in cap. tibi domino. 64. distinct. Item not. iuncta gloss. quod regnum Siciliæ est de temporali iurisdictione ecclesiæ: vnde Rex iurat papę homagium, & & fidelitatem. Et pro differentia inter homagium, & fidelitatē, vide bonam glo. in d. clem. pastoralis, in ver. ligius, & ad prin. ū dictum vide bon. tex. ibi. & in d. c. ad Apostolicæ, de re iu. lib. 6.
2 † Opp. dicitur in tex. quod si vasallus iurauit Papę fidelitatem, non tenetur iuramentum iterare in personam successoris. vnde ob. c. longinquitate. 12. q. 2. vbi dicitur, quod liberti tenentur professionem status sui facere successori, non obstante quod eā fecerint prædecessori. Ad idem l. imperialē. §. preterea, de proh. feu. ali. in li. feu. vbi dicitur, quod si maior quatuordecim annis sua, incuria, vel negligentia inuestituram non petit à domino intra annum & diem, perdit feudum, & redit ad dominum. Solu. glo. fin. soluit hoc contrarium dupliciter. Primo, quod hoc capit. contineat in hoc specialem indulgentiam, sed respectu hæredum, non colligitur ex litera: ideo transit ad secundam solut. quod vbi quis iurauit domino & successoribus, non compellitur iterum iurare successoribus, quia ex parte iurantis iuramentum est perpetuum, & sic intelligatur hoc capit. sentit gl. secus esse, si simpliciter fuisset iuratum domino. Extra gl. Doct. hic multum instant, sed tandem in eandem sententiam in effectu incidunt. Ex dictis enim Phi. Goffred. & Hostien. hęc distinctio elicitur, quod aut quis iurauit alicui, & successoribus, &
b tunc non cogitur amplius iurare, b licet teneatur se recognoscere libertum, seu vasallum, seu subditum. Et de hac recognitione

ADDITIONES

a Simplicitas. Adde tex. in §. hæc quidem, insti. de leg. agno. succe.

b Amplius iurare. Pondera, quia iste tex. non probat id, ad quod allegatur, videlicet, quod iuramentum præstitum per defunctum, non transeat ad hęredem quo ad uinculum spirituale, & etiam quo ad forum. Primo, quia hic dicitur, quod fuit indultum Regi, quod nō teneretur iurare: & dicitur, quod hæredes tenentur iurare, ergo sequitur, quod si iurasset, non tenerentur iurare, vnde sufficeret, quod Rex iurasset; & sic a contrario sensu hic probatur contrarium. Et quod sit transitorium quo ad vinculum, facit sermo testantis, qui est proprius sermo hæredis, in Authen. de iureiuran. a mor. præsti. ergo iuramentum testantis, est primum iuramentum hæredis. Item utiliū defuncti transit in successorem, ut cap. quia, de iudic. Barto. in l. ex diuerso, ff. de rei uendi. Vnde fateor, quod si testator fuit periurus, quod periurium non transit in hæredem, qui finitur mortuo testante. Sed si hæres non vult implere, quod defunctus iurauit; & iuramentum respiciat hæredem defuncti, dico, quod eius hæres, qui non vult implere, incidit in periurium. Et si dicatur quod ipse non iurauit, dico quod satis est, quod iurauerit ipse defunctus, quia adeundo uidetur quasi contrahere cum ipso defuncto, ut impleat id, quod ipse defunctus debuit. & uide Abb in capitu. fina. de foro competen. Respon. ad tex. illum, dum dicit, a se, quod satis dicitur a se, cum dicit, a defuncto, per Authen. de iureiuran. a mor. præsti. Vide, quæ dixi in recollectis. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne loquitur cap. longinquitatem, allega. pro contrario. & hoc, ne longinquitate temporis pereat memoria originis. Aut nullam mentionem fecit de successoribus in iuramento, sed simpliciter iurauit personaliter, & tunc iurare cogitur cuilibet successori, & sic intelligatur d.l. imperialem. Contra hanc communem theoricam facit iste tex. in eo, quod dicit, si iuratum est nobis, vel alicui successori, &c. & sic sufficit iuramentum esse præstitum sine commemoratione successorum. Ideo dicerem sic, quod aut in iuramento facta est mentio de successoribus, & seruanda quod supra dictū est. Aut simpliciter fuit præstitum, & tunc aut præstitum sub nomine proprio, vel fuit appositum aliquod verbum personale, vt puta, promitto tibi, &c. & tunc procedat opinio præmissa. Si tamen is, cui fuit iuratum, remoueretur à dignitate, non tenetur iurans illi amplius ad iuramenti obseruantiam, quia intelligitur, præstitum personæ ratione dignitatis, & de hoc est tex. in capit. venerabilem, in fi. de electio. Aut fuit præstitum simpliciter sub nomine dignitatis, & tunc dico, quod transit ad successores, quantumcunque non fuerit facta mentio de successoribus, vt si dixerit, promitto obedire Episcopo Senensi, vel Romano Pontifici, quia dignitas non variatur ex diuersitate præsidentium, vt in cap. liberti. 12. quæstio. 2. & in cap. si gratiosæ, de rescrip. lib. 6. facit cap. quoniam Abbas, de offic. delega. & quod no. Barto. in l. centesimis. §. si ita, ff. de verborum obligatio. Et pro hoc potes instrui tu scholaris, an iuramentum semel rectori præstitum, sit iterādum in personam successoris. Consuluit tamen Hostien. quod prælatus iuramentum recipiens, nullam faciat mentionem de successoribus, vt sic iurans astringatur ad iterandum iuramentum successorib. Quid autem si postea vertatur in dubium an fuerit facta mentio successorum? dicit Hostien. quod ei, qui dicit sic iuratum, incumbit onus probandi, ff. de probatio. l. ei qui dicit. Ex prædictis habes, an, & quando iuramentum sit reale, vel personale

3 ex parte recipientis.† Nunc quæro, an ex parte iurantis quando

a que, sit reale, vt sic iuramentum transeat in hæredem, vel successorem iurantis. 2 Sol. Hostien. & communiter Docto. dicunt quod non, etiam si quis iurasset pro se, & successoribus suis, seu hæredibus, quia licet quis possit obligare hæredem temporaliter (imo etiam non faciendo mentionem de hæredib. pactum regulariter transit in eos, vt l. veteris. C. de contrahen. & commit. stipula.) Spiritualiter tamen non potest, quia licet sit honestum, vt in spiritualibus, obligationibus filius sequatur voluntatem partis,

b non tamen est necessarium, vt not. in cap. 1. de desponsa. impub. & in cap. ex literis, de sponsa. in capitu. vnico, de

c desponsa. impub. lib. 6. vnde filius, c vel hæres nunquam esset periurus ex iuramento defuncti, argumen. bonum in cap. pen. infra eo. Sed dices tu, quare quis potest se obligare alicui, & successoribus, non autem obligare se, & successores? Respondetur, primo casu agitur de obligatione propria, quam quis potest facere, prout vult. Secundo vero casu agitur de obligatione aliena, quam non potest facere in istis spiritualibus, nisi interueniat mandatum speciale, de iuramen. calum. cap. fi. lib. 6. Ex his habes no. conclusionem, quod licet obligatio in temporalibus transmittatur in hæredem, secus in spiritualibus. Ratio diuersitatis potest esse, quia in istis spiritualibus ligatur anima, quę sine proprio consensu ligari non potest, vt in iuribus superius alleg. & facit 30. quæstio. 2. cap. vno, & quod no. glo. 24. quę stio. 3. in summa, & 1. quæstio. 4. in summa. Et hanc conclusionem firmat Ioan. And. in capit. fin. de sepul. vbi plus vult, quod non solum hæres non obligatur ex iuramento defuncti, sed ēt, quod ratione iuramenti defuncti non possit conueniri in foro ecclesiastico, & sic quod cap. fina. de foro competen. lib. 6. non habeat locum in hęde, quod est not. & vide quod dixi in dicto c. fina. Alia conclusio est ex prædictis, quodiuramentum ex parte recipientis quandoque est personale, quandoque reale, ex parte vero iurantis semper est personale. An autem semper obliget personam iurantis, dic, quod aut fuit præstitum simpliciter, nō habito respectu ad dignitatem eius, cui iuratum est, nec ad dignitatem iurantis, & semper obligat, si hoc possunt importare verba iuramenti, argumen. 42. quæstio. 8. cap. vno. Aut fuit iuratum respectu alicuius dignitatis, seu alterius qualitatis existentis in persona iurantis, vel recipientis, & tunc cessante illa qualitate, cessat iuramentum. Exemplum, iurauit tibi, quia eras Episcopus, si deponeris ab illa dignitate, non obligor tibi amplius, vt in d. capit. venerabilem. Ex parte iurantis pone exemplum. Iurauit seruare statuta ecclesiæ, tanquam canonicus: si non sum amplius canonicus, non astringor iuramento, argu. d. capit. venerabilem, & cap. cum inter P. & quod ibi not. de renuncia. & renet Feder. consi. 264.† Quæro, an dispositio huius

4 cap. vendicet sibi locum in promissione obedientiæ? Tex. in capit. cum olim, 1. de restitu. spoliat. videtur velle, quod non: vbi innuitur, quem posse promittere obedientiam pro se, & successoribus, & aliis fratribus. Solu. ille tex. prima fronte hoc innuere videtur, sed per istum, & rationes superius alleg. oportet illum restringere, vt ibi dicunt communiter Docto. asserentes, quod promissio obedientiæ facta per vnum etiam prælatum, alios non obligat, nisi de ipsorum mandato promittatur. sicut nec votum, nec iuramentum. Sed dicitur sic, ibi præstari pro aliis in signum, quod alij debent obedire. Vnde dicunt, quod quilibet succedens, illam obedientiam facere tenetur, sed non cuilibet successori, vt hic. Dicunt etiam, quod si alij, pro quibus etiam iuratur, sciunt hanc obedientiam a suo prælato præstari, vel eorum procuratore, & hoc patiuntur, obligantur efficaciter ex iuramento, vel obedientia sic præstita, C. de iuramē. calum. l. 1. & 2. quod est no. facit quod in simili no. Innocen. in cap. ex parte Decani, de rescrip.

ADDITIONES.

a Successorem iurantis. Tu dic, quod iuramentum afficit hæredem, quo ad validitatem contractus, non autem quo ad reatum periurij. Ita not. Ange. in Authen. de iureiuran. a mor. præsti. §. 1. colla. 5. Bald. in l. 2. C. plus vale. quod ag. Pau. de Cast. consi. 65. & consi. 305. Et idem est in iuramento populi, qui semper est idem, & tam successores iurantium non ligantur periurio. Ita multum not. voluit Cardina. in clemen. 1. §. nos. quæstio. 3. de iureiurā. Zacharias.

Circa hoc, an iuramentum afficiat successorem, & trāseat in eum, vide Bal. in l. 2. C. de fru. & lit. expen. ubi singulariter dicit, quod si quis iurat obseruare contractum, vel aliquid facere per se, & successores suos, & hæredes, iuramentum non obligat hæredes, & successores, nisi quo ad obseruantiam contractus, qui transit in hæredes, vt in tit. C. vt ab hær. & contra hær. & in tit. de hær. act. non etiam obligat ad periurium, nec etiam ad illius pœnam. Sebast. Sap.

b Voluntatem patris. Pondera quia spiritualia sunt magis penetrabilia. Nec obs. c. 1. de despon. impub. quia loquit in matrimonio & in actu necessario, sed titulus hæreditarius est actus voluntarius. And. Barb.

c Filius. Aduerte tamen, quod licet iuramentum non transeat in hęredem quo ad reatum periurij, transit tamen quo ad robur contractus, quando interponitur super aliquo trāsitorio ad hæredem, vt no. Bal. in l. fi. col. 4. C. de pa. Declarat Corsi. in rep. ru. huius tit. in 21. priuilegio. Quod iuramentum transeat ad hæredem, tenet Pau. de Cast. in consi. 167. incip. visis & consideratis omnibus, & in consi. 13. in 2. parte, secundum nouissimam impressionem, & Ang. in consi. 236. incip. ex themate, & actis, & Old. consi. 241. incip. factum tale est. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum metu mortis, uel rerum amissionis, interpositum, est obligatorium quo ad ecclesiam militantem.*
2 *Iuramentum uano metu interpositum, an sit obligatorium.*
3 *Dispositio huius c. an habeat locum in omni coactione.*

CAP. XV.

VErum. A iuramento per metum extorto ecclesia solet absoluere, & eius transgressores, vt peccantes mortaliter, non puniuntur. Prima pars ponit quęstionem, & ipsius responsionem. Secunda responsionis illationem, ibi. Cęterum. Casus literalis. Intuiti, & compulsi fuerūt iurare pro vita, & reb. suis seruandis: quæreba-

1 tur, an isti indigeant absolutione, an ipso iure sint absoluti? Respondet Papa, quod nihil dicit aliud, quam antecessores sui dixerunt, qui taliter iurantes absoluerunt: verumtamen, vt asseratur materia deierandi, non est eis dicendum, vt infrā non teneuent, sed si non ea seruauerint, non sunt propter hoc tanquam pro mortali crimine puniendi, seu tanquam pro directo peri-

1 rio. B.† No. 1. quod iuramentum metu mortis, vel rerum amissionis prętitum, est obligatorium, saltem quo ad Ecclesiā militantem, quæ nō iudicat de occultis, an s. iurans habuerit se obligandi animum, an autem liget quo ad Deum, dic, vt plene, dixi. supra eo. c. si vero.† No. 3. quod iuramentum turpiter recep-

2 tum, vt puta per metum, potest per superiorem remitti, nec est necesse, vt recipiens compellatur prius remittere, sed potest recta via adiri superior, vt ab illo tāquam turpiter recepto absolui, soluat, & sic videtur via ordinaria, de quo plene dixi in c. 1. super eo. Et licet dicatur hic de absolutione facta per Papam idem tamen est de Episcopo, iuxta no. per Inn. in c. debitores. supra eo.

2 sed hic factū narrat. Nota, qđ exēplis principis a iudicare possimus, ad hoc c. in causis, infra de re iudic. & 20. dist. cap. fi. No. q transgrediens iuramentum meticulose prestitum, non puntur tanquā pro mortali. An autem peccet mortaliter, funt opinio. dic, vt plene dixi in d. c. si vero, vbi examinaui intellectum

3 huius c.† Quæro primo, an ꝑcedat tex. in omni coactione? Sol. dantur duæ limitationes. Prima, vt procedat in coactione conditionali, non in absoluta, quia tunc non obligaret iuramentum, & sic non egeret absolutione. Nam vis absoluta, non habet consensum, & homo potius tunc dicitur pati, quam agere. supra, quod metus causa, capit. sacris, de baptis. capit. maiores, 5. distin. c. presbyteros, secundum Goffred. Dictum est verum, in se, sed dicit Ioan. And. se non videre, quomodo quis possit cogi absolute iurare verbaliter, cum non possit quis compelli præcise ad loquendum. Vnde Philosophus, qui Secundus vocabatur

ADDITIO.

2 Exemplis Principis. Idem est in exemplis virorum magnæ authoritatis, secundum Bald. in l. nemo. C. de sent. & interlocu. vide quando exemplis sit iudicandum, per Card. Alex. in c. fine. 9. dist. do. Ant. & Ia. in c. cum materia. de re iudic. Seb. Sap.

cabatur, qui propter causum matris plus loqui nolebat, Adriano scripsit in tabula, Vocis meę proferendę nulla tibi potestas est. Et Boe. de conso. narrat, quod cum tyrannus quidam hominem liberum supplicijs putaret inducere, vt proderet socios coniurationis, ille linguam suam momordit, atque abscidit, & in os tyranni sæuientis abiecit. Secundam limitationem sentit gl. hic secunda, dicens tex. non procedere, intercedente vano metu. Nam tunc non absolueretur iurans, sed necesse haberet stare iuramento, argum. in l. metum, ff. quod met. cau. vbi patet, quod non excusat, nisi metus qui caderet in constantem virum. Host. tenet contrarium, dicens, quod etiam si metus fuit improbabilis, fiet absolutio in odium cogētium, ne ex dolo suo alij reportent damnum, & ipsi commodum, & hoc mihi placet. Nam etiam de iure ciuili subuenitur metum passo ex iudicis officio, licet non fuerit atrox, vt l. fin. ff. quod met. causa, ita not. gloss. & Bart. in l. interpositas, C. de transac. Nec obst. d. l. metū, & similes, quia procedunt respectu edicti, quod me. cau. non autem respectu officij iudicis. De quo vide etiam bon. glo. in c. pen. quod me. cau. in versic. neque metum. Item satis est, quod pars turpiter iuramentum receperit, argum. c. i. supra eod. Vltimo quæro, an finis literæ intelligatur, quando nulla interueniat absolutio? Ioan. And. quod sic, licet quidam contra, sed tu tene primum, qꝑ ēt sentit, gl. pen. si. n. interuenerit absolutio, non imponit aliqua pœnitentia, sup. eo. c. si vero.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid pars iniuriata possit ignoscere gratis parti iniurianti.*
2 *Quando agitur de crimine criminaliter, non potest compromitti, secus si agatur ciuiliter.*
3 *Promittens stare mandato alicuius, videtur illum elegisse, vt bonum virum & amicabilem compositorem.*
4 *Iuramentum in foro pœnitentiali, interpretatur secundum intentionem iurantis, sed in foro iudiciali interpretatur secundum ius.*
5 *Clericus, qui se obligauit stare mādato episcopi, si episcopus præceperit, quod renunciet beneficio. & quod non appellet, potest appellare, & nō est opus, vt petat relaxationem a iuramento.*
6 *Per secundum iuramentum, non tollitur promissum alteri factum solemniter.*
7 *Obligans se iuramento ad factum, compellitur præcise, nec succedit obligatio ad interesse.*
8 *Iurans seruare laudum, intelligitur iurare de soluendare laudata, uel soluenda pœna.*
9 *In obligationibus facti, an succedat obligatio ad interesse, quando factum potest adimplere.*

CAP. XVI.

VEniens. Si is, cuius mandato stare iuraui, aliqd mihi præcepit cōtra iuramentum per me prius licite factum, illud seruare nō teneor. h. d. inhærendo verbis literæ. Sed potest aliter intelligi, vt patebit ex. inf. dicendis. In prima parte ponitur querela impetrantis. In secunda prouisio, ibi. Verum. Casus literalis. Qui dam Venetus nomine Alanus habuit verba cum M. Maurien. conuicia inter se inferendo, propter quod ille Alanus graues inimicitias dicitur incurrisse. Quidam amici utriusque partis volentes eos reducere ad concordiam, suggesserunt illi A. ut in satisfactionem iniuriarum iuraret stare mandatis H. & S. & M. consanguineorum ipsius M. ille non credens se tale quid fecisse, propter quod aliquid graue deberet sibi imponi, iurauit stare mandatis illorum. ipsi præceperunt ei sub debito iuramenti, quòd nunquam curiam intraret, nisi quando omnes generaliter vocarentur. Iste recepto tam iniquo mandato, accessit ad papam, exponens sibi prædicta, adijciens, quod erat consiliarius Ducis, & pluribus ecclesijs, quarum erat aduocatus, iuramento tenebatur in iure suo adesse, & nullo modo taliter iurasset, si mandatum sic contrarium præciuisset. vnde super hoc scribit papa illis tribus. Venetis dicens, quod ipse super hoc scribit Patriarchæ Gradensi, vt si mandatum illud priori iuramento licite facto repugnet, ipsum authoritate papæ denunciet non seruandum. Bert.† No. quod super satisfa-

1 ctione iniuriæ possunt partes componendo iurare de stando mandato tertij. Item de stando mandato offensi, vt j̄. e. c. Quintauallis, pro hoc, quia solum agitur de partium præiudicio, vn de gratis potest pars alteri ignoscere, vt in c. si illic. 35. q. 4. Hinc dicit Host. hic no. verbum, quod quantacunq; sit iniuria, iudex debet esse contentus de satisfactione, de qua contentatur iniuriam passus. Nam per nudum pactum, remittitur iniuria, ff. de pact. l. si tibi decem. §. 1. de pig. act. l. si rem. Vin. ramen & Inno. sentiunt aliter. Dicunt enim hic hoc iuramentum sufficere, p satisfactione, nisi tanta sit iniuria, quod fuerit maiori pœna puienda, quod arbitrio discreti iudicis est relinquēdum. & hoc dictum ego approbo, pro quo allego casum in l. licitatio. §. qđ illicite, ff. de pub. vbi patet, quod de eo, quod est contra priuatum, oritur reipublicę ius agendi ad vindictam. vnde licet pars possit remittere, quatenus tangit præiudicium proprium, non

3 tamen in præiudicium iuris reipublicę[a] quæsiti, & vide ad hoc quotidianam quæstionem, quam ponit Bar. in l. inter omnes. §. recte, ff. de fur. facit c. j. & cap. crimina, de coll. dereg. & quod

2 ibi no. & hoc not.† Secundo no. quod licet vbi agitur de crimine criminaliter, non possit compromitti in priuatum, de quo tamen dic, vt in cap. penult. §. 1. de in integ. restitutio. & l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. secus tamen, vbi agitur de crimine ciuiliter, vt hic, & l. quid ergo. §. cx compromisso, ff. de his, qui not. infa. cap. Quintauallis, prælleg. & cap. literas, de præsump. Not. 3. practicam præcipiendi ei, qui tenetur obedire virtute iuramenti: nam præcipitur sub iuramenti debito, cō concor. inf. capit. proxi. Not. vltimo, quod iuramentum generaliter prætitum de parendo alicuius mandato, non est ita interpretandum, vt comprehendat omnia, quæ ex verborum generalitate posset comprehendere. Non enim debet extendi ad aliquod contrarium priori iuramento alteri præstito, vt hic in fi. Nec verisimiliter est cogitatum, vt colligitur ex narratione facti, de quo inf. latius. Vnde dicit hic gl. j. quam no. quod debet intelligi de idoneo mandato, argumē. capi. causam, de elect. j. vt sit rationabile & honestum, quod mandatur, secundum Hostien. Quod bene no. pro istis iuramentis generaliter prætitis de stando mandato, seu arbitramēto alicuius, de quo

3 aliquid infra, & per hoc sit expeditum princi. gloss. 1.† Oppo. contra hoc, & contra text. videtur enim quod standum sit dicto istorum; etiam si sit iniquum, vt l. diem. §. stari. ff. de arbit. Respondet glos. j. quod isti non fuerint meri arbitri, de quibus loquitur contrarium, sed arbitratores, & amicabiles compositores, quorum laudum reduci potest ad arbitrium boni viri. l. si societatē. § arbitrorum, ff. pro socio. Quod placet Hostien. & dicit hoc probari in tex. in eo, quod iurauit iste stare mandato, & non sententiæ. No. bene ex hoc dicto iuncto tex. quod si promitto stare mandato alicuius, videor illum elegisse vt bonum virum & amicabilem compositorem; non autem vt arbitrum. Sed ego tunc vltra alios oppo. si ergo isti fuerunt arbitratores, quare papa non reduxit istorum laudum ad aliquam moderationem, sed simpliciter mandatum pronunciauit non tenere? Puto posse dici, quod totum mandatum fuit iniquum, & sic non erat aliquid reducibile. Et secundum hoc no. bene ad hoc istum text. quòd vbi iudex aditus super iniquitate laudi, reperit totum iniquum, potest simpliciter illud pronuncia re non tenere, vel annullare, nec aliquid esse, nec in aliquo partem condemnare, vt papa fecit hic. Puto tamen, quòd iudex posset condemnare legitime, prout arbitratores potuissent, cum succedat in locum illorum. Et sic potest facere, quod illi facere debuissent, sicut dicimus in iudice appellationis, vt in cap. Raynutius, & c. Raynaldus, de test. Forte hic non fuit aliquis, qui hoc peteret, nec constitit Papæ, quid iste debuisset pati pro illa offensa; maxime cum alternatim conuincia

4 sibi intulerint.† Glos. 2. primo colligit argu. iuramentum fore

b interpretandum secundum intentionem iurantis.[b] Sed statim opp. & remittit ad cap. ex literis, de spon. & dic, quod hoc argumen. solum colligitur ex narratione partis. sed ex diffinitione Papæ potest colligi argu. contrarium, cum Papa fundet se super iuramento contrario prius prætito, de quo pars nullam fecerat mentionem; sed de hoc vide tu bonam gloss. in c. hoc videtur. §. quæritur. 22. q. 5. & aliquid statim dicam. Sed gloss. transit ad aliam quæstionem in secunda parte, & quærit

ADDITIONES.

a Iuris reipublicæ. Tu pondera primo, quod hic fuit iniuria vocis, vt apparet, in verbo, Conuicia, & sic non fuit illata corpori, puta apponere manum contra alium, etiam si pœnæ stant in arbitrio iudicis, considerata qualitate personæ, ideo non probatur hoc dictum Hostien. in specie, nec dictum Vinc. sed potius probatur dictū Hostiē. habendo respectum ad personam, maxime quia dicit, quod graues inimicitiæ ortæ fuerint, sed possunt concordari per dictum Bar. in l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniur. And. Barb.

b Verum iuramentum dubium interpretari debeat secundum intentionem iurantis, vel eius, cui iuratur, & de hoc vide glos. ord. in §. queritur. 22. q. 5. & per B. Tho. in 2. 2. q. 99. arti. 8. in fi. vbi concludit, quòd aut iurans adhibuit dolum, & intelligitur secundum intentionem eius, cui iuratur. Aut non ad hibuit, & intelligitur secundum intentionem iurantis, & vide de hoc per glo. in Auth. iusiuran. quod præ. ab his, in princ. in ver. quæstior euangelia, col. 2. Ant. Franc.

Circa hoc, an iuramentum intelligatur secundum intentionem iurantis, uel quomodo, vltra hic allegata, uide Bal. in c. 1. §. item sacramenta, de pac. iur. fir. in vsibus feu. & Bar. Cœpo. Veron. in rub. ff. de ver. sign. in 7. q. 6. q. princ. vbi dicit, quòd fit conclusio, quod in foro animæ interpretatur secundum intentionem iurantis, in foro autem contentioso secundum intentionem deferentis, & vide D. Car. in cle. 1. in §. fin. in 16. q. 1. de iureiur. & eundem ibidem in 1. q. ubi dicit, quod iuramentum est obligatio animæ iurantis ad aliquid asserendum, faciendum, vel seruandum, Deum vocando in testem. & dicit etiam quod deferens iuramentum alicui, quem credit iuraturum falsum, magis peccat, quam ipse periurus. Ad quod vide gl. no. in c. ille qui cum ca. seq. 22. q. 5. & vide etiam Bal. in l. fi. C. de non num. pec. vbi refert So. And. hic, & dicit, quòd iuramentum interpretatur, restringitur, & ampliatur secundum ius in foro ciuili, & secundum intentionem iurantis, in foro conscientiæ, vt dictum est supra. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit nunquid virtute huius generalis iuramẽti potuisset sibi præcipere, vt cederet bonis, vel vt ei daret bona sua? Et respondet, quod non, quia non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum. debet enim iuramentum generale ciuili modo intelligi: quod bene no. Ex dictis Innocẽ. potest colligi hæc distinctio, quod aut iuramentum fuit generaliter præstitum de parendo mandato alicuius: aut specificè, & determinatè, sed orit ex post facto dubitatio super ipsius intellectu, & interpretatione. Primo casu dicit, quod iuramentum non extenditur, nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit merito cogitari. infra eo. cap. Quintauallis. infra de deci. cap. ex multiplici, cum similib. Refert alios dicere, & non male, secundum eum, non sufficere, si iurans dicat, Non cogitaui, quod hęc mihi præciperes, dummodo pœna nõ excedat culpam, imo omnia potest præcipere, qua tenus culpa patitur, nisi sit contra ius. infra eod. c. Quintauallis, vel contraria primo iuramento vt hic, vel nisi esset tale, quod secundum communem reputationem nũquam iurasset, si credidisset hoc sibi mandari, argumen. cap. petitio. infra eod. & C. quę res pign. ob. possl. 1. in fin. ff. de pign. l. obligatione generali, & no. bene hoc vltimum. Secundo membro principali dicit, quod in consilio, animæ suæ secundum intentionem iurantis est interpretandum, sed in iudicio recipit interpretationem secundum ius. infra eod. cap. venientes, quod est not. Et semper hic allegatur, quod iuramentum recipit interpretationem, secundum ius in iudicio contentioso, sed in pœnitentiali, secundum intentionem iurantis. Qualiter autem iudex interpretabitur secundum ius, vide glo. no. in d. §. quæritur, 22. quæstio. 5. & in c. ex literis. infra de sponsa. Et respectu fori pœnitentialis, vt consideretur intentio iurantis, vide bon. tex. cum ibi no. in cap. tua, de sponsa. cap. significasti, de homi. Et per hoc determinatur quæstio sequens. † Quidam clericus iurauit stare mandato Episcopi, qui præcipit ei, vt beneficio renunciaret, & quod non appellaret. Certè, ex quo hoc non erat verisimile, poterit, præcepto non obstante, appellare, a & ita fuit determinatum, vt habetur in dominicali. quæstio. 26. Et per hoc dico glo. sequen. nõ procedere in eo, quod dicit, si mandatum istud non repugnet priori iuramento, sed alias enormem lęsionem inferret in rebus temporalibus, quod petenda est relaxatio iuramenti. Nã, si verisimiliter non cogitauit istum casum, non video, quod sit opus petere relaxationẽ iuramenti, cum iuramentum non extendatur vltra consensum iurantis, vt patet ex prædictis, & firmat Ioan. And. in cap. vno, de commo. vbi dicit, quod generalis renunciatio casuum fortuitorum, non validatur iuramento ex defectu consensus. per hoc etiam potest decidi alia quæstio.

6 † Quid, si mandatum istorum non fuisset contrarium priori iuramento, sed obuiaret alias solemnis promisso? Solut. dicit Innocen. quod debet seruare iuramentum, seu mandatum factum in virtute iuramenti, & de promisso debet aliter satisfacere, quod probat hæc litera, secundum eum, quia in decisione fundat se super iuramento, & tamen super facta fuerat mentio de promisso, facit cap. nonne, supra de presumptio. Hostien. impugnat hoc dictum, quia si primo aliquid licitum promiserat, ad illud obseruandum obligatur apud Deum, ac si iurasset, 22. quæstio 5. cap. iuramenti. Mandatum ergo contrarium, tanquã contra Deum, & contra ius, non est seruandum. Item non est præsumendum, quod generaliter iurando hoc senserit, vt mandaretur contrarium suæ promissioni, argumen. ex supra dictis. Item & tertio non videtur concedendum, vt possit mandatũ fieri, per quod alieno iuri, illius scilicet cui facta est promissio, præiudicetur, quia nec mandatum Papæ ad talia se extendit, supra de offic. deleg. super eo, facit l. 2. §. si quis a principe, ff. ne quid in loco publi. nec videtur procedere, secundum eum, dictum Innocen. in eo, quod dicit, quod de promisso debet aliter satisfacere, quia non potest inuito creditore aliud solui. l. 2. §. 2. ff. si cer. peta. & Instit. de actio. §. si quis agens. Item quia posset contingere, quod aliter satisfacere non posset, nisi adimplẽdo, quod promisit. Finge enim quod promisit cõtrahere cum Berta, & nunc mandatur ne cõtrahat, certe non valet, quia primam fidem non iuratam seruare tenetur. infra de spon. cap. sicut, & sunt istæ rationes multum vrgentes contra Innocen. Domi. Anto. dicit se putare, quod si prima promissio obligat præcisè, vt quia est obligatio dandi, non arctaretur ad præceptum secundi iuramenti, nisi pars de alio contentaretur, scilicet cui facta fuit promissio. Sed si esset obligatio non præcisa, vt in obligationibus facti, in quibus quis præcise non obligatur ad factum, sed ad interesse. tunc quia potest implere primum, & secundum saltem specificum iuramentum, ad hoc obligaret, licet non forte generaliter, vt si vni primo promisi b tradere rẽ, postea promitto alteri, & iuro. Nam possum seruare iuramentum tradendo secundo, & promissum satisfaciendo de interesse, & dicit se putare hanc fuisse mentem Innocen. secus autem

7 est in iuramentis. † Et dicit hoc not. in obligationibus iuratis, vt quis precisè compellatur ad factum, maxime cum iuramentum habeat vim illius clausulæ, Si non valet, quod ago, vt ago valeat meliori modo, quo potest, vt no. in l. cum pater. §. filius matrem, ff. de lega. 2. & cap. ad nostram, il 3. infra eod. titu. Et si hoc esset verum, multum limitaret materiam l. stipulationes, non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. Vult ergo in effectu Do. Anto. quod promissio non iurata, non obliget precise ad factum de iure canonico, sicut nec de iure ciuili, secus si fuit iurata. Sed ego dubito, an hęc conclusio sit vera, & contra primum membrum facit multum, quia apud Deum & respectu peccati, pariter obligat simplex promissio, & iuramentum, vt in d.c. iuramenti. licet non in quantitate reatus, vt no. in c. pe. 7. eo. idem expresse videtur facere c. 1. de pac. & expressius c. qua liter, eo. tit. vbi dicitur, studiosè agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur: vnde pondera illud verbum generale, Promittuntur, & illud, Opere compleantur, & sic requirit complementum in forma specifica, & non respectu interesse.

8 † Contra membrum fm. in quo dicitur, secus in iuramento, facit no. dictum Inn. in c. per tuas, de arb. vbi dicit, qp licet iuramẽtum e interuenerit in compromisso de seruando laudo, non tamen per hoc precisè d compellitur ad ipsius obseruantiam, sed debet intelligi iuramentum, quod seruabit sententiam arbitri,

---

ADDITIONES.

a Appellare. De multis clausulis, quę intelliguntur in iuramento, vide per Bal. in l. fi. C. de non num. pec. & per Lud. Rom. plene in l. fi. ff. qui fatisd. cog. vbi etiam Iaf. in 2. colum. multa accumulat, & per Ang. de Aret. in §. æque, institu. de exce. col. 2.

b Primo promisi. De hac quæstione uide Io. de Imo. in c. cum cõtingat, col. 234. & seq. inf. eo. quem refert & sequitur do. Iaf. in 1. quoties. colũ. 10. ver. nunc. vltra regulam & fallentias, C. de rei uend. uide Fely. in c. cum super, colũ. 3. ver. no. & supra de off. deleg. & Iaf. in §. item si quis postulante, col. 3. Instit. de actio. Seb. Sap.

c Licet iuramentum. Vide allegata per Do. Iaf. in l. si pecuniam, in prin. col. 2. tepe. ff. de cond. ob cau. & ibi etiam tradit, an iuramentum intelligatur secũdum naturam illius obligationis, super qua interponitur, de quo etiam uideas late per eundem Dom. Iaf. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. om. iudi. & in l. si insulam, in vlt. char. colum. 2. ff. de ver. obl. & Dec. post alios in c. 1. colũ. 20. cum sequen. supra de iud. & Alexand. in consi. 42. in 2. colin ver. a quo transactio. in 1. volum. Alexan. in l. nemo potest, in 4. col. ubi Iaf. col. 7. & de lega. 1. Seb. Sap.

d Præcisè. Et hanc opin. quod iuramentum neque de iure ciuili, neque de iure canonico obliget quem præcisè ad factum, tenuit, dom. Anto. sibi contrarius. in c. 1. in 27. colum. de iud. tenent Imo. & dom. Anto. in capit. per tuas, de arb. Ioan. de Imo. sibi contrarius, in l. 2. §. sed si quis, in vlt. col. ff. de dam. Pet. de Anch. in cap. fi. ne prælа. vi. fu. & ibi Ioan. de Ana. in 3. colum. & Fulg. in l. si pecuniam ff. de cond. causa data. Et pro hac sententia, vltra motum, quod facit iste hic, in hoc ver. contra membrum secundum, &c. cui respondet infra 10 uer. Nec obst. facit secundum Pet. de Ancha. in d. cap. fi. & Ioan. de Ana. ibi in vlt. colum. nam ille, qui promittit factum promittit duo, vnũ expresse, aliud tacite. Nam promittit facere, istud est expressum, & si non faciat, promittit interesse, istud est tacitum, l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum oblig. in ver. Celsus, & l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. Et in cleptione eius est, quod ex duobus istis impleat, vt dictis iuribus. Sed iuramentum etiam de iure ciuil. si apponatur, recipit tacitas conditiones secundum contractum præcedentem, cap. quemadmodum, de iure iuran. l. fina. cum gl. ff. de lib. causa. ergo qui promittit factum & iurauit, cum intelligatur dum promisiste, expressum vnum & tacitum aliud, si interponitur iuramentum, non est uerum dicere, quod præcisè obligetur ad factum. Ad hoc fundamentum, quod satis vrget, respon. in forma, quod iuramentum interpositum per contractu, debet sentiri naturam contractus primordialem, & non naturam accidentalem, quæ ex mora contingat, gl. est no. in l. certi condictio in princip. in glos. 1. in fin. ff. si cert. pet. Probatur in fin. in l. item veniunt, cum prædiximus, ff. de peti. hæred. tunc sic, si promittatur factum, tunc obligatur ad factum. Sed eo casu, quo non faciat, bene propter moram succedit oblig. ad interesse, ergo iuramentum interpositum intelligitur secundum naturam primordialem contractus, non autem accidentalem, quæ succedit ex mora. Tertio pro ista opin. mouetur dom. Anto. in d. cap. 1. per illud, quod ibi uolunt Calde. Imo. Hostien. & Ioan. And. ubi uolunt, quod si fit factum compromissum in arbitrum, & sit iuratum stare sententiæ arbitri, concludunt tamen quod tale iuramentum non obliget præcisè. Sed huic fundamento est facile respondere per tex. no. apud legitlas in terminis nostris in l. si libertus iurauerit, ff. de ope. lib. ubi est tex. quod si libertus iurauerit stare arbitrio, uel patroni, uel alterius, intelligitur si æquum fuerit arbitrium. Sed istud non potest conueniri in terminis nostris. Quarto mouetur Imo. in d. §. sed si quis. & Fulgo. in d. l. si pecuniam, quia iuramentum de iur. non est modus inducendi obligationem, nisi in liberto, l. vt iurisfurandi, in princip. ff. de ope. libe. Si ergo quis promisit factum, & iurauit, quomodo iuramentum potest de iur. ciuil. obligare præcise ad factum. ad hoc respon. de primo, prout respon. Fulg. in d. l. si pecuniam, quod uerisimum est, quod iuramentum de iur. ciui. non inducit obligationem, sed iste, qui promisit factum, & iurauit, necessitatur precise facere uirtute iuramenti, non quod iuramentum obliget de iure ciuili, sed quia alias incidit in periurium, & committitur infamis. l. si quis maior, C. de transactio. l. Lucius, ff. de his, qui notantur. Vel aliter respondeꝛ, & plenius, quod iuramentum in terminis nostris non inducit obligationem, sed inductam bene qualificat. Nam pone per impossibile promisi facere ædificium, & iurauí, certe uirtute obligationis non obligatus facere ædificium, tamen in obligationibus facti cogor præstare, quia iuramentum non inducit obligationem, sed bene qualificat. & sic in terminis nostris non inducit obligationem, sed inductam bene qualificat.

Concludo ergo, quod hęc est uera conclusio, quod tam de iure ciuili, quam canon. in obligationibus facti iuramentum simpliciter interpositum obligat precise ad factum. Et hæc sententia esse tenenda colligendo, & iudicando, quamuis articulus sit uarius, & disputando probabilitatis

---

utraque pars teneri, & istam opin. tenet primo glossella in ver. necesse habeas, in d. l. si pecuniam, quam ad hoc not. Bald. ibi. & in mille locis, in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. in 9. colum. in ver. nunc quæro de aliquibus. Bal. in l. sed hæ. §. præter, ff. de procu. & in prælud. ijs feud. in 7. colum. & cum illa glos. tenent Ioan. And. Host. & Imo. in c. per tuas, de arb. vbi etiam Mod. satis plene examinant hunc passum, in 16. col. & seq. Idem tenet Inn. in c. 1. de iud. tenet Lud. & magis communiter istl Mod. in d. l. stipulationes, & D. Matthęus. in suis not. dictis in no. 55. & facit in primis trita regula can. quod iuramentum, quod potest specifice seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est, quamuis damnosum, & damnum inferat. cap. cum contingat, de iureiuran. 1. 2. de pact. in 6. Secundo facit tex. in cap. ad nostram, il 1. de iureiuran. Tertio facit l. cum pater, §. filius matrem, ff. de lex. de quo vide infra eo. in cap. quarto, in 1. colum. versi. ex hoc patet, cum his quæ ibi addidi. Quarto ista pars optime fundatur per tex. fing. in l. fideicommissa. §. fi. ff. de leg. 3. vbi si testator grauauit hæredem, quod faceret opus reipublicæ, dicit ibi tex. quod præcisè tenetur facere, & non posset soluendo interesse liberari. Sine ergo dicamus, quod illud ibi sit fauore vltimæ voluntatis, siue fauore reipu. cui opus debet fieri, quod iuramentum obligetur ad factum est longè maior fauor iuramenti, quam reipub. Anima enim cunctis rebus præferenda est, l. ancimus, C. de sacrosan. eccle. Quinto pro ista sententia est melior tex. de iure in c. si ne præla. vi. fu. & ibi D. Anto. ad hoc no. illum tex. Confirmatur ista pars: iuramentum & sententia æquiparantur, l. 2. & l. 1. ed, & si posset. §. si cum de hæreditate, ff. de iureiur. Sed si in sententia quis fuerit condemnatus ad factum, virtute sententiæ obligatur ad factum, & non posset soluendo interesse liberari, vt est gl. reputata sing. in l. qui restituere, in ver. condemnandus, ff. de rei ven. & ibi Bal. & Ang. ad hoc no. illam gl. si ergo sententia obligat præcisè ad factum, multo magis iuramentum. Et ista pars est magis communiter approbata, & vltra Doct. præallę. tenentes ista partem, adde quod istam partem tenẽt Inn. in c. 2. de pig. Ro. in d. l. stipulationes. in prin. Bal. in d. l. 1. in 9. col. & Sal. 16. col. Alex. in d. l. stipulationes, & in consi. 179.

Vtrum iuramentum obliget iurantem, præcisè ad factum, licet multa hic dicantur, existimo quod præcisè non obliget, quia in obligationib. facti inest obligatio successoria ad interesse, ne quis obligando se ad factũ præcisum, videatur se obligare ad seruitutem quandam, vt plene traditur in l. stipulationes non diuiduntur, in versi. Cellus, vbi propria materia, de verb. obligationem autem habet vim clausulæ, vt actus valeat eo modo, quo valere potest, l. cum pater. §. filius matrem, ff. de leg. 2. habetur per Bar. & Doct. in l. si quis maior, C. de transa. & in l. 1. §. si quis simpliciter, & ibi plene per Alex. ff. de ver. ob. Si ergo obligatio facti non tenet respectu ipsius facti deducti in obligatione, sed tantum respectu obligationis successiue interesse, ergo iuramentum interpositum super facto operatur obligationem in interesse. Putarem tamen, quod si esset interpositum iuramẽtum in casu, in quo quis potest præcisè se obligare ad factum, puta in casu. glo. l. stipu. ff. de opere. nou. nunciatio. tunc tale iuramentum firmaret illam promissionem præcisam, & hæc opin. mihi uidetur esse magis æqua, quia iuramentum non validat promissionem inutilem, ut per Barto. in l. si quis pro eo, de fideiusso. Anto. Franc.

---

a Vide. Et dom. Anto. hic, quia etiam posuit hanc quæstionem in cap. constitutus, in 3. colum. de restrip. Et istam q. in terminis vide per Pau. de Cast. in l. in operis, ff. loca. & facit, quod no. Host. in sum. de maio. & obed. §. ad quod obediens, versic. quod si duo. & quod plenè & plenariè habetur, in l. fina. ff. qui fatisd. cog. Et de ista q. in terminis uide per Imo. in rep. c. cum contingat in fi. de iureiur.

---

a de recedere? Vide 2 Ioan. And. in reg. in malis, de regu. iur. lib. 6. in Mercu. & Feder. consi. 191.

ADDITIO.

a Vide. Et dom. Anto. hic, quia etiam posuit hanc quæstionem in cap. constitutus, in 3. colum. de restrip. Et istam q. in terminis vide per Pau. de Cast. in l. in operis, ff. loca. & facit, quod no. Host. in sum. de maio. & obed. §. ad quod obediens, versic. quod si duo. & quod plenè & plenariè habetur, in l. fina. ff. qui fatisd. cog. Et de ista q. in terminis uide per Imo. in rep. c. cum contingat in fi. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non suspendit obligationem pure quæsitam.*
2 *Religiosi appellantes a præcepto superioris non euadunt notam transgressionis obedientiæ.*
3 *Qui petunt sententiam arbitri reduci ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, an sint periuri.*
4 *Periurium impeditur ex difficultate, & an difficultas impedat obligationem.*
5 *Qui iurauit ecclesiam defendere, an teneatur defendere sine requisitione.*
6 *Promittens defendere ecclesiam, an teneatur, si ecclesia ei fidem non seruat.*
7 *Promittens defendere ecclesiam, si ecclesia, uel prælatus sibi auferat salariũ an teneatur defendere.*
8 *Promittens iuuare ecclesiam, an teneatur contra conscientiam.*

CAP. XVII.

BReuis scisitatus. Qui iurauit ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, periurus est, nec eum defendit appellatio. & secunda, ibi, Respondemus. Casus literalis. Aliquis iurauit defendere, ac seruare pro posse suo iura alicuius ecclesiæ, ecclesia requirit ipsum necessitate imminente sub debito iuramenti. ipse appellat: quæritur, vtrum incurrat periurium, si ecclesiam, non defendat, an prætextu appellationis a periurio excusetur? Rñdet Papa, quod in hoc articulo appellatio non excusat illum a periurio, imo periurij reatũ incurrit, nisi difficultas, siue necessitas ipsum excuset propter q̃ non possit ecclesiæ subuenire. B. Not. practicam præcipiendi ei, qui iurauit obedire. Præcipitur enim sub iuramẽti debito, concor. supra eod. capit proxi. Secundo no. quod non obediens secundum iuramentum proprium, incidit eo ipso in periurium, nec

1 requiritur aliqua sententia. † No. quod appellatio, etiam secundum ista tempora, non suspendit obligationem: purè quæsitã Et hodie hæc decre. non habet dubium, cum appellatio etiam extraiudicialis nihil valeat, nisi sit rationabilis, infra de appellat. capit. vt debitus, & cap. 1. eod. tit. lib. 6. Et oportet, quod ex primat causam, vt ibi. Sed olim dubitabatur ex eo, quia omnis appellatio, quæ non erat manifestè frustratoria, deuoluebat causam ad superiorem. 2. quæstio. 6. capit. ad Romanam, & not. in c. vt debitus, & per glo. in d. cap. ad Romanam. Sed ratio decidendi in contrarium fuit duplex, secundum Goffred. Prima, quia per appellationem non potest impediri, quod perpetuo edicto fieri præcipitur, ff. de app. non re. l. vlt. 2. quæst. 6. c. ei, qui §. diffinitiua. Sed perpetuo edicto præcipitur, ne in vanum no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men Dei assumatur. Item ne violetur iuramentum, infra cod. cap. & si Christus. & 22. quæstio. 5. cap. quacunque. Secunda ratio, quia licet secundum ista tempora appellatio sine expressione causæ eximeret a iurisdictione, non tamen ab obligatione,
2 vt supra dixi. † Et ex hoc, & ex tex. not. contra religiosos appellantes, vt plurimum sine causa legitima a præcepto superioris. Non enim cuadunt notam transgressionis obedientiæ, vel iura
3 menti, si prius iurauerunt. † Item etiam optimè facit iste text. contra istos, qui appellant, seu petunt laudum reduci ad arbitrium boni viri sine causa legitima non obstante iuramento præstito de stando laudo. Si enim postea declaratur laudum non reducendum, patet eos esse periuros, nisi probabilis error eos excuset, argumen. cap. sacro, de sentē. excommunic. videte, quod dico, infra, eo. c. Quintauallis. Vltimo no. iuncta gl. i. quod sicut difficultas excusat a periurio, sic & necessitas, supra eod. c. que-
4 relam, & l. fin. ff. qui satisda. cog. † Sed contra hoc opp. de l. continuus actus. §. illud quoque. ff. de verborum oblig. So. glo. 1. respondet, quod difficultas
a impedit periurium committi, sed non liberat a pœna conuentionali, vt in cōtrario. Damasus in sua tertia quæst. dicit quod si impedimentum prouenit ex casu, non committitur pœna, secus, si per hominem, ff. ad leg. Aqui. l. proinde. Ad materiam, quod no. per Dyn. & Ioan. And. in re.
b peccatum, de reg. iur. lib. 6. vide tu latius b per Barto. in l. quod te, ff. si cert. petat. & in d. §. illud, vbi multa prosequuntur circa hanc materiam, & aliquid ponit, in l. si decesserit, ff. qui satisda. cog. & quantum ad propositum in effectu dicit, quod aut pœna venit committenda ex conditionis euentu, aut ex commissione moræ. Primo casu difficultas præstationis, non impedit committi pœnam, vt probatur in l. in illa stipulatione, si Calendis. ff. de verborum obligatio. Exemplum, si tibi non dedero Stichum in Calendis Martij, promitto dare centum: certè licet casu moriatur Stichus, teneor nihilominus dare centum. vt in d. l. in illa stipulatione, & hoc ideo, quia pœna venit committenda, non ex mora, sed conditionis euentu, scilicet si non dedero Stichum, licet glo. aliud dixerit, in d. l. si decesserit. Secundo casu pone exemplum, promitto tibi dare Stichum, & si non dedero, promitto tibi dare centum. Subdistingue, aut in obligatione est factum, aut aliquid dari. Primo casu, difficultas impedit moram committi, & per consequens pœnam, vt l. si vehenda. §. penult. ff. ad leg. Rhod. de iac. vt puta promisi sub certa pœna certo tempore conducere res tuas ad certum locum, certè, si casu fui impeditus non committitur pœna, vt in d. §. penult. Secundo casu, etiam subdistingue, quod aut certam speciem dari est in obligatione, aut quantitatem. Primo casu pœna euitatur ex difficultate præstandi, vt si sub certa pœna promisi dare Stichum, qui casu mortuus est ante moram, vt in d. l. quod te, & d. l. si homo mortuus, ff. de verborum obligatio. Tertio casu dicit moram committi, & per consequens pœnam, vt d. §. illud. Nam si incendium non liberat ab obligatione quantitatis, vt in l. incendium. C. si cert. peta. fortius nec difficultas. Et potest esse ratio huius diuersitatis, quia vbi quantitas est in obligatione, difficultas non liberat, quoniam totum genus perire nō potest. Obligatio vero est in genere, cum certa quantitas promittitur, vt in l. in ratione. §. diligenter, ff. ad l. Fal. Quod intellige, nisi quantitas debeatur, vt species, vt puta promitto cētum ex his, quæ sunt in illa archa, tunc est idem dicendum, quod in obligatione certæ speciei, vt no. in d. §. diligenter, & in l. talis scriptura. ff. de lega. 2. & sic tempera dictum Barto. Item in alio limitarem suum vltimum membrum. Dicerem enim, quod vbi quantitas est in obligatione, & ex postfacto promissor fuit impeditus per eum, contra quem non potest habere regressum, seu casu fortuito, & tunc pœna non committitur, seu saltem restituetur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. & est argumen. opt. in cap. significante, de pig. & in cap. 2. de constit. & in cap. ex literis, de in integ. restit. & l. 1. ff. qui. ex cau. ma. Fateor tamen, quod difficultas, seu casus non liberat ab obligatione, & sic loquitur l. incendium, & l. continuus. §. illud periurium autem semper impeditur ex difficultate, quia iuramentum obligat data duntaxat facultate, 22. quæstio. 2. cap. beatus, & infra eo. cap. & si Christus, supra eo. cap. querelam. An autem impediatur vinculum excommunicationis, si iussus aliquid facere, minimè fecit propter difficultatem faciendi, vide bon. gloss. &
5 quod super ea dixi, de testi. cog. in c. 2. † Vlterius quæritur. text. loquitur, quando is, qui iurauit ecclesiam defendere, fuit requisitus; dubitatur, nunquid sine requisitione teneatur illā defendere? Glo. 2. arguit pro, & contra, & nihil concludit. Ioā. And. remittit ad Spec. in tit. de aduo. §. 1. ver. sed nunquid is, qui iurauit. Et dicit, quod quicquid hic, & ibi dicatur, attendenda sunt verba iuramenti. Aduerte, aut iste iurauit defendere ecclesiam requisitus, & tunc non tenetur, nisi requiratur, arg. c. porro, de priui. Aut iurauit simpliciter defendere ecclesiam, & tunc tenetur etiam sine requisitione, si sciret ecclesiam suo patrocinio indigere, vt in c. de forma. 22. q. 5. & argu. l. in illa stipulatione per te. ff. de verb. obl. Sic salua. Spec. in præalleg. loco, & vide ad materiam bonam gl. in c. cupiente. §. si vero, de elect. lib. 6. in ver
6 contemp serit. † Vlti. quærit gl. nūquid iste, qui iurauit ecclesiam defendere, incidat indistincte in periurium, ex nō defensione? Et respondet, quod non, & ponit tres casus, in quibus non tenetur defendere. Primus, si ecclesia non seruauit ei fidem in suis necessitatibus. Secundus, si ecclesia ei subtraxit suum salarium consuetum. Tertius, si eum remordet conscientia de iniustitia causæ. Dicit tamen gl. quod hoc casu licet aduocatus debeat sequi suam conscientiam, ecclesia tamen habebit eum pro periuro, ex quo nō defendit ecclesiam, vt promisit, arg. c. literas, de rest. spol. A duerte primo circa primum casum. Si enim ecclesia promisit sibi aliqua in suis necessitatibus, & postea non seruauit, non videtur iste casus in effectu differre a secundo, ideo rūdicendum, vt super eo dicam. Si vero gl. intellexit de fide tacite præstita, secundum quosdam, qui dicunt, quod sicut vasallus tenetur adiuuare dominum in necessitatibus, ita & dominus vasallum. ad hoc, quod legi. & no. in cap. de forma. 22. quæst. 5. quasi velit glo. quod ecclesia etiam vltra expressè promissa, teneatur subuenire isti, qui iurauit defendere ecclesiam in suis necessitatibus. certè glo. non bene diceret. Satis enim est dominū teneri in his, quæ expressè promisit, argum. in l. sicut, C. de act. & obliga. Et fortè ob hoc voluit Gui. Naso hic, quod vasallus teneatur iuuare dominum, licet dominus non iuuerit vasallum. Ratio, quia vasallus tenetur per iuramentum, sed dominus tenetur vasallo ex vrbanitate, & nulla pena est non facienti id, ad quod solum tenetur ex vrbanitate, vt no. C. de pig. l. creditores, & l. ciuile, C. de fur. & infra, de loca. cap. potuit, & hoc circa pri-
7 mum casum. † Venio ad secundum, in quo gl. dicit, quod si ecclesia illi subtraxit salarium consuetum, &c. Host. & Ioan. And. dicunt dictum gl. procedere, quando tota ecclesia delinquit in subtrahendo sibi salarium, secus si solus prælatus, alias agat contra prælatum, & iuuet ecclesiam, argumen. in reg. delictum, de reg. iur. lib. 6. nisi iste sub conditione iurasset, scilicet si sibi salarium solueretur, supra eo. c. peruenit, quasi velint, quod hoc vltimo casu sufficiat ad non defendendum, quod salarij sibi non soluitur. No. bene ex hoc dicto, quod factum solius prælati iuste
8 cit, vt deficiat conditio, non autem, vt contractus modalis solua-
tur, modo per ipsum prælatum non seruato, & de hoc vide, quod no. in d. cap. peruenit. & in cap. verum, infra, de condi. apposi. Et ratio diuersitatis potest esse, quia vt contractus conditionalis dissoluatur, satis est conditionem non fuisse adimpletam, etiam si sine culpa hoc contingit, vt in l. in illa stipulatione si Calendis, ff. de ver. oblig. & quod no. Bart. in d. l. si decesserit. Sed quod dissoluatur propter modum non seruatum, exigitur mora, vt d. c. verum sed factum solius prælati non facit ecclesiā esse in mora, arg. 16. q. 6. c. si Episcopum. † Venio ad tertium casum, in quo gl. vult, quod cōtra conscientiam, non teneatur iste iuuare ecclesiam, sed ecclesia habebit eum pro periuro. Hoc vltimum non non placet Hostien. quia sic daretur materia cuilibet per iuramentum adstricto ad adiuuandum ecclesiam, auferendo beneficium seu salarium deputatum, contra cap. satis peruersum. 56. distin. supra eo. c. querelam, & sic iste pateretur damnum, vnde deberet præmium consequi, contra c. sanè, de reuelationibus. Nec ob. secundum eum, iura, quæ alleg. glo. quia loquuntur in matrimonio, vbi timetur collusio, de eo, qui cog. constan. vxorem, capit. super eo. & in quo vertitur periculum incontinentiæ, nec potest per aliū licitè deseruire. Secus in officio aduocationis, quod per alium expediri potest, C. de iudic. l. rem non nouam. Dabit ergo iste subtractum bonum, quod salua conscientia facere poterit arg. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum absente. & l. prætor. ff. de iur. om. iudi. & si non posset alium inuenire,
c nō habebitur statim pro periuro, sed cōsiderabitur arbitrio boni viri, ponderata qualitate personę aduocati, & causæ, an hoc faciat fraudulenter. Et si apparet fraus, procedatur contra eum, si bona fides, absoluatur, argum. de rescrip. c. cum contingat. In dubio vero relinquatur conscientiæ suę, arg. infra eod. c. multi, & 1. q. 7. cap. sanctimus. Et certè hęc tria membra vlt. sufficient in hoc argum. præmissis resecatis. Nam si apparet de bona fide, non tenetur dare subtractum: c cum promissio generalis non se extendat ad istum casum, vt defendat malam, & iniquam causam, argumen. in l. rem non nouam. C. de iud. & in c. 1. lib. 6. de const. & l. si procurator, ff. de cond. inde. Ideo dicit D. And. & bene, q; si certum est ecclesiam fouere bonam cām, procedit ad

ADDITIONES.

a Difficultas. Quomodo difficultas excuset, uide Fely. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 2 6. in glo. 2. supra de consti. Moder. in l. si quis maior, C. de transac. videtradunt, quod difficultas excusat a periurio. Alex. in consi. 192. incip. Pro quæstionis, in 5. colum. in 1. volumi. & Dom. Caro. Ruy. in repe. l. 4. §. Cato. circa finem oppo. Barto. ff. de uerb. oblig. Moder. in l. 2. §. fi. ff. si quis cauc. post Paul. de Cast. & alios. Seb. Sap.

b Latius. Et uide multum eleganter per Paul. de Cast. circa fi.

c Substitutum. Addequod imo si aduocatus offert se auxiliaturum fouentem in iustitiam, tenetur ad interesse parti, ut tradit Fel. in c. tua nos, inf. de iudic. ibi, quid si consuluit a dstrictus. Seb. Sap.

ctum glo. Si certum est, quod fouet iniustitiam, non erit periurus, nec reputabitur pro periuro. Si est dubium, ex quo constat eum non defendisse, cum fundata sit intentio ecclesiæ allegantis periurium, habebitur pro periurio, nisi ostēdat causam esse iniustam, nec curabimus de sola conscientia ipsius, & credo, quod in hoc casu dubij loquatur glo. nostra, facit c. inquisitioni, de sent. excom.

SVMMARIVM

1 *Princeps non potest componere de damnis subditis, datis non requisito eorum consensu.*
2 *Iuramentum si non potest seruari in forma specifica, debet seruari eo modo, quo potest.*
3 *Iurans verum, qui credebat falsum, est periurus.*
4 *Falsarius monetæ, qua pœna puniatur.*
5 *Expendens falsam monetam scienter, qua pœna puniatur.*
6 *Inferiori a principe, an licitum sit cudere monetam.*
7 *Si in lege fit mentio de pœna capitis simpliciter, intelligitur de pœna deportationis.*
8 *Nunquid Papa, vel Episcopus, possit absoluere a iuramento?*
9 *An ascribens nomen alterius in moneta, incurrat falsum?*
10 *An credatur inscriptionibus librorum, monumentorum, & inscriptionibus columnarum?*
11 *Quot modis princeps, vel alius habens ius cudendi monetam, dicatur eam fraudare.*
12 *Debitor, an teneatur soluere id, quod valebat moneta tempore cōtractus, quæ moneta fuit reprobata, vel deteriorata.*
13 *Si in testamento relinquitur pecunia, attenditur valor monetæ, qui erat tempore testamenti.*
14 *In statutis, mandatis, & gratiis, an attendatur moneta, quæ currebat tempore statuti, an quæ currit post conditum statutum?*
15 *Mutuum, vel depositum pecuniarium, an debeat restitui in eadem forma & materia, vel an possit restitui in diuersa forma, vel in diuersa materia?*

CAP. XVIII.

QVanto. Princeps, q iurauit certam seruare monetam, si sciebat illam legitimo ponderefraudatam, pœnitere debet de iuramento, quod fuit illicitum, & ideo non seruandum. Si vero ignorabat, tunc iuramentum seruet, si illam facit restaurari. sic communiter summatur. Sed ego sum:mo generalius, comprehendendo etiam vltimum dictum c. & sic, Iurans scienter illicitū, non indiget absolutione, sed tenetur illud non seruare. Si vero iurauit ignoranter, debet illud obseruare, si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum, quod putabat illicitū, debet obseruare iuramētum, sed de animo depranato aget pœnitentiam. h. d. Primo consultatio. Secūdo responsio, ibi, super quo. in quo tria membra distinguit. Secundum, ibi, Si vero. tertium, ibi, Veruntamen. Casus literal. Quidam consiliarij Regis Aragoniæ, imo potius deceptores, induxerunt ipsum, vt iuraret, irrequisito assensu populi, vsque ad certū tempus patris sui conseruare monetam, quæ circa mortem eius legitimo ponderefuerat diminuta, ita quod graue scandalum in populo ortum erat. Hoc intellecto Rex, quod indiscretè fecerat, reuocare volebat, & satisfacere populo, vnde petijt absolui ab huiusmodi iuramento. Papa scribit eidem dicens, quod in casu isto, non ram est absolutio necessaria, quam interpretatio adhibenda. Cum enim iuramentum illud fecit, aut credebat monetam illam falsam, aut legitimam. Si falsam, iuramentum fuit illicitū, & ideo non seruandum, & pro eo debet illi pœnitentia indici. Si vero credebat legitimam, iuramentum licitum fuit, & ideo seruandum. Et papa cōsuluit illi, vt moneta illa reprobata, quæ diminuta fuerat a legitimo pondere, alia moneta cudatur nomine patris sui, & illam reducat ad legitimum flatum, quem habuerat tempore patris melioremm, & sic iuramentum seruauit. Veruntamen si credebat monetam diminutam, quando iuramentum illud præstitit, & sua cum conscientia remordet, confiteatur peccatum suum, & pro illicito iuramento pœnitentiam agat. B. No. 1. quod si consiliarij Principis, vel cuiuslibet nō
a recte consulunt, perdunt nomen consiliariorum, a & appellantur deceptores. & hoc ideo, quia officium consiliariorum est iuste consulere, vnde ex consilio fraudulento, quis tenetur, de quo in reg. nullus ex consilio, de regu. iu. lib. 6. & in c. sicut dignum. §. qui vero, de homi. Not. 2. quem debere venire contra factum proprium indiscrete gestum, debet tamen discrete cōtrauenire, quod intellige, vt legi. & no. in c. qualiter, & quando, infra de accusa. Et magnæ sapientiæ est, & c. 22. q. 4. c. magnæ. No. 3. quod ab illicito iuramento, non est absolutio necessaria. Ratio, quia absolutio præsupponit vinculum, de desponsi. impu. c. ad dissoluendum, & l. decem, ff. de verbo. oblig. Sed iuramentum illicitum non ligat, vt 22. q. 4 quasi per totum. Et est ratio, quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum, ideſt non debet ligare ad iniquitatem. Nam cum præstetur principaliter Deo, vt in capit. debitores, supra eod. Deus non
b vult vinculare quem ad iniquitatem, de hoc infra latius. † No. 4. ibi, irrequisito & c. quod Princeps non debet aliquid agere in præiudicium populi, ipsius assensu non requisito, secūdum Ioan. And. & ad hoc c. ad hæc, de offi. Archi. quod no. & facit tex. iste in argum. secundum Hostien. quod Princeps per se nō potest componere de damnis populo datis ratione gueriæ, de quo remittit ad summam, de pœ. §. fina. ver. sic. sed pone, quod guerra. Ex his no. principem non posse disponere ad libitum de substantia subditorum, pro quo facit, quod not. Innocen. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & legistæ in l. fi. C. si contra ius, vel vti. publi. † No. in versicu. si vero, & tene menti, quod si
2 iuramentum seruari non potest in forma specifica, debet seruari eo modo, quo potest. Nam, vt hic vides, iste Rex iurauit seruare monetam patris sui, & intellexit de præsenti, tamen si illa reperitur fraudata, tenetur facere aliam monetam cudi sub nomine patris sui, vt sic seruet iuramentum, eo modo, quo po-
b test. Ex hoc patet, quod iuramentum b habet vim clausulæ, si
c non c valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere potest, concor. cap. ad nostram. 3. infra eodem. & l. cum pater. §. filius matrem, ff. de leg. 2. & vide quod dixi supra eod. c. ad nostram, & per hoc patet tex. ibi, Vsquequaq; debere exponi, ideſt, eo modo, quo
3 potest. † Not. vlti in versicu. Veruntamen. intelligendo, quod ponat tertium casum, vt videtur placere Io. Cal. & communiter sequentibus, vt sic intelligatur, quando credebat monetam fraudatam, sed non erat. & placet mihi iste intellectus, vt sic differat à præcedentibus, quod iurans licitum, quod credit illicitum, peccat, per quod dicit Io. Cald. quod iurans verum, quod credit falsum, est periurus quoad Deum. Idem dicit in eo, qui credit venire contra iuramentum, & non venit, vt si credebat iuramento non esse satisfactum, cui tamen erat satisfactum, quod satis placet, quia Deus respicit animum hominis, & factum. 14. q. 5. si quid inueniſti, & de pœn. distinct. 1. cap. si si propter a, & c. si cui. † Venio ad glos. & quia hic tractatur de falsa
4 moneta, ḡro qua pena punitur falsarius monetæ? Respondeo assumendo membra glo. 1. declarādo, quod aut falsat quis monetam Principis, intellige de nouo eam adulterando, & comburi dēt. l. 2. de fal. mo. Aut falsat monetā ciuitatis, seu alterius inferioris ab Imperatore, & capite punietur, & sic intelligit gl. l. 1. C. eo. Aut non fabricat monetā de nouo, sed fabricatam radit scilicet minuendo, vel tingit, (puta monetam æream, vt appareat

ADDITIONES.

2 Perdunt nomen consiliariorum. Facit hoc dictum ad quæstionem, dum quæritur, an iurans non reuelare consilium Principis, vel vniuersitatis, possit illicitum reuelare, & teneo, quod sic per glo. fin. in capitu. ego N. in uersicu. nulli pandam, eod. titu. lib. 6. facit in simili. Inemo. §. fi iussu. ff. de regu. iur. vbi iurans seruare statuta, intelligitur de licitis, & glo. 13. distinct. c. neruij. etenim sicut iniquum consilium non meretur nomen consilij, sic iniusti perfusores, consiliariorum appellatione non nominandos esse fatendum est. Zachar.

Circa hoc. An iuramentum de non reuelando secreta, se extendat ad illicita, vide glo. in l. eos, C. de fur. & Innocen. in c. clericus. hoc eod. titu. vbi cōcluditur, quod iurans obseruare statuta, non obligatur ad illicita. & vide Bald. in l. nec patronus. C. de oper. libe. vbi dicit, quod iuramentum nunquam trahitur ad illicita, vt in regu. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Ad quod vide glo. & Doc. in c. 1. de iureiu. in 6. & glo. fi. in l. non videntur, in §. qui iussu. ff. de re. iu. & habetur per Bar. in l. fi sub conditione, ff. de cond. ind. & per Bald. in Auth. habita, in 2. q. C. ne fil. pro patre. Imo. dixit ibi Bal. in 4. q. quod iuramentum in statutis illicitis debet relaxari per Episcopum. Anto. Fran.

b Quod iuramentum. Vide Matthæ. in not. 56. incipien. no. hanc regulam, & Alexan. in consi. 3. colu. 4. in 1. vol. & in consi. 53. in 3. vol. Corl. in rep. rub. huius titu. in 32. priuilegio. Iaſ. in l. 1. §. fi quis ita, col. 9. verſicu. iuxta prædicta quærit Barto. ff. de verbo. oblig. Fel. in c. cum super. col. 3. supra de offic. deleg. Seb. Sapia.

c No. vnum no. effectum iuramenti. Et de hoc vide per Bald. in l. fi quis maior. circa fi. vbi etiam per Barto. C. de transac. Et vide circa hoc, quod no. Barto. in l. fi quis in prin. testa. 2. ad fi. ff. de leg. 3. & in l. 2. C. de leg. & in l. omnes populi, in 3. q. prin. ff. de iust. & iur. & in l. fi quis pro eo. verſicu. 7. cum seq. ff. de fideiuſſ. & in l. j. §. fi quis ita, cir. fi. ff. de verb. oblig. & in l. eam quam, verſic. septimus casus, C. de fideicom. Ang. in l. hi, qui. ff. de fideiuſ. Bar. in l. fi maritus, C. de inoffic. testa. & in l. 1. in 3. col. C. commo. vide Barto. & Ange. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. Ioan. And. & alios. in c. 1. de commo. Bal. in c. 1. de contro. feud. apud par. ter. Imo. in c. cum contingat, in 38. charde iureiur. & pro parte affirmativa huius articuli idem tenet Pet. de Anch. in c. licet, in pen. col. de iureiur. in 6. Item aduerte, quod ille. §. filius matrē, probat fin. quod iuramentum in testamento minus solemni præstitum facit, quod hæreditas veniat restituenda instituto a venientibus ab intestato prout facit clausula codicillaris, vt est tex. in l. quærebatur, ff. de mili. test. & Bar. & Bal. in l. ex ea. ff. de testi. per tex. etiam in d. §. filius, coniuncta d. l. quærebatur, probat si. quod iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ codicillaris, quod intellige verum, si in illo testamento interuenit saltem tanta solemnitas, quæ alias sufficeret in codicillis, & ita expresse firmat Imola in rep. c. cum contingat, in 33. char. in vlt. col. illius cha. ver. & per prædicta videtur, quod licet dicamus. Item per illum §. filius matrem probatur id, quod no. ipse D. Abb. Pan. in c. ex rescripto, in fi. supra eo. Item vide Do. Aut. in c. 1. in 2. opp. ad fi. de consti. in 6. vbi dicit iuramentū non habere vim clausulæ derogatoriæ, sed bene, vt valeat omnimodo, quo potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pareat aurea)& punitur vltimo supplicio,vel datur ad bestias secundum conditionem personæ,vt in l. quicunque, ff. de fal.Et no.gl.quæ per hanc dist.aperit intellectum illarum trium legũ, & hunc intellectum sequitur Bar.in d.l. quicunque,& gl.in l.2. præalleg.Alij,vt Iacob. de Are. in d.l.2.dicunt,quod falsans auream monet im Principis,comburitur & sic intelligitur illa l.2. Aut erat moneta ære contaminata, & procedit l.1. & vterque intellectus est bonus.Demum gl.ponit tria specialia in hoc crimine,adde,&quartum,quia accusatori præstatur impunitas,&
5 & quilibet fallarium capere potest, vt in d.l.1.† Extra gl.quæro, quid de eo,qui scienter expendit falsam monetam? Solu. videtur,quod rencatur pœna legis Cor.de fal.quę regulariter est deportatio,& omnium bonorum publicatio.Seruus vero vltimo supplicio afficitur,de quo dicendum, vt in l.1. in fi.de fal.& qd talis expensor teneatur hac pœna,videtur tex.in l.hac leg.ff.ad leg.Cor.de fal.Sed Bar. ibi dicit hoc procedere,quando expendit nummos plumbeos, vel stanneos, quia de eis tantum facit mentionem illa lex,alias debet puniri pęna extraordinaria,ar. in l.saccularij,ff. de extraord. crim.Et sic dicit se multos defendisse a pœna legis Corn de fal.quod est no.etiam in materia ex tenuioris.† Quæro secundo,quia gl.facit mentionem de mone
6 ta ciuitatis, nunquid liceat inferiori a Principe,vel Imperatore cudere monetam? Videtur, quod non,per text.in l.1.& 2.C.de fal.mon.Glo.hoc tangit in d.l.2. & dubitare videtur,tamen residere videtur, vt non liceat sine concessione Principis, & hoc sequuntur ibi Bar. Pet.& Cy.intellige,nisi ciuitas,vel Princeps inferior hoc præscripsisset per tantum tempus, de cuius initio non extaret memoria, vt in cap. super quibusdam,de verb.sig. facit quod no.Bar. in l. vectigalia,de pub.& vectig.vel nisi esset talis, qui præscripsisset iura Imperij, vt not.in simili Innoc.in c. P.tabellio,de fide instrumen.& in l.infamem,ff. de publ.iudic. per Bar. & sic salua istum tex.pro quo vide not. in c.Adrianus. 2.64.distin.quæ dicit Reges Hispaniæ non subiacere Imperio,
7 qui regnum a faucibus hostium eruerunt,de quo in c.per venerabilem,qui fil. sint legit. † Tertio quæro, quia supra dixi,falsarius monetæ inferioris a Principe, vel monetæ areæ ipsius Principis, secundum alium intellectum, debere capite puniri, nunquid debeat intelligi de pœna mortis? Sol. Goffred.& Hostien. referunt Ioan. Cremo. defendisse quendam,qui falsauerat monetam Ciuitatis Bonon. vt non puniretur pœna mortis naturalis,sed ciuilis,quia pœna capitalis est triplex,vt in l.2. ff.de publ. iud. & no.Innoc. in c.qualiter,& quando,de accusſ.Debet ergo intelligi de minori, quia pœnæ sunt restringendæ, de pœn.dist. 1.c.pœnæ, & in reg. in pœnis,de reg.iu.lib.6. & l.pen.ff.de pœ. hodie tamen statuta terrarum communiter prouidẽt, & cum illa opi.Ioan.communiter transeunt hic Do.Reliqua circa ma
8 teriam fraudatoris monetæ dicam post glossſ.† Sed quia hic fuit
a aditus papa super absolutione iuramenti, a nũquid papa b possit absoluere a iuramento? Gl.multum plene hoc disputat,quã
b no.quia quotidie alleg.& in effectu videtur concludere,quod
c ex causa potest absoluere, c & in aliud, quod sit magis Deo acceptum,commutare,sicut facit in voto, sed sine causa non potest,ex quo iuramentum est licitum. Idem Innoc. in c.cum inter P.de renunc.& Archid.in c.authoritatem,15. quæstio.6.vbi glo.circa hoc multum laborat.Idem sentit gl.in cap.non est,de vot.& licet loquatur in voto,tamen ipsius ratio includit etiam iuramentum. Idem Spec. in titu. de leg.§. nunc ostendendum, versi.24. vbi plene examinat istam materiam iuramenti,& per Innoc. in c. venerabilem,de elect.in vlti.colum.Et concludendo in vnum materiam istam, dico sic, quod aut iuramentũ est tale, quod seruari non potest sine periculo animæ, vt si iurauit corrumpere monialem,vel iugulare parentes,vel quid simile, & tunc nõ requiritur absolutio, sed authoritate propria potest contrauenire,vt supra dixi,licet debeat pœnitere de temerario iuramento,vt in d.c.ad audientiam.in fi.de sponsa.& 22.quæst. 4.c.1.& seq.Ita tenet Innoc.in c.venerabilem, & Host.hic.Aut poterat seruari sine interitu salutis æternæ, sed alias erat temerarium, & perniciosum exemplo, vel periculosum, & non debet contrauenire sine authoritate superioris, vt in d.c.venerabilem,& supra eod.c.cum quidam.§.fi.& hoc est dictum Inno. in d.c. venerabilem, quod intelligerem in casu dubij,alias autẽ non obligat, ex quo est contra bones mores, licet possit seruari sine periculo animæ,vt est tex.iuncta glo.in reg.non est obligatorium, de reg. iur.lib.6.de quo vide,q̃ dixi,in c.si vero,& d. c.cum quidam, supra eod.& limita,vt ibi dixi. Aut iuramentũ est illicitum ex parte recipientis,sed ex parte præstantis licitum & tunc non licet contrauenire sine absolutione,vt in c.si vero, & c.verum,supra eod. multo fortius, quando ex vtraque parte est licitum,vt in d.c.venerabilem. Quis autem tunc poterit absoluere a tali iuramento, dic quod aut fuit præstitum per inferiorem in materia spectante principaliter ad papam, vt si iurauerunt canonici non recipere aliquem vltra numerum,& potest Papa etiam sine causa absoluere,quia in tali iuramento intelligitur excepta authoritas Papę,vt in c. venientes,infra eod. quod sic debet intelligi, quod etiam voluit Hosti.hic.Aut fuit præstitum in alia materia,& tunc aut principaliter ob Dei reuerentiam & honorem,& sine causa, nullus præter Deum remittere potest,sic intellige Ioan.And.post Vinc. in c.2. de spons.& Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum,vers.hoc quoque. vbi prosequitur istam materiam,vbi vide: Papa enim non potest si
d absoluere alium,multo fortius nec seipsum, d arg. c.fi. de institt. & c.per nostras,de iure patro.facit ad hoc, quod no.Ioan.And. in c.significasti, de foro compe.& Do.Ant.in d.c.cum inter.Si tamen papa aliquem absoluit, præsumitur in dubio causa, quo
e ad ecclesiam militantem,vt in simili no. e glo.in d.c.non est,de voto,& per Legistas in l.fi.C.si contra ius,vel vti.publ.Aut subest iusta causa,& tunc papa potest a iuramento absoluere,vt in c.si vero, supra eod.Et est iusta causa, si turpitudinem continet ex parte recipientis,vt ibi, vel propter scãdalum euitandum,vt hic no.glo.& Innoc. in d.c.venerabilem, vel maior vtilitas imminet in commutatione, sicut dicimus in voto,vt no.Inno.in c.debitores, supra eo.Vel subest aliqua alia iusta causa.13.q.6.c. nos sanctorum , & c. authoritatem, quinimo etiam Episcopus poterit his casib. absoluere, sicut & votũ cõmutare,vt no.dicit Innocẽ. in c.debitores.hęc tamen erit differentia inter Papam, & Episcopum,quia in factis magnarum personarum,vel multum dubijs, debet recurri ad Papam, sic potest intelligi, c.venerabilem , sed in alijs poterit etiam Episcopus respectu suę diœcesis,sed papa respectu totius Orbis,& sic no. Spec. in ti.de leg. §.nunc ostendendum, vers.24.ibi tamen sentit, quod sine commutatione non potest Episcopus dare licentiam contrauenien
di,quod ego non admitto,quando subest alia causa iusta, ar.in d.c.si vero, cum simil. Alius autem prælatus citra Episcopum, qui non habeat episcopalem iurisdictionem , non puto q̃ possit absoluere a iuramento , sicut nec in voto dispensare potest,vt no.in ca. 1. de voto,lib. 6. Aut iuramentum respicit principaliter commodum hominis, & tũc sine causa papa remittere nõ potest,sed cum causa sic, vt no.Spec.in ver.hoc quoque,& Archid.in d.c.authoritatem.Is tamen, de cuius commodo agitur remittere potest,vt in cap.1.de iureiur.& c.significauit,de cenfi.& in c.2 de spon. & ibi per Ioan.And. Quod procedit etiam, si iuramentum concernat vtilitatem vtriusque contrahentiũ, vt quia aliqui iurant sibi adinuicem aliquid facere, vt in d.capit.3.Secus puto, vbi quis simpliciter iuraret ad commodum suum, nam non poterit sibi remittere iuramentum,ne authori zet in facto ꝓprio,nec alius poterit remittere sine causa,vt sentit Spec.in d.§. hoc quoque. Adde ad prædicta not. dictum Innocen.in d.c.venerabilem, vbi dicit, quod non solum in temporalibus iuramentis,sed etiam in licitis,licet contrauenire sine authoritate superioris,vrgente necessitate,si non potest haberi superior, a quo petatur absolutio.11.q.3.c. antecessſor. Et idem dicit, si forte magna vtilitas spiritualis hoc exigat. Hoc vltimum non placet ibi Hosti. quia non debet committi periurium propter bonum spirituale contingens,argumen.in c.sic non fuit. 32.q.4.& in c.super eo,de vsu.Sed saluando Inno. posset dici.in dicio meo,quod non committitur periurium, si commutatur iuramentum in maius bonum, in c.peruenit,supra eod.Debet tamen haberi authoritas superioris,si haberi põt,vt in d.c.vene
9 rabilem,& prædicta no.bene.† Opp.in eo,qđ Rex mendat cudi monetam sub nomine patris, si iste Rex credebat tpe iuramenti

ADDITIONES.

a Super absolutione iuramenti.Vide Fel.late in c.2.col.7.ver.extra gl.cra.tatur hic,infra de sponsa. Seb.Sap.

b Papa.An Papa possit absoluere a iuramento,uide aliquid per Bal.in l.6.§.sed hic,infra de sponsa. Seb.Sap.
C.de bo.quæ lib.& Cy.in l.fi.C.si contra ius.Item adde hic,quod papa non potest dispensare cum vasallo periuro circa iuramentum,quod interponat pro domino suo,ita dicit Bal.in c.1.circa prin.de for.fidel.& ita dicit notabiliter Io.And. in nouel.in c.2.de renun.An autem inferior a papa possit interpretari iuramentum in causis & quæstiarduis,ponit & sequitur D.An. in dispu.sua,quæ incip.stan.statu.
Vtrum remisso iuramenti, & quando sit licitum,vel non seruandum,pertineat ad papam declarare, uide in capit.ad audientiam,de cler. non resid. cap.venerabilem,in §.pen.de elect.& vide Spec. in tit.de leg.in §.2.in ver. 24.in prin.& adde,quod iuramentum præstitum in fauorem Dei, non potest remitti etiam per Papam , sed præstitum in fauorem hominis, sic tradit dom.Card.in elem.1.in §.nos autem, in 4.q.de iureiuran.Et adde,quod licet iuramentum remittat, non tamen uidetur remissum id, quod utrique iuramenti uenire explicandum, ut est gl.in l. quæ sub condictione,in princ.ff. in §.quoties,ff.de cond. instit.& uide Pau.de Cast.in consil.160. & in 2.col.um. Ant.Fran.

c Potest absoluere.Vide tex.opti.in l.si hominem,ff.man. And.Barb.

d Nec seipsum.Tu adde hąc q. ventilatam,& decisam per istum,& eą,quæ pro fuit in apo. ad eum,in c. cum inter.nu.9.in uer.dispensare supra de renun.& ibi, qua sit causa dispensandi. Zach.

e Simili no.Vide Abb.in c.proposuit, infra de consef. præb.& Dec.in c.per ea, col.2. uer.circa primum, infra de confir.uti.uel inuti.Fel.in c.conditiones, col.10.uer.generaliter autem,sup.de rescr. Seb. Sap.

menti monetam esse legitimã,& reperitur defraudata, ex hoc videtur Rex committere falsum. Sicut enim in moneta tria de substantia requiruntur, scilicet materia metallica, quantitas ponderis,& publica forma,ff. de contrahen.empt. l.1. ita & in quolibet istorum committitur falsitas.Solu.glo. quæ est in ver. patris, quod inscriptioni monetæ fides non adhibetur,&c.q.d. falsitatem committi in scriptura,quæ probat; non autem in illa,quæ fidem non facit,nota bene hoc dictũ,quia facit ad multa.Sed mihi hęc solutio non satisfacit simpliciter intellecta, qa
d imo inscriptio fit in moneta ad probandum publicam formã, & authorem ipsius monetæ, vnde Christus in Euangelio interrogauit,cuius esset superscriptio illius monetæ,& cum fuisset reiponsum,quod Cæsaris,dixit,Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.Goff.soluebat, obiectionem procedere, si iste Rex fecisset cudi monetam sub nomine patris, sed hoc non faciebat,sed solum vtebatur veteri. Hoc etiam non satisfacit litteræ, vt patet ibi,Cudatur,&c.Host. dicit, ꝙ iura contraria non habent locum in moneta,sed in instrumentis sic.nam dummodo non falsetur moneta,nec alteri præiudicetur,non refert, an cudatur sub nomine patris,vel filij, vel quæ figura ponatur, vt hic dicit patere.Sed certe satis falsificatur, ex quo inscribit nomen illius,qui non fuit author,de his,quæ fi.a præla.c. quanto. Die ergo formalius, quod istud fiebat ab habente potestatem,
20 sine alicuius præiudicio ad bonum finem, scilicet ut seruaret iuramentum eo modo,quo fieri poterat.†Hæc tamen glos. posſea oppo.de c.sanè,& non soluit. Ibi enim innuitur, quod inscriptioni libri statur,per quem tex.colligit glo.argu.quod si in
21 aliquo lapide,vel columna,inueniatur scriptura,fides est ei adhibenda,& facit ille tex.in contrarium,tenendo dictum glos.ꝙ inscriptio monetæ non probat. Ioan.And. dicit,quod ibi non assertiue,sed sub dubio,fortè dicitur per descriptionem libri de ipsius authore constare,& facit 16.dist. c.1.& c. elementis. Sed tu de his dic,vt dixi in c.causam.de prob. †Nunc glos. declaratis,attingam aliqua circa materiam monetæ. Et primo quæro, quot modis Princeps,seu habens ius cudendi monetam, dicatur eam fraudare? Inn.o.ponit duos modos. Primus,quãdo certum pondus pro quolibet denario a principio ordinatum diminuitur de mandato Principis mandantis illam sic diminutam postea recipi, ac si primi ponderis esset.Secundus cum ab initio cuditur moneta multo minoris ponderis, vel valoris, q̃ esse deberet,deductis inde expensis.Vult enim Innocen.quod
a monetą a in forma debet tantum valere, quantum valet in materia,deductis tamen expensis, quas authoritatem præstans de suo facere non tenetur, ex officio enim non debet habere damnum,ff.ex quib.cau.ma. l.1. & c. cum non deceat, de regu. iur. lib.6.Imo Innocen.plus credit,quod si Princeps indiget, potevit inde sentire aliquale lucrum,vt sic minus valeret,quam valet in materia, etiam deductis expensis, cum ipse ex officio det authoritatem monetæ. Hoc verum, nisi spargeretur extra regnum,quasi cum damno non subditorum hoc facere nõ possit.Credit etiam Innoc. quod in primo casu possit Princeps cũ consensu populi diminuere monetam, quia quilibet potest renunciare iuri suo 7.q.1.cap.quam periculosum. Et dicit sufficere consensum maioris partis magnatum regni, quia negociũ regni, reputatur negocium vniuersitatis,arg. in l.2. C. de iura. calum.Et facit,quod ipsemet Innocẽ.no. in c.fina. de maior. & obed.Sed ego de hoc dubito,cum tractetur de præiudicio singulorum,ar.eorum,quæ no.in c.cum omnes de consti. C. quæ sit longa consuet.super rubr. Fatetur tamen Innoc. consensum populi non sufficere,quando illa pecunia esset expendenda extra regnum,& idem Host.arg.in l.fi.ff.de iur.omn.iud. de consti.c.quæ in ecclesiarum,& c.ecclesia. Sed circa dictum præcedens,dicit Bart.in l.2.§.mutui,ff.si cert.pet.& l.Paul.de solu.qđ pecunia debet tantum valere,quantum valet materia,expensę autem debent fieri de communi,vt l.1.ff.de contrahen.emp.fatetur tamen,quod de consuetudine seruatur cõtrarium,& dic, quod seruatur dictum Innoc.tam in expensis, quam in modo lucro.Host.addit tertium modum fraudandi extrinsecus,vt quia princeps bonam monetam reprobat,& æquiualentẽ, vel minus valentem suscipit,ad hoc, vt reprobata bonum forum habeat,& illam conflari faciat,& cudi,& in summa dic,vt prædixi,quod sicut in moneta sunt tria, ita circa quodlibet põt cõmitti fallsitas,sed hoc vltimum dictum Hostiẽ. concernit vsum
12 monetæ,& competit solum principi.†Vlterius quæro de quæ
b stione quotidiana.tempore b dispositionis, seu contractus debiti, currebat certa moneta, cursu temporis illa moneta est deteriorata,seu diminuta,quæritur, nunquid solutio debeat fieri secundum æstimationem antiquam, vel prout currit,& maxime,si reperitur noua melior? Hanc quæstionem satis succincte tetigit glo.in c.olim,de censi.& in cap.quis ignoret.32.q.4.plenius per Hostien.hic,& Paul.in elem.2.de deci.per Cy.& Odofred.in l.in minorum.C.in quib.cau.in integ.restit. non est necesſ.per Bar.in l.Paulus,alias incipit,creditor,ff.de solu. p Spec. in titu.de sol.§.nunc aliqua,ver.pone, & ibi per Ioan. And. in addi.& do.Ant.satis plenè hic.Sed accipiendo materiam clarè & conclusiuè,considerandum est,quod duobus modis princi paliter potest pecunia,seu moneta deteriorari,seu minui, scilicet respectu cursus,quia stante eadem bonitate intrinseca,non valet tantum,sicut valere solebat.Item ex defectu pecuniæ, qa est diminuta in pondere,vt quia fuit tonsa circumcirca, & per longum vsum est facta erosa, vtputa erat de ære, & insuper habebat de argento,quod ex longo vsu corruit. Primo casu distingue,qnod aut moneta est respectu cursus in totum reprobata,
c vtputa,quia princeps interdixit in totum illius vsum, c & tunc si debitor non fuit in mora,tenuit Pet. & sequitur Cyn. in d.l. minorum,quod potest solui de antiqua, quia satis est mutuum restitui in eadem specie, & bonitate eadem intrinseca, vt l. cũ quid.ff.si cert.pet.Contrarium tenuerunt Iac.& Odoff.& sequitur Bart.in d.l.Paulus,& Do.Ant.hic,& communiter tenetur, licet Host.hic videatur sentire primum dictũ, sed tu tene præcedens,ar.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.act. Nec obst. motiuum tenentium contrarium, quia non est verum, quod moneta ista reprobata, habebat eandem bonitatem intrinsecam,cum moneta magis consideretur respectu cursus, quam respectu materiæ,ad hoc bon.tex.in c.eijciens.78.dist.Debet ergo solui secundum æstimationem antiquam, & de hoc videt tex.in d.c.olim,& ita tenet Specu. & Ioan.And. vbi supra. Aut non est in totum reprobata,sed tantum alterata in valore,quia non valet tantum,sicut valere solebat.Et subdistingue,aut hæc alteratio contigit in perpetuum,vt quia princeps interdixit,ne tantum valeret forte propter lucrum, vt posset recolligere pecuniam,& facere conflari,& de nouo cudi,& tenet hic Hostiẽ. quod damnum pertinet ad creditorem,ex quo debitor nõ fuit in mora,nec in aliqua culpa,& idem Iac.de Are. & Bart. in d.l. Paulus,quia pecunia ista habet suam bonitatem intrinsecam. Sed Odof.in d.l.minorum,& D.Ant. hic tenet oppositum,scilicet,quod debeat solui ad æstimationem antiquæ monetæ,ratione supradicta,quia bonitas pecuniæ est respectu vsus principaliter,ideo debet illa bonitate fieri restitutio. d.l. cum quid.ff. si cert.pet.Item si in totum vsus pecuniæ esset reprobatus,debe retur æstimatio,vt in precedenti membro dictum est,ergo idẽ, si in parte est diminuta,ar.l.quæ de tota,ff.de rei vendi.& c. pastor.§.item cum in totum,de offi.dele. Præterea hoc probari vi detur in c.olim,de censi.præalle.& hoc mihi placet ne iste creditor ex suo beneficio damnum sentiat.Secundo casu,quando alteratio non est in perpetuum, sed ad tempus, sicut contingit quotidie vnum Florenũ magis valere vno die, quam alio ita, quod crescit,& decrescit valor,secundum tempora, & cõmuniter tenetur hanc variationem non debere attendi,arg.opt.in l.pretia rerum,in fi.ff.ad l.Fal.sicut enim creditor vellet, vt sibi solueretur,si plus valeret, ita debet recipere eandem monetã, si minus valet,cum speretur augmentum.Sic voluit Bar. in d.l. Paulus,& alij in d.l.in minorum,quod est satis æquum.Puto tamen,quod si non esset spes, quod de proximo haberet augmẽtum,quod deberet haberi ratio adæstimationem, quæ erat tẽpore mutui, quia verum est dicere, quod hodie non habet illã bonitatem respectu cursus,quam tunc habebat,& sic militat ratio præcedens,maximè,quia potest esse,quod nũquam cresceret,arg.in l.iurisperitos,in princ.ff.de excusa.tuto. & eius quod no.glo.in cle.2.de reseri.Venio ad secundum casum principalem,scilicet quando ex defectu ipsius monetæ contingit deterioratio,& communiter tenetur per Cano. & Legistas, quod damnum pertinet ad debitorem, quia moneta non habet suã bonitatem intrinsecam, quam habebat tempore contractus mutui,vt d.l.cum quid.Item scias prædicta procedere,etiam si debitor non fuit in mora,si autem fuit in mora,tunc secundũ omnes,omne periculum spectat ad ipsum debitorem. Debet enim reddere secundum æstimationem, quæ erat tẽpore, quo debebat soluere,nisi fuisset temporalis,& momentanea, vt supra

ADDITIONES.

a Moneta.Vide Bar.in l.2.§.mutui datio,col.1.in fi.ff.si cer.pet.ubi dicit,quod de iure pecunia tantam utilitatem debet præstare in forma,quantã in materia, tamen de consuetudine est secus propter expensas, quæ fiunt in cudendo.Et idem dicit Bartol.in l.diuortio,§.ob donationes,ff.solu.matri.& hanc consuetudinem totus mundus obseruat,secundum Bal.in l.libera,C de sent.& interlo. Seb. Sap.

b Vide de hac q.Bal.in l.acceptam,in 17.q.C.de usu.& omnino.Bal.in l.si quis argentum,C.de don.cir.me.Et de materia uide per Bal. in l.illud, ad fin.C. de sacrof.eccl.& in l.quicunque,ad fi.C.de seru.fug.& in l.2.C.com.de leg. & Sali.in l.fina.& in Auth.ibi posita, C.si cert.pet. Ioan.And.in tit. de instr. edi.§.porro.in fi.& quod de materia no.Bald.in l.uoluntas,C.de fideicom. ubi si aliquis confitetur se habuisse centum lib. an intelligatur de grossis, uel minutis.Et istis adde quod no.Bald.in l.fin.C.de non nume.pecu.Et de hac mutatione monetæ,quod tẽpus inspiciatur,uide no.per Cyn.in l.uxori suæ,in prin.ff.de leg.2.

c Illius vsum.Vide Bar.in l.quod te,col.2.ff.si cert. pet. pract. Pap. in forma libelli in actio.hypothe.in uerbo,relaxa.& do.Franc.Curt.in tracta. de moneta,col.2.& 3. Sebast. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pra dixi, per l. vinum, & quod ibi no. ff. si cer. pet. Hoc tamen limitauit Bar. supra, quando damnum contingit in pecunia grossa, secus, si minuta. Mouetur, quia grossa æstimatur per minutã & non econtra: nam vnus denarius non potest æstimari per solidum argenteum, vel aureum, & ideo cum illa minuta non capiat æstimationem, non possumus dicere, quod debeat attendi æstimatio, quæ erat tempore moræ contractæ, vel postea vsq; ad tempus solutionis, sicut in alijs speciebus cauetur in d. l. vinum. Hæc ratio Bart. non videtur multum placere Do. Anto. hic, quia, secundum eum, sicut grossa æstimat minutam, ita minuta æstimat grossam, si forte minuta aliquid affert vtilitatis. nam sicut pro paruis emitur Florenus, ita pro Floreno possunt emi parui, si aliqua necessitas hoc impellat, & hoc plus placet, quam dictum Bar. quod solũ consistit in subtilitate. licet enim vnus denarius non possit æstimari, tamen plures simul sic. vnde dicerem, quod hæc pecunia reprobaretur in totum, & non posset de ea solui, d. §. qui reprobos. Idem puto in alio damno contingente post moram, dummodo directè ipsa deterioratio contingat ipsam monetam paruam, vt quia fuit decretum, vt duo valerent solum vnum de nouis, hæc omnia procedunt,
13 quando pecunia est debita ratione contractus. † Quid a autem
a si ex testamento, vt quia tempore testamenti plus, vel minus valebat moneta, quam hodie valeat? & intellige de perpetua alteratione, & dic, quod debet attendi valor existens tempore testamenti, quia de eo videtur testator sensisse, vt in l. vxorem, §. testamento, ff. de leg. 3. & l. fi. in princip. ff. de an. & arg. leg. tenet Ioan. And. in add. Spec. in d. § nunc aliqua, ver. pone, & ita consuluit Oldr. vt recitat dominus Petr. de Ancha. in d. c. olim. Idem dixit Oldr. in præcepto arbitrorum. Et eadem ratione
14 idem dic in iudice condemnante in certa quantitate. † Quid b
b autem in statuto? pone, cauetur, quod pro tali delicto soluatur 10. libræ, vel quod tot libræ dentur officiali, dum alteratur moneta perpetuo. Dicit notabiliter Spe. in loco præalle. quod debet solui de pecunia currenti, quia de tali videtur statutum sensisse. vnde mutata pecunia, videtur mutatum statutum, argum. c. translato, de const. de quo ego multum dubito. Quid. n. si tempore statuti Florenus valebat longe plus, quam hodie, dicemus ne, quod debeat solui, ita modicum, cum statutum voluerit mensurare pœnam delicti, quod fieri debet? vt in c. non afferamus. 24. q. 1. & l. respiciendum, ff. de pæ. Et idem dico in salario constituto officiali, & casus iudicio meo videtur in contrarium, in d. capi. olim. de censi. Nec ob. cle. 2. de deci. vbi solutio fit de pecunia currenti, quia ibi non alteratur dispositio nam solum ibi dicitur, quid si alicui conceditur decima bene ficiorum, potest solui de pecunia currenti. non enim est vis, de qua soluatur, dummodo soluatur decima. Quid autem in mãdato, seu gratia facta per aliquem dominum, vt puta, quia concessit princeps alicui centum Florenos annuatim super certis redditibus, demum alteratur perpetuo valor Florenj? Dicit hic D. Ant. quod si ignorabat princeps valorem monetæ, debet intelligi, quod fiat solutio de moneta currenti, quod dicit tenere glo. & Gul. de monte Lau. in d. cle. 2. hoc satis placet, dum ponderat ignorantiam principis, alias puto secus, argu. in d. c. olim, & in d. l. fi. ff. de auro, & argen. lega. Et per hoc habes hunc artículum satis plene, & clare, præ cæteris expeditum. † Vl. hic su-
15 bijcio vnam quęstionem quotidianam. Mutuaui c tibi centum
c in auro. nunquid teneor recipere in argento, vel in pecunia mixta? Vel econtra mutuaui tibi in argento, an possis soluere in auro me inuito? vel etiam in eadem materia alterius formæ, puta, mutuaui tibi Florenos Senenses, an possis restituere Florenos Florentinos in eodem valore? Dic concludendo mentem Bar. in d. l. Paulus, quod aut mutuaui cẽtum libras in Florenis, & tunc satis est restitui centum libras, etiam in alia moneta, qa videor æstimando illos Florenos pro centum libris, illos sic vẽdidisse, sicut dicimus in dote, cum traditur æstimata, in l. cum dotem, C. de iure do. Et idem dic in deposito. Aut fuit dictum, Mutuo, vel depono centum lib. in Florenis, & volo mihi restitutionẽ fieri in Florenis, & tunc periculum, & commodum diminutionis, vel augmenti pertinet ad debitorem, seu depositarium, vnde tenetur restituere in Florenis secundum æstimationem existente tempore solutionis fiẽdæ, ar. in d. l. cum dotem. Aut fuit simpliciter factum mutuum, vt puta, Mutuo tibi 10. aut centum Flo. & tunc aut sum passurus aliquod damnum recipiendo in alia forma, & tũc nõ teneor recipere, vt d. l. Paulus Aut nullum damnũ patior, & tunc in alia materia non teneor recipere, puta argentum pro auro, quia mutuum debet restitui in eo. genere, & eadem bonitate, vt d. l. cum quid. & aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, vt l. 2. §. 2. ff. si cer. pet. Aut vult restituere in eadem materia, sed in alia forma, vt puta Florentinos pro Senensibus. & communiter tenetur, quod teneor recipere, vt d. l. Paulus. consuetudo tamen est in multis partibus, vt etiam in alia materia possit restitui, quæ seruanda est, quia tacite videtur contrahi secundum consuetudinem loci, vt l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de ædil. edi. facit l. Labeo, ff. de sup. leg. tenet Barto. vbi sup. & sic consuluit Old. Quid autẽ in depósito, vide tex. no. & quod ibi no. in l. in naue, ff. loc. Et ratis videtur considerandum, quid fuit tacite actum, an scilicet pecuniam depositam ꝓfunderet cum sua, vel teneret separatã.

ADDITIONES.

a Quid Adde, quod hoc idem tenuit Bal. in d. l. vxorem, & Lu. Ro. & Albe. in l. cum quid, si cert. pet. & vide omnino glo. menti commendandam, in l. pen. de fun. inst. quæ uoluit, quod in legatis vniuersalibus, attendatur tempus mortis testatoris, sed in legatis particularibus attendatur tempus conditi testamenti. Ber. For.

b Quid Aduerte ad id, quod voluit Bal. in l. illud, C. de sacrof. eccle. vbi voluit quod quoties tractatur de adhibitione solemnitatis, quod attẽdatur valor monetæ, quæ currebat tempore conditi statuti, & no. quod hanc opinio, Abb. comprobat per hoc fundamentum, validum est ar. ab vltimis voluntatibus ad statuta, Barto. in l. 1. C. de his quibus vt indi. sed in vltima voluntate attẽditur tempus facti testamenti, eodem modo in statutis. Et hanc opinionem secutus est idem Bal. in l. 2. C. comm. de leg. & Bal. in l. fi tibi pecuniam, ff. si cer. pet. Ber. For.

Ad hoc, quod tempus debeat attendi circa valorem monetæ soluendæ, si forsan moneta sit mutata, vel decreuerit in ualore medio tempore inter prẽmissionem, & solutionẽ, vide Bar. in l. cum certum, ff. de auro, & argen. leg. & vide Bald. in l. acceptam, in 17. q. C. de usu. ubi facit mentionem, quando moneta decreuit iussu superioris, vel alio modo. & vide tex. & Barto. in l. 2. C. de uet. numis. pote. libr. 11. & vide Specu. in titu. de obli. & sol. in uersi. & ibi Bald. in add. Et vide omnino do. Card. in cle. 2. an 12. & 13. q. de deci. ubi dicit, quod si currũt duæ monetæ, potest debitor soluere, de qua uelit. & vide Oldr. in consi. 13. ubi dicit, quod inspicitur tempus contractus, vel sententiæ, & non tempus solutionis. Item dicit inspici tempus conditi testamenti in legato pecuniæ, & non tempus mortis testatoris, & vide Oldr. in consi. 31. ubi dicit, quod inspicitur tempus obligationis. & vide do. Abb. in c. olim, de censi. & adde, quod moneta antiqua, quæ non expenditur, uenit appe. argenti, & non monetæ, ut per Bar. l. Quintus, in §. 1. ff. de au. & arg. leg. Ant. Fran.

c Mutuaui. Vide Modernos in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. & do. Ias. in l. quæ extrinsecus, ff. de uerb. oblig. post Bar. ibi, & Bar. in l. mortio. §. ob donationes, ff. fol. mat. & pract. Papi. in prælléga. forma libelli, in actione hypothe. in uer. relaxandum.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas recognoscens superiorem, non potest aliquid statuere in prẽiudicium præeminentiæ superioris.*
2 *Iuramentum non obligat iurantem in præiudicium iuris superioris, damno do iuret super re pertinente ad superiorem.*
3 *Clericus iurans non exire unum districtum, nisi satis facto suo creditori, & teneatur parere mandato superioris eum reuocantis.*
4 *Episcopus non potest statuere, quod ab interlocutoria non appelletur.*
5 *Populus potest statuendo, vel per viam consuetudinis tollere tempus dilatum iudicatis in actionibus personalibus.*
6 *Appellatio an extinguat iudicatum, an suspendat.*

CAP. XIX.

VEnientes. Iudices, qui iurant intra certum tempus sententias exequi, hoc non obstante, appellationibus ab eis interiectis, deferre tenẽtur. h. d. Vel aliter, & generalius. Non valet iuramentum præstitũ in præiudicium iuris superioris. Dituiditur in quatuor. In prima reprehensio consulum. In secunda, ibi, verum, ipsorũ executio. In tertia ibi, Quia vero. Ipsorum excusationis reprobatio, & generale mandatum. In quarta, ibi, Cum ergo, mandatum speciale, & comminatio non paretis. Casus lite. Quidam
5 † Vlt. opp. & vt, q ex alio capite non valebat statutum istorũ di-
cinis Tudertinus S. nomine, conuentus fuit ab aduersario suo, coram iudice ciuitatis super quibusdam possessionibus, iudex auditis meritis causæ, condemnauit ipsum ad restitutionem rerum petitarum, ab illa sententia appellauit ad dominum Papam Consules ciuitatis, non obstante appellatione, sententiam illa executioni mandarunt, inducentes actorem in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur. Super hoc appellans conquestus fuit d. papæ, cui subest illa ciuitas, quo ad temporalem iurisdictionem, vnde ipse Cõsulibus & populo Tudertino mandauit, vt possessionem ipsam restituant appellanti, alioquin nouerint, quod ipse mandauit Nucerino episcopo, vt eos ad hoc ecclesiastica censura compellat, cuius negocij occasione præmittit papa, quæ præcedunt, dicens, quod ipsi tenentur humiliter & deuote appellationib. ad sedem Apostolicam interpositis deferre, quia etiam leges seculares post sententiam beneficium appellationis non denegant grauatis, sed ipsi sententias appellatione suspensas exequũtur. Consules Tudertini super hoc se excusabant in præsentia papæ, dicentes, quod cum aliqui reo cantur ad officium consulatus, iurant quod super mutuis & plegiarijs iudicabunt secũdum consuetudinem ciuitatis, & intra 28. dies sñas exequentur, vnde saluo huiusmodi iuro, non potérant deferre appellantionibus. Sed ꝫ istam excusationem non cit papa, q iudices non minus ſm leges, quam Consules vel secundum consuetudinem vestræ ciuitatis iudicare iurauerũt, & ideo sicut iudices possent grauare subditos contra legem, sic & consules isti possunt contra consuetudinem suos subditos grauare. vnde præcipit eis, quatenus appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, deferãt humiliter & deuote cum

cum iuramẽtum illud eos excusare non possit, in quo ius superioris intelligitur exceptum. Ber. No. 1. iuncta glo. 5. q in terris subditis temporaliter Ecclesiæ, appellatur a secularibus iudicibus ad Papam, omisso alio medio, de quo in c. si duobus, de ap
1 pel. † No. 2. quod ciuitates recognoscentes superiorem nõ pos-
a sunt appellationem tollere, a nec super ea aliqd statuere in præiudicium præeminentię superioris. ergo l. oẽs populi, ff. de iust. & iur. quæ dat licentiam subditis statuendi, debet intelligi dũmodo nõ statuant contra ius, & præeminentiam superioris, de quo vide ibi latius per Bar. & aliquid ad materiam tetigi, in c. q clericis, de fo. compet. Si vero ciuitas non recognoscit superiorem, potest tollere appellationem, sicut princeps. l. 1. ff. a qui. ap pel. non licet, tenet Bar. in d. l. omnes populi, intellige in tempore talibus. nã in spiritualib. nemo põt præscribere ɔ̃ suprema potestatem Papæ, vt no. dicit Inno. in c. bonæ. 2. de postu. præla. facit c. nulla. 93. dist. Quid autẽ, si in ciuitate nõ est prouisum de iudice appellationis, vel mortuus est, ad quem debeat tunc appellari, si ciuitas nõ recognoscit superiorem? vide Bart. in l. vbi
b absunt, ff. de tuto. & cura. da. ab his. No. quod iudices debent iu-
b rare, vt iudicent secundum leges, b vt in auth. iusiur. quod præstatur ab his. Ex quo infertur, q secũdum ɔscientiam, quam habent, vt Deus, vel homo iudicare non possunt, de quo in c. pastoralis. §. quia vero, de offi. deleg. † No. id, ad quod quotidie allegatur iste tex. q iusm non obligat subditum iurantem in præiudicium iuris, seu authoritatis superioris. Et sic videtur superiorem posse impartiri subdito facultatem veniendi cõtra proprium iurm. Sed tu hoc intellige in iuramento præstito in materia pertinente ad superiorem, vt hic, alias secus, vt dixi, supra
3 c. proxi. & facit hoc ad qõnem. † Clericus iurauit, in studio exi-
c stens, non exire districtum Senensem antequam suo creditori esset satisfactum, ante solutionem reuocatur ex iusta causa per suum Episcopum, quæritur, nunquid iuramento non obstãte,
c teneatur parere mandato superioris? c Et videtur quod sic, qa non potuit iste clericus in præiudicium iuris, & authoritatis superioris se obligare, vt hic, & ita post multa concludit Io. And. in regula, in malis, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. nisi de licentia superioris, seu episcopi fuisset in studio, & pro necessitate studij contraxerit. Videtur enim tunc se obligasse cum licentia epi, q dedit licentiam, quia vno concesso, omnia videntur concessa, sine quibus illud explicari non potest, vt c. præterea, & c. prudẽtiam, de offi. deleg. & l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procu. & ibid. per omnia concludit idem in patre reuocante filium, qui prædicto modo iurauerat, & ego idem putarem in quolibet subdito, nã ciuitas, seu Princeps potest præcipere subdito, vt non exeat districtum, vel vt non vadat ad certa loca. l. fi. & quod ibi no. ff. de dec. ab ord. fa. & l. mercatores, C. de commer. & merc. non ergo potuit subditus se obligare ad manendum extra, in præiudicium illius iuris superioris, niũ superior prius expresse, vel tacitè dedisset licentiam, quod bene notabis pro Doctorib. forensib. qui sine sui superioris licentia, pmittũt
4 legere ad certũ tempus, extra natale propriũ. † Præterea p hunc
tex. determinatur quæstio, an episcopus possit statuere, vt ab interlocutoria non possit appellari, nisi in casibus, in quib. iura ei talia appellationẽ admittunt? Et dicendũ, quod non, quia non licet episcopo violare ius superioris, & ɔ̃ canones statuere, de quo plene per Io. And. in c. fi. de app. lib. 6. & in c. vlt. de offi. Archi. & per Do. de Ro. dec. 77. & vide respectu laicorũ. q no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de app. in §. nunc tractemus. iuxta prin.
5 † Vlt. opp. & vt, q ex alio capite non valebat statutum istorũ di-
sponens, vt intra 28. dies iudicata mandarentur executioni. nã condemnatis in actione personali dantur quatuor mẽses, vt in c. quod ad consultationem, de re iud. quod quidem tempus licet causa cognita possit abbreuiari. ff. de re iu. l. 2. non tamen si ne causa, alias quod deest, suppletur à lege, ff. de regu. iur. l. 4. §. si quis, sed p istam ɔsuetudinẽ, seu statutum restringebatur tẽpus non indistinctè in omni tali causa, ẽt si nulla causa subesset, ergo talis ɔsuetudo, vel statutum non debebat valere. Solu. Goff. fatetur ɔrium, sed secundum Host. Papa non reprobauit ex isto capite, sed ex alio, de quo in litera. Mihi non placet dictũ Goff. licet enim iudex non potuisset sine causa restringere, etiam per viam statuti ratione prædicta, & per ea, quæ no. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. populus tamen bene potuisset hoc inducere in ipsorũ præiudicium per viam statuti, vel consuetudinis, ar. in dicta l. omnes populi, cum per hoc nullũ fieret præiudicium superiori, sed duntaxat ipsis litigãtibus. Venio ad gl. satis breues, & faciles, & quæro quare appellatione pendente, sententia non potest executioni mandari? Glo. pen. respondet, quod per appellationem extinguitur pronunciatum, l. 1. §. fina. ff. ad Turpil. & idem videtur velle tex. in l. 2. §. fina. ff. de pœnit.
6 ? No. glo in eo, quod dicit pronunciatum extingui per appella
tionem. Io. glos. antiq. dicit, q imo suspenditur, vt patet hic in tex. D. Ant. dicit, quod extinguitur de præsenti, sed inspecto exitu de futuro suspẽdit, vt no. in d. l. 1. Sed ɔ̃ hoc facit c. fin. de sequest. poss. & fruc. intelligẽdo, vt ibi dixi, & dic, vt ibi, & vide q Arch. de appel. c. non solum. lib. 6. In glo. fin. dic, vt habetur in c. non solum, de appel. lib. 6.

ADDITIONES.

2 Non possunt appellationem tollere. Adde istum, & quod ibi no. in apostil ad ipsum, in cap. super eo, nume. 4. in ver. clausula, appellatione remota. supra de offic. deleg. & in cap. 1. nume. 1. in apost. in ver. per solum principem, supra de rescrip. ubi legatus de latere non potest, de quo per Alexand. consil. 107. colum. 4. Zach.

Tollere. Vide cautelam, quam ex his colligit Bald. hic, & refert Barth. Veron. fol. 8. in cautela inci. vidistis in c. venientes. Seb. Sap.

b An iudex debeat iudicare secundum leges, vel secundum conscientiam, & quod secundum legem tantum, est tex. 4. dist. c. in istis. Et de hoc, an iudicãdum sit secundum alleg. & prob. an vero secundum conscientiam, vide plures glo. instit. quib. mo. tu. fi. in prin. super ver. ex habitu. & gl. in ver. iudicio, in §. si minus, Insti. de act. glo. an. l. illicitas, §. veritas. ff. de offi. præsi. glo. pen. in uer. atrox, in l. 2. ff. de feriis, & ibi Ang. & ibi etiam glos. no. declarat, qñ aliquid dicatur esse notum iudici, quia ei quando sibi constat ex actis, & fertur Azo. ita respondisse Potestati Bononiæ, & glos. in l. fi irruptione. §. fi. in gl. fi. ff. fi. regun. & glo. fina. in l. 2. ff. de in lit. iur. glo. no. in l. 1. C. qui, & ad quos, & glo. in uer. testificatione, in l. quæ tutores, C. de admi. tu. Vide etiã glo. in uer. sciens, in l. bonorum, C. qui admit. per glo. no. quæ latè disputat, & examinat in c. 1. in glo. in ver. canones circa medium, extra de offic. ord. & ibi plene per mod. & glo. in c. iudicet. 3. q. 7. & in Auth. de md. prin. in §. fit tibi quoque, & glo in c. 2. de postu. præla.

c Mandato superioris. Vide Fede. de Senis in consi. 191. incip. quæstio talis est, scholaris clericus, & Pau. de Cast. in l. in operis. ff. loc. cum allegatis per Ias. in l. fi. col. 2. ver. ista regula facit, ff. qui satisd. cog. ubi refert hanc qõnẽ contigisse de facto in persona Gul. de Cuneo Bonon. & per Feli. in c. consti. colum. 6. ver. authoritas Papæ est excepta, supra de rescri. vbi plura. Seb. Sap.

d Ita proprie distinguit Bal. in rub. C. de app. & ed Bart. in d. l. 1. in fin. ff. ad Turp. indistinctè concludit, quod extinguit. & de hoc etiam vide Bartol. in l. 1. ff. eo. de app. in prin. Et quod appellatio non extinguat, sed solum suspẽdat, tenet Archi. in c. anteriorum, in 3. col. 2. q. 6. pro quo alleg. hunc tex. & c. cũ inter. de re iud. & c. fæpe, ver. quod si, de app. in 6. & in d. c. anteriorum, in ver. orientalis, & vide Arch. 2. q. 6. in c. placuit, circa prin. vbi dicit, quod appellatio extinguit pronunciatum, eo quia ex illa sententia non oritur actio in factum, cum nondum transierit in rem iudi. Sed quod non penitus extinguit, quia eo adhuc appellationem prosequente, sententia posset verti in rẽ iudi. & alleg. l. furti. ff. de his, qui not. infa. Sed super hoc vide pulchrã distinctionem Bal. hic in 1. col. per Bar. in d. l. furti, in prin. ver. circa secundum, & per istum in rub. inf. de app. & tex. in c. pastoralis. §. præterea.

An appellatio extinguat, vel suspendat pronunciata, vide Bar. in l. tale pactum, in §. qui prouocauit. ff. de pact. in repe. vbi dicit, quod quatenus respicit tempus præsens, extinguit, sed quatenus respicit tempus futurum, suspẽdit, & vide Bal. in l. 1. in 2. col. C. ex delic. defun. vbi dicit, quod non omnino extinguit, sed remanent quædam reliquiæ sententiæ latæ, & vide Flo. in l. sed, & si quis, in §. interdum, ff. de usufr. ubi dicit Bald. ibi dixisse in uoce, quod si consideratur aptitudo, appellatio suspendit, si consideratur actus, rumpit sententiam, & vide Bald. in l. minoribus, in 1. col. C. de his, quib. vt indig. ubi dicit, quod suspendit, quoad appellantem tantum, & vide Bar. & Alex. in l. intra utile, in prin. in 2. col. ff. de mino. & vide per Specu. in tit. de app. in §. restat, in fi. & vide plenè per Alex. in consi. 35. in 4. par. de app. & vide per Philip. Franc. in c. constitutus. de app. Et an suspendat possessorij, vide Bal. in l. pendente, in 1. col. C. de secun. tab. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ non solum coram iudice ecclesiastico, sed etiam coram seculari possunt repeti.*
2 *Quomodo debeant citari testes, quando ignorantur personæ testium.*
3 *Iudex ex officio potest prouidere, quando debitores iurant non repetere vsuras.*
4 *Iudex, ubicunque æquitas suggerit, & pars non potest agere, potest ex officio prouidere parti.*
5 *Iudex ex officio, an possit inquirere de aliquo impedimento canonico inter coniuges.*
6 *Iudex ex officio potest inquirere de iuribus Principis.*
7 *Iudex regulariter ex officio non inquirit de crimine, cum agitur ad pœnam temporalem.*
8 *Super iuribus ecclesiæ iudex potest procedere ex officio, & ita etiam in actu pio.*
9 *Super iuribus singularium personarum non proceditur inquirendo, nisi sint miserabiles personæ.*
10 *Citatio facta, parte non pertente, non valet.*
11 *Iuramentum nunquid sit remissum debitoribus per illa verba testatoris, ut hæredes restituerent usuras omnibus, qui probarent, &c.*
12 *Emanato edicto, ut qui nouerit ueritatem, compareat ad testimonium proferendum, poterunt debitores comparere, iuramento non obstante.*
13 *In processu contra usurarium, admittuntur in testes debitores, qui soluerũt usuras, non tamen ad faciendam plenam fidem.*

CAP. XX.

AD nostram. Per iudicis officium subueniturilli, qui propter iuramentũ vsuras repetere non potest. Ita summat Ioan. And. Equidem procedit hoc summarium secundũ vnũ intellectum satis clarum, secundum alium notabiliorem summo sic. Iurans vsuras non repetere, potest, iuramento non obstante, ex noua causa repetere. Primo narrat factum, secũdo p. uidet ibi, Manda mus. Casus lit. Quidã ciues Pisani, I. & G. cuidam vsurario P. nomine, multas vsuras soluerunt, iuramento interpositio, quod nec per se, nec per alios dictas vsuras repete-

rent

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent,vel apud ecclesiasticum iudicem,vel etiam secularem super his deponerent quæstionem.Creditor postmodum condidit testamentum, in quo præcepit hæredib.suis, vt omnibus, q probarent se dedisse vsuras eidem,ipsas eis restituerent. Sed dicti I. & G.non audebant petere vsuras propter huiusmodi iuramentum, hæredes non satisfaciebant eisdem. Peruenit hoc ad notitiam domini Papæ, vnde mandat Pisano Archiepiscopo, quatenus sub pœna excommunicationis publicè in ecclesia,p-
1 ponat,vt qui super hoc veritatem nouerint,procedant ad testimonium proferendum,& si constiterit de præmissis , compellat hæredes illius per censuram,vt vsuras, quas pater illorum a
a prædictis recepit,restituant vniuersas. Ber.No.1.quod iuramentum de vsuris solutis non repetendis,non operatur remissionē vsurarum,præsumitur enim tale iuramentum extortum, ar.c. super hoc,de renun.†No.ibi,Secularem, ar. quod nedum coràm ecclesiastico,sed etiam coram seculari iudice vsuræ repeti possunt,sed Io.And.dicit hoc non probari hic,quia sunt verba par-
a tis,2 & remittit ad no.per Archid.in c.quid dicam, 14.q.4. & ad glo.in clem.dispendiosam,de iudi.Ego remitto ad plenius per
2 me tractata,sup.de fo.compe.c.cum sit generale.†No. bonam practicam citandi testes,quando ignorantur personę,vt fiat generale præceptum sub excommunicationis pœna, vt qui super tali facto nouerint veritatem, compareant ad testimoniū proferendum.Et quandoquidem iste text. loquatur in materia peccati,idem tamen puto dicendum, vbicunque testes compelli
b possunt,b quia tunc tacere veritatem est peccatum mortale, in c.quisquis.11.q.3.& ca.1.de crim.fal. de quo vide, quod dixi,in c.1.& fi.de test.co.& tene menti hanc vltimam practicam. Et ex hoc,& ex tex.no.q ratione testimonij ferendi potest laicus compelli a iudice ecclesiastico,& credo, q etiam in causa vertente coram iudice seculari poterit iudex ecclesiasticus ad requisitionem iudicis secularis hanc sententiam excommunicatio-
c nis generaliter & in specie ferre, c si persona sint notæ, qa sicut iudex secularis impendit auxilium iudici ecclesiastico, ita eccsa tra debet facere ecclesiasticus.6.dist.c. cum ad verum, facit q no.Innoc. in c.licet ex suscepto,de fo.comp.& 14.q.1. c.quanq Vltimo no.casum,in quo iudex ecclesiasticus procedit ex officio ad inquirendum super veritate, infamia non præcedente. Contra hoc opp.de c.qualiter,& quando,il 2.de accu.Sol.dic, secundum Host.q istud est speciale, vbi agitur de correctione peccatorum,vel vbi imminet periculum animarum , ad idem c.vnicum,vt eccl.benefi.de cler.pereg c.fi.de præb.c.graue, cū simi.Secus, vbi fieret inquisitio contra subditum ad delictum puniendum,vt in contrario,& vide per eundem Hostiē.in d.c. vnico,quod no. Vide aliam limitationem, quam ponit Innoc. in c.1.de postu.præla.vbi dicit,q in inquisitione, quæ fit generaliter,& non de certo crimine,non requiritur infamia præce-
d dens,vt ibi Idem dic in inquisitione generali d personarum, vt in c.1.de offi.ord.& l.cōgruit,ff.de offi.præsi. Et ex isto tex. sumpta occasione tractat hic Inno.in quib.casib.sit iudici permissa inquisitio,& in quibus prohibita. Quæ materia melius & congruentibus expeditur in c.qualiter, & quando prælleg.& per Bar.in l.2.§.si publico,ff.de adul. & l.4.§. hoc autem iudicium, ff.de dam.infect.Sed,vt non desint hæc verba Inno. quæ solent multum allegari,& vt intelligas cum effectu illa, hic subijcio.
3 †Ponit enim aliquos casus , in quibus iudex ex officio suo pōt procedere,& aliquos prohibitos. Primus de concessis est, vbi agitur de restitutione vsurarum,quas debitores iurauerūt non repetere, vt ex quo pars impeditur agere, possit iudex ex offi-
e cio suo prouidere,e secus dicit,vbi pars non sic ligauit se ex iuramento,quia non debet iudex sic procedere ad vtilitatem priuatam,ex quo pars potest agere,& non petit.Fatetur tamen postea q episcopus ℈ eum,quem suspectum habet , potest inquirere de vsura,sicut & de alijs criminibus non ad priuatum interesse alicuius priuatæ personæ,sed ad pœnitentiam imponendam,& sic loquitur de offic.ord.c.1.Dicit tamen Host. q tunc per consequentiam versatur priuatum interesse , quia fructuosam pœnitentiam agere non potest , nisi restituat alienum, 14.
4 q.6.c.1.de vsuris,c.cum tu.†No.q per hoc videtur sentire Inn. quod in primo casu,quando iurauit non repetere, possit iudex principaliter procedere ad vtilitatem priuatam, & pro hoc in-
f duco talem rationem. Vbicunque æquitas f suggerit, & pars non potest agere,potest iudex ex officio prouidere parti. l. planè.ff.de pet.hære.no.Bart.in l.1.§.2.ff.quod vi,aut clam, facit l. Quintus Mutius,in fi.ff.de ann. leg. & ad hoc facit iste tex. quē no.nam Papa videtur hic moueri non solum ob salutem animæ defuncti,sed etiam ob vtilitatem istorum , qui iurauerunt
5 non petere †Secundus casus non dubitabilis, secundum Inno. quando episcopus inquirere vult de consanguinitate inter cōiuges,de diuor.c.porro.35.q.6.c.si duo.Et idem generaliter potest dici,secundum eum,vbicunque vult inquirere de alio impedimento canon. Eadem.n.est ratio secūdum Host. ergo idē ius.pro hoc c.1.& c.significauit, de offic.ordi.Et quod hoc possit in contrahendo,est expressum in c.fi. declande. despon.sed idem dicendum in contractu,ex quo non agitur ad pœnā, sed ad peccatum enitandum,vt no.sup.& per Inno.in d.c.1. de po-
6 stu præl.†Tertius casus, cum vult inquirere de iuribus Principis,C.de bon.vac.l.pen.& vlt.lib.10.de quo remittit Hostiē.ad c.cum dilecta,versi.nolentes,de confir.vti.vel inuti.Respectu
7 vero prohibitionis,possunt elici tres regulæ ex dictis Inno.†Prima,quod regulariter de crimine non inquiritur ex officio, sed tu intellige,quando procedere vult ad pœnam, non præceden-
g te infamia, g alias secus, vt in d.c.qualiter & quando, & expedias hanc regulam melius,vt ibi no.per Bart. in d.§. si publico.
8 †Secunda regula,quod super iuribus ecclesiæ non est procedē dum semper per inquisitionem , sed seruato ordine iuris,scilicet oblato libello nomine ecclesiæ, & aliis ritè obseruatis. fatetur tamen,quod Papa possit ex officio super illis procedere de plenitudine potestatis,& sic videtur intelligere c.cum olim,de test.Sed aduerte,quia idem Innoc.aliter videtur dicere, vel fatem hoc limitar in c.quoniam.§.sunt & alij, vt lite non contest. Dicit enim,quod ratione excessus potest iudex ex officio suo p cedere super iuribus ecclesiæ occupatis , vel male detentis,allege.d cap.cum olim, & illum.§.sunt & alij, de accu.c. qualiter, & quando,prælleg.cum simi.Dictum ergo suum hic oportet intelligere, quando iudex vult procedere super iuribus eccle-
siæ non occupatis , vel male detētis, itaquod cuitatur excessus. Et vide circa hoc,quod no.idem Innoc. in c.episcopi, de rebus ecclc.non alie.sed mihi plus placet, vt indistincte possit iudex procedere ex officio super iuribus ecclesiæ, quia ad vtilitatē pu-
h blicam iudex procedit ex officio.l.congruit.h ff.de offi.præfid. & in Auth.vt nul iudi.§.1 & §.quoniam, no.Bart. in l.4.§. hoc autem iudicium,ff.de dam.infect.sed ius publicum consistit in sacris,sacerdotibus,& magistratibus.1.dist.c.ius publicum. l.1. ff.de iusti. & iur. Item si potest procedere ex officio super iuribus Principis temporalis, vt supra, secūdum Innoc. fortius idē
i est permittendum super iurib.Principis æterni.i Nam bona ecper,de causa poss.& propr.pro quo facit, quod habetur in Aclesiæ sunt Dei,in c.cum ex eo,de elect.lib.6. dixi in c. cum in-
k then de eccl.tit.§.si quis ædificationem, k vbi tam ecclesiasticus,quam secularis iudex ex officio procedit in actu pio, quinimo etiam ad vtilitatem priuatam potest,& debet.iudex procedere,quādo agitur de miserabilibus personis,& de actu pio, vt in l.nec quicquam,§.aduocatos,ff.de offic.procon.no. Bart.
9 in d.§.hoc autem iudicium, quod no. †Tertia regula, quod super iuribus singularium personarum non est procedendū inquirendo,vel extra ordinem,sed libello oblato,& seruato iuris ordine.Quod etiam seqnitur Ioan.And.in c.fina. de fo. comp.
10 lib.6.Ego ad hoc allego.l.ad peremptorium,ff.de iudi.& l.prorperandum.§.1.C.eo.& Auth.qui semel,C.quomodo & quando iud.vbi patet,q iudex non debet citare absentem,nisi parte
l petente,& sic aliter non valet citatio,l vt dixi in c.1.supra de iu di.& not.Bart.in d.l.ad peremptorium.Hoc intellige verū, nisi causa sit miserabilium personarum,quæ non possunt seluare, vt in c.2.87.dist.no.Bar.in d.§.hoc autem iudicium, & Io.And. post Host.in c.2.de rest.spol.vbi dicit,quod in restitutione miserabilis personæ spoliatę,potest iudex procedere inquirēdo,arg. ibi.

ADDITIONES.

a Verba partis.Tu dicas, quod imo probatur,quia licet sit narratio partis, est iuris ministerium, vt habetur in c.post miserabilem, de usu. And.Barb.
b Compelli possunt.Imo procedit ubicunque ueritas aliter sciri nō pōt , quia indistincte potest quilibet compelli testificari,ut uoluit Host.in c.1. de iusti.cogen. And. Barb.
c In specie ferre. Tu dicas,quod imo hoc probat iste tex.tenendo,quod hic ℈ petur,quod vsuræ possint peti,coram iudice seculari,vt probatur in c.quib miserabilem,de vsu. And. Barb.
d In inquisitione generali. Idem dicas in inquisitione, quæ fit super comine do crimine,ut per Inno.in d.c.1 .Idem dicas, si non opponitur quod procedit inquisitio,tex.est in c.1.de accu.lib.6. Ant. Fran.
e Prouidere. Sed alleg.Bart.in contrarium in l.non solum.§. quanquam.ff.de inmu.vbi si quis non potest agere , non potest iudex ex suo officio inquirere ad eius utilitatem.pro dicto Abb. hic uide, quod uoluit Do. Per.in cap. cum inter, de excep. & text. in l. non solum , in §. quanquam. ff. de iniur. And. Barb.
f Aequitas. Vide latè per Alex.in l.3.§.hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Sebast. Sap.
g Infamia.Vide tu do.Feli.in c.licet,col.2.ver.in glo. singulariter, infra de accusa.vbi dicit,quod quando aliquis denunciatur a persona fide digna, posset superior committere inquisitionem super crimine. Sebast. Sap.
h Lege, congruit.Lex congruit,loquitur in criminalib.ad purgandum prouciam malis hominib. And.Barb.
i Principis æterni.Sed pondera,quia in l.pen.&l.fi.de bon.vac.est expressum, sed in ecclesiasticis non. And.Barb.
k Aedificationem loquitur in ædificanda ecclesia fauore cultus diuini. Andr. Barba.
l Aliter non valet citatio. Adde Feli.in c.1.in 3.no.col.1. ver. valet autem, vbi ponit casus, in quibus an citatio ad partis instantiam facta fuisse per alium, ver. est etiam notandum.& versi. nunquid citatio valeat, & ubi plura ibi aposil.Celsi,& Beue.Vad.supra de proba. Zachar.

11 ibi. †Quæro, nunquid per illa verba testatoris, vt restituerent omnibus,qui probarent & c.videatur istis debitoribus remissū iuramentum? Glo.in ver.probarent,finaliter concludit, quod sic,quia in testamentis debemus facere largam interpretationem.c.cum dilecti,de don.& l.in testamentis,ff.de regu.iur. &
a sic iure legati poterunt petere vsuras a solutas. Hanc opi.sequūtur Goff.& Host.& Do.Ant. Nec obst.secundum Goff. si dicatur legatum inutile,ex quo legatur, quod debetur, vt Instit. de leg.§.ex contrario, quia non est ex toto inutile. Aut enim pecunia non erat soluta,& videtur legasse liberationem respectu p-missionis,& iuramenti,ff.de lib.lega.l.3. Aut erat soluta, & intelligitur legasse exceptionis remissionem,l. si creditor, eo.tit. vnde non obstante iuramenti exceptione, poterunt repetere vsuras.nam pars,in cuius vt ilitatem iuratur, potest iuramentū remittere, vt in c.1.supra eo.& c.2. de spon. & quod ibi no. per Ioā.And. Nec obst.quod tex.dicat, quod repetere non attentabant,& c.quia sine causa timebant,secundum eum, forte teneri subtili reuerentia iuramenti,C.de fide instru. l. fi. & de simo. c.& si quæstiones. Nec obst. si dicatur, testatorem nil istis reliquisse,cum tātum loqueretur suis hæredibus, quia, vt dicit do. Anto.& bene,non refert cum quo testator de sua volūtate loquatur,vnde inspicimus potius effectum,quàm verba.l. miles ad sororem,in prin.& l.peto,& l.cum pater.§.surdo,ff.de leg.2. & per hoc videtur tolli opi. Inno.hic,qui dixit, iuramentū istis obstare,cum nihil fuerit eis remissum,& aliqui sequuntur hāc opin. Inno. Aduerte,quia iste text.facit pro,& contra, primo.n, facit pro opin.Inno.in eo,quod ipsemet Papa dicit,quod timo
re iuramenti non audebant vsuras repetere. Si enim iuramētū in veritate non obtitisset,Papa mandasset denunciari eos iura
mento non teneri,sicut fecit.infra eo.c. Quintauallis,& proce dit in causa ad istorum instantiam, nec processisset ex officio suo.In contrarium facit,quia vno concesso,videntur omnia cō cessa, per quæ venitur ad illud,vt in c.præterea, & c. prudentiā, de offic.delega.& l.ad rem mobilem,& l.ad legatum,ff. de procu.Sed iste mandauit vsuras restitui oibus,qui probarent, &c. ergo videtur remississe omne obstaculum,per quod impedire
b tur probatio. Sed his non obstantibus distinguerem sic,q aut debitores remiserāt liberaliter vsuras b creditori, & per illa verba generalia non puto vsuras legatas, quia in dubio non videtur ius suum iactare voluisse,maxime p verba generalia, de institu.capit.cum venissent,& l.cū de indebito,ff.de proba. Aut non remiserant saltem liberaliter,& tunc cum testator sit obligatus,quoad Deum ad illas restituendas, debemus in dubio interpretari,quod illas legauerit,cum non debeamus præsumere eum suæ salutis decessisse immemorem.11.q.3.cap.sancimus,facit c.fina. de sepul.& hoc expedit saluti animæ suæ, facit q no. in cap.vno, de scru. Verba enim dubia debent intelligi ciuiliter secundum subiectam materiam,ff.de leg.1.l.si seruus plurīū. §.fina.11.q.3.c.rogo.Ad hanc distinct.facit,q no. Ioan.And. in addi.Spec.in titu.de vsur.in 3.col.vbi inter cætera dicit notabile verbum,q si debitor remisit vsuras,an valeat remissio, conIecturandum est per indicia,an fuerit liberaliter facta, an vero in fraudem,arg.in c.2. de renun.lib.6. An autem per illa verba testatoris posita in text. vel similia, probetur testatorem fuisse vsurarium.Dic,quod non, cum simpliciter fateatur se nō vsurarium,de quo vide no.per Fed.cons.62.ar.in l. si non designata.C.de fal.cau.adie.leg.& c.si Papa,de priuil.lib.6.Si autem vis tenere opin.Innoc.& quæras de alio remedio cōpetenti,vel pofirto,q testator nihil dixerit,dic,vt in glo.2.& in ista in fine, quā notabis, & plenius dixi,in c.1.supra eo. Oppo. contra tex.in eo, quod Papa mandat testes recipi,lite non contest.contra tit. supra, vt lite non contesta.Sed glo.vlt.dat tres solutiones. Prima, quod hic procedebatur per viam inquisitionis. Secunda,quod Papa voluit extra ordinem procedi.Sed hodie dic, vt in cle. dispendiosam, de iudic.vbi dicitur. quod in causa vsurarum,pōt procedi simpliciter,&c. Tertia sol.quod hic agebatur de executione vltimarum volūtatum, & no.bene hanc sol. & procedit secundum iutellectum,quod hic fuit facta remissio in testamē to.Et ex ea notabis, quod super executione vltimarum voluntatum potest procedi ex officio inquisitionis,quod in dubio,p-
12 cedit in pijs causis,de testa c.tua.in Auth.de eccl.tit.§. si gs ædificationem.†Vltimo extra glo.quæro, hic fit edictum generale,vt qui super eo nouerit veritatem, cōpareat ad testimoniū Proferendum,nunquid isti debitores poterunt ad hoc comparere iuramento non obstāte? Host. dicit,quod sic, quia hoc nō est contra iuramentum præsupposito,q non fuisset remissum, quinimo,si ad hoc voluissent se adstringere,non valuisset iuramentum,tanquam temerarium. 11.q.3.c.quisquis,de crim.fal. c.1.Licet enim non faciant probationem , posset tamen eis iu-
† ramentum deferri, alleg.de test.c.in omni.& infra c.fi. No.hæc verba,c licet sint aliquantulum dubia,sed intelligo, quod nō satisfiat probationem plenam, cum agatur de eorum commodo, tamen admittentur , iudice procedente per inquisitionem, ad aliqualiter fidem faciendam,cum agatur principaliter ad satisfaciendum animæ defuncti,arg.d.c.in omni. †Ex hoc habes, q in processu generali contra vsurarium admittūtur debitores, qui soluerunt vsuras,in testes, non tamen ad plenam fidem faciendam,de quo vide, quod no.Fede.consil.17. Quid autem si debitor,qui iurauit uon repetere,denunciat, an possit in causa denunciationis testes producere? Pet.quod sic,cum istud sit accessorium ad ipsam denunciationem, quod placet. Tenetur enim dicere Ecclesiæ cum effectu, pro hoc bon.tex.in cap.plerunque.2.quæst.7.

ADDITIONES.

a Petere vsuras. Tu pondera, quia aliud est quærere , vtrum testator remiserit iuramentum, & aliud,utrum competat actio ex testamento legatarijs illis, quia ex quo soluerant,& iurauerant,non repetere,legando in genere,non uidetur,quod ueniant legatarij iurati. Et ad hoc alleg.glo.in clem.dudum, de sepul.quæ dicit,quod licet fiat reuocatio pactorum,non tamen ueniunt pacta iurata. Et eodem modo, licet reuocentur statuta, tamen non ueniunt statuta iurata,vt est glo.fi.in c.cum non deceat, de elect. in 6. & ibi videtur comprehendere legatarios, nisi dicas, quod istud procedit fauore ultimæ voluntatis,& odio usurarum.Et datur notabilis limitatio ad illas glo. Item pondera, quia fateor, quod testator remittere videtur istud iuramentum, sed isti non poterant probare se soluisse vsuras propter iuramentum , quia istud legatum non facit de his specialem mentionem. And. Barb.
b Liberaliter usuras. Istud non est uerisimile,quod liberaliter remiserint usuras,l.fi.§.si fœnerator,ff. quod met. cau. & licet istud dicat Do. Cald. quem iste non allegat,tamen ipse consuluit contrarium,ut hic refert,& facit glo. in l.si conuenerit.ff.de pign.act. Pondera etiam,quia,ex quo adstrinxit eos per iuramentum, ut non repetant,uidetur, quod nulla liberalitas cadere possit. And. Barb.
c No.hæc verba. Vide Bal.in l.dictantib.C.de test.& quæ ibi dixi, And.Barb. Hæc verba.Idem tenet Bald.Fed.de Sen.& Laur. de Rodul.in locis allega. per Do. Alexand. consi.72.incip. inspecto diligenter processu, colum.4.in 1.volu. Sebast. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Generale dictum generaliter debet intelligi,ubi est eadem ratio, secus, ubi diuersa.*
2 *Dictio,quasi,denotat causam imperfectam.*
3 *Iurans per metum obseruare id,ad quod tenebatur de iure,si contrauenit,incidit in periurium,sed potest petere absolutionem a tali iuramento.*
4 *In notorijs,an requiratur citatio,uel sententia.*
5 *Iudex potest iudicare de eo,quod est sibi notum , ut notorium, & extra iudicium.*
6 *Notoriè excommunicatus in una prouincia,si in alia gerat officium publicum,gesta cum eo sunt ualida.*
Si iudex processit tanquam super notorio , & sibi non constabat, an processus ualeat.
An iudex in notorijs & summarijs possit inuitis partibus , uel consentientibus procedere iuris ordine seruato, & an possit iuramento se adstringere ad hoc.

CAP. XXI.

AD nostram. Iudex,qui iurauit in omni causa iudiciarium ordinem seruare,in notorijs subtilitatem ordinis iudiciarij nō seruabit. Vel generalius summo sic. Iuramentum generale debet ita intelligi,si fieri potest, vt non obuiet iuri , alias tanquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiam. Diuiditur.Nam in prima parte recitat tenorem iuramenti. In secunda,ibi,Nos,illud dupliciter interpretatur, & secunda interpretatio,ibi,Quanquam. Et vt clarius habeas intellectū, pone sic casum. Archiepiscopus Neapolitanus quasi per extorsionem forte ad instantiam sui capituli,vel populi, præstitit generaliter iuramentum,vt in omni causa obseruaret ordinem iudiciarium. Processu temporis, cum occurrerent facta notoria, dubitauit,an deberet in eis ordinem iudiciarium obseruare. Papa super hęc consultus interpretatus est hoc iuramentū dupliciter.Primo,vt non extendatur ad causas notorias,sed intelligatur secundum subiectam materiam, scilicet vt in causis nō notorijs obseruetur ordo iudiciarius; in notorijs vero non seruetur per omnia,quia ordo in notorijs est,vt per omnia nō seruetur,iuxta illud vulgatum. In extraordinarijs ordo est ordinē non seruare. Secundo dicit posse intelligi, vt referatur ad causas,in quibus ordo iudiciarius est seruandus. Dicit enim, quod si iste Archiepiscopus habuit in animo, vt ordinem iudiciarij in omni causa pariter seruaret, & sic cessat prædicta interpretatio: tale iuramentum,cum sit contra canonicas sanctiones,potius est dicendum periurium, nec aliqua ratione seruandum. No.1.quod iuramentum contra canonem proditum in fauorem publicum,non ligat,facit c.si diligenti, de foro compe. & sup.eo.c.sicut.No.2.quod iuramentum generale debet restringi,& intelligi secūdum subiectam materiam, & reduci ad terminos iuris communis,quantum fieri potest, facit c.1.eo. titu. lib.6.No.ibi,Non per omnia,&c.quod ordo iudiciarius non videtur ex toto in notorijs sublatus,facit ad id, q no.hic in glo.2. No.quod ordo quandoque consistit in nō seruando ordinem solitum. No.quod tela iudicij potest dici ordo in eo, q ordinarie ꝓcedit. Nam qnq; religio appellatur ordo, quia debet esse ordinata

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinata, & approbata, vt legi. & no.in c. 2.qui cle.vel vo. Quãdoque appellatur ordo character, qui imprimitur in ordinatione clerici, de quo vide, 22.distin.in sum.† Vlt.no.quod dictum generale non semper generaliter intelligitur quod procedit, quando non est eadem ratio omnium contentorum sub genere, alias secus, & sic reducas ad concordiam iura alleg.in fi.quę per hoc remanent declarata. Opp.& videtur, ex quo per extorsionem hoc iuramentum fuerat præstitum, non debebat ligare saltem effectu aliter, ar.supra eo.c.si vero, & c.verum. Sol.gl. 1.dicit, quod ob hoc videbatur non tenere, sed aliter non soluit contrarium. Dic tu simpliciter primo secundum Io. And. quod hic non fuit vera extorsio, secus in contrarijs, facit de cle. c.quorundam, li 6.in prin.& constitutio Io.execrabilis in prin.

2 hic tex.dicit, quasi.† Ex quo no quod dictio. Quasi, diminuit, & rem imperfectam significat, vt no.in l.in facto, ff. de condi. & demon.vbi tex.iuncta glo.& in l.in personam §.qui pecuniam, ff.de pact.vide glo.in c.parochianos, de deci.& c.prout, de dolo & contu.Vnde exponit tex.Innocen. quasi per extorsionẽ, idest contra consilium, vel desiderium tuum, non tamen fuit vera extorsio secundũ eum. Secundo potest dici, quod præsupposito, quod vere fuisset extortum per metum, nihilominus ligat, donec sequatur absolutio per superiorem, vt in cõtrarijs,

3 & dic, vt ibi plenius notatum fuit. † Sed hic aduerte ad vnam quæstionem vltra ibi tactam pone, quod per metum quis obligauit se per iuramentum ad id, ad quod alias tenebatur de iure communi, nunquid tale iuramentum liget, vt contraueniẽs incidat in periurium? Doc.hic instãt, sed in dubio tenerẽ, quod sic.nam si tale iuramentum obligat ad indifferentia, vt in d.c. si vero, fortius ad id, quod est secundum ius. Dicit tamen hic Io.And.quod per superiorem poterit à tali iuramento absolui, quod bene no.Ex quo habes, quod licet quis sit obligatus ad aliquid faciendum de iure cõi, tñ si per metum iurat illud facere, pt petere absolutionẽ, ne forte ꝫueniẽs incidat in periuriũ, vbi alias non incideret, & sic extẽdas.c.si vero, 3.eo.ti.nam iniuria sibi irrogatur in eo, quod illaqueatur iuꝛo ad iuris obseruantiam, vt in c.legebatur, de maio & obed.† Opp.2.in eo, quod

4 tex.dicit in notorijs ordinem iuris non seruandum, quia imo seruari debet. 2. q. 1. c.Deus omnipotens, & c.porro, de diuor. Solu.gloss. 2.supplendo ad literam, quod non est ordo seruandus sic ex toto, sed in parte sic, debet enim fieri citatio, & sententia ferri, vt in contrarijs. De hac materia dic, vt plenissimè no. in c.vestra, & c.tua, de cohab.cler.& mul D.An.dicit hic, quod citatio exigitur, licet non peremptoria. De sententia dic, quod exigitur, sed non cum solemnitate, vel scriptura. Dic, quod respectu citationis variæ sunt opi. Nam glo.in c.porro, præall.sentit, quod non sit necessaria. Inno. fuit varius, vt no.ipse in c.tua, præal & c.quanto, de transl.Epis.& vide gl.2.q.1.in summa, & c.quæ Lotharius.eadem q.quæ mihi semper placuit, quod vbi factum est ita notorium, vt inficiari non possit, nec requiruntur

a aliquæ præsumptiones, a non est necessaria aliqua citatio, nec requiritur solemnis sententia, sed sufficit quoddam præceptũ. Sic possunt intelligi, c.cum olim, de re iud.& c.quanto, de trãsla.Epis.& c.bone, de elect.aliter autem procedat dictum glo. hic. Pro qua optimè facit iste tex.dum dicit, Nõ per omnia, &c. & ibi, Qui debet in alijs, &c.quasi clare innuat, quod aliquis ordo est seruandus.& pro citatione facit c.fi.de offi.dele.lib.6.iuncto c.1.eo.ti.& lib.Et hæc conclusio videtur de mente Io. Cal. in d.c.vestra.vbi plenissimè de hac materia. Sic limitat Innoc. in c.ex parte, de verb.sign.vbi dicit in notorio iudicem procedere potius exequendo, quam sententiar.do. Ad prædicta allego tex.glo.& Barto.in l.ictus fustium, ff.de his, qui no. infa.vbi probatur, secundum vnam lectu.quod non requiritur in notorio causæ cognitio, nec solemnitas sententiæ, sed sufficit iudicis præceptum de exequendo. Ad idem.l.2.§. quod de frumentaria, ff.de admi.rerum ad ciui.perti.vbi clare colligitur maximè per Barto. quod vbi omnia iura partis sunt nota iudici, vt quia producit librum, vbi sunt omnes rationes, potest pronunciare parte absente, & non citata, ratione notorietatis, & hoc voluit

5 Innocen.in d.capitu.quanto.† Sed quæro, vtrum indifferenter in notorijs præmittendus sit ordo iuris? Gloss.ista 2. notabiliter distinguit, quod aut sunt notoria in hac ꝓuincia iudici, & alijs, & procedit, quod hic dicitur. Aut non sunt notoria in hac prouincia, sed alibi, vel si hic sunt notoria, non tamen iudici, sed aliis, & tunc habet iudex duplicem modum procedendi, vt in gl.quam singulariter nota.maxime in eo, quod aperte sentit quod de eo, quod est notum iudici, vt notorium, licet extra iudicium, potest iudex iudicare. Et idem no. gl.in l.1. C.qui & aduer.quos, & bene facit iste tex. facit qđ no.gl. & Bar. in d.l.ictus fustium, ff.de his, qui no.infa. Et inquantum glo.exigit notorietatem in prouincia, ego intelligo de ea prouincia, quæ habet vnum regimen, sicut olim, cum regebatur vno prætide, in c.2. de offi.deleg.lib.6. Sed cũ hodie singulæ ciuitates habeant sua regimina, iuxta no.in l.fi.C. de præsc.lon.temp. requirerem no totietatem in ciuitate, seu suo territorio. Nam de eo, quod est extra territorium, iudex rectè informari non potest, nisi per ꝓ-

6 bationes, argum.l.fina.ff.de iurisd.omn.iud.† Et facit hæc glo.ad quæstionem. Pone quem notorie forte esse excommunicatum in vna prouincia, in alia vero, vbi gessit officium publi-

b cum, hoc erat occultum, b nunquid tenebunt gesta habito respectu ad prouinciam, vbi gerunt, vel nullo considerato, quod semel iste fuerit notorie excommunicatus? Facit hæc glo. quod debent tenere. Idem tenet Pau.de Lea.& refert Ioan. Andr. sic sibi respondisse. Ita recitat Domi.Anto.in c.scisicitatus, de resc. qui tamen opponit de dicto Ioan. And.in dicto c. inquisitioni, de sen.excommuni. Mihi placet primum dictum, quod probatur arg.in l.Barb.ff.de off.præt.& l.2 C.de sen.& 3.q.7. c.infam. §.tria. versic. verum. Nam in illis iuribus dicitur, tenere gesta a seruo tolerato ratione publici officij, est profecto verisimiliter credendum, quod in eorum partibus notorium erat illos esse seruos. Item ratio communis erroris procedit, licet in alia prouincia factum sit notorium. Est enim probabilis ignorantia respectu eorum, quæ geruntur extra prouinciam, infra qui maaccu.pos.in c.fina.in Authen.vt fac. no. const. Ad dictum Ioan. And.in c.inquisitioni, dico, quod non obstat, quia solum dicit, quod notoriè excommunicatus in vna prouincia, potest tanquam notorius vitari in alia per scientes, licet ibi non sit notorius, & sic loquitur respectu scientium, sed respectu ignoran-

7 tium, potius sentit oppositum, & hęc no. † Sed circa hoc quæc ro, c pone quod factum erat notorium, non tamen constabat iudici, & nihilominus processit tanquam super notorio, nunquid teneat processus? Glo. hoc non aperit, potius tamen videtur sentire, quod non in eo, quod dicit iudicem debere hoc casu procedere tanquam super occulto, vel præmittere causæ cognitionem, an factum sit notorium, sed Innocen.in c.tua, in fi. de coha.clem.& mu.tenet contrarium. Ego sic distinguerem, quod aut qualitas notorietaris erat fundamentum iurisdictionis, (pone exemplum in c.1.de off.deleg.li.6. & in c.accusatus, in §.sane, de hær.li.6.) & tunc processus iudice ignorante notorium, est nullus, arg.in l.quæro, ff.de eo, qui pro tu.& in c.ex parte Astensis.& quod ibi no.de concess.præb.ad hoc theorica Barto.in l.2.de iu.& l.multum, ff.de cond.& demon.& Innocen.in c.cum contingat, de off.deleg.vbi generaliter voluit, quod si iudex ignorat id, quod est fundamentum suæ iurisdictionis, non valet processus, præsupposito, quod habeat iurisdictionẽ. Per hoc dicit notanter Barto.in l.multum, & alleg. Innocen.in d.c.cum contingat, quod si iudex mulctauit contumacem, de contumacia prius sibi non constito, non valet sententia. Et idẽ tenet in l.fi finita §.Iul.ff.de damna.infect.quod no. Aut qualitas notorietatis non erat fundamentum iurisdictionis, sed solũ præstabat facultatem respectu ordinis iudiciarij non obseruandi.& valet processus, & hoc casu procedat opi. Innocen. Ratio est, quia error non est in fundamento, sed in quibusdam accidentalibus, ad hoc, l.2.ff.de iud.vbi tenet sententia, licet iudex ignoret iurisdictionem suam esse prorogatam. Ad idem, ꝙ no. Bar.in d.l.2.& in l.si is ad quem, ff.de acq.hær. Et ideo bona cautela est, vt iudex semper per suam interlocutoriam pronunciet factum esse notorium, & postea procedat tanquam super notorio, & valebit hæc pronũciatio in tantum, quia etiam si factum non esset notorium, valebit tñ processus ordine non seruato, ad hoc, quod legi.& no.in cle.pastoralis, in gl.in ver. declarato, de re iu.facit quod in simili no.Inn.in c.2.de dila. Oppo.videtur enim iuramentum esse licitum, etiam si extendatur ad causas notorias, quia in eis potest iudex ad cautelam iudiciarium ordi-

8 nem obseruare, vt in c.bonæ, de cle.† Glo. in ver. Requirit, soluit, & bene, quod iuramentum indifferenter præstitum ex duplici capite videretur iniquum. Primo, quia læderetur nimium ius actoris, cui incumberet onus probandi. Secundo, quia lederetur disciplina iudicialis, cum non possent puniri notoria, nisi probarentur. Ad c.bonæ, respondet, vt patet in ea. vnde læpe crimina remanent impunita, contra c.vt famæ, de senten. excõmu.& sic tale iuramentum induceret periculum salutis, arg.12. q.2.c.cum deuotissimam, secundum Io.And. ego latius in hac materia sic distinguo, quod aut iudex in causis summarijs, non tamen notorijs, vult ꝓcedere iudiciario ordine seruato, & pôt etiam partibus cõtradicentib. quia hoc subijcitur arbitrio suo, vt in

ADDITIONES.

a Præsumptiones. Vide Bal.in l.executorem, col.antepe. C.de exec.rei iud. Bal. & Sal.in l.addictos, C.de appel. Bal.in l.raptores, C.de episcop.& cler. Fel. in c.cum ab homine, col.6. supra de iud. Ro.in consi.473. inci. dubitant primo, ad finem. Seb. Sap.

b Hoc erat occultũ. Tu conclude, quod sic, vt no. Ro.cons.84.& posui in apost. ad istum post alios compostillatores meos, in c.super his.nu.10.in ver. excõmunicamus, supra de rescrip. Zach.

c Quero. Vide no.per Fel.in c.cum ordinem, col.9.versi.quarta declaratio, supra de rescrip.vbi tradit, quod non dicitur notorium, quod non est notorium iudici. Seb. Sap.

vt ja clem.dispendiosam, de iudi.& ibi per glo. Non tamen puto eum se posse ad hoc iuramento ligare, quia licet hoc possit ex libero arbitrio, non tamen posset de necessitate, cum quandoque qualitas temporis aliud suadeat, nec debet posse a se abdicare facultarem a iure sibi ob bonum publicum concessam. Simile in teste, qui non compellitur in causa criminali, & tamẽ illicitum est iuramentum de non testificando, vt in c. constitutus, de testib. Et hoc intelligo, quoad causas, de quibus in d. cle. dispendiosam. Sed in aliis causis, quæ sui natura sunt summarię quas tetigi in c.1.de lib.obla.non puto, quod iudex inuitis partibus possit procedere plenarie, ad hoc 11.q.1.ca. si quis cũ cleric.& in Auth.de man.prin.§.tibi. Aut vult iudex procedere in notorijs iuris ordine seruato, & si partes consentiunt, põt, quia res a de facili redit ad naturã suam, 35.dist.ab exordio. facit tex. in d.clem.dispendiosam, in fi.& vide ibi bo.glo. Aut inuitis partibus.& puto, quod non possit, quia lęderetur ius actoris, vt dicitur hic in glo.& bene facit, d.clem.sæpe, in fi. neutro tamen casu poterit iudex se adstringere iuramento, vt hic per rationes prædictas. Et per hoc potest dari alius intellectus ad c. bonæ, ꝙ ibi pars consensit, vnde sponte actor testes produxit. Et de intellectu illius c.dic, vt ibi plene no.

ADDITIO.

Ad hoc facit, quod vult glo.no.in clem.sæpe, in gl.fi.inf.de uerb.sig.& Imo. in 41.colũ. quod licet causa ordinaria non possit de consensu partium fieri summaria, ut est glo.in c.de causis, de offi.dele. tamen secus est econuerso, quia causa summaria potest effici ordinaria per istam regulam, quia res de facili reuertitur ad naturam suam. Hinc videmus, quod licet alias in correctorijs non fiat extensio nedum ex identitate rationis, sed nec etiam ex maioritate, secundum ueras, & communes conclusiones, quæ traduntur in Authen. quas actiones, C.de sacrosc.eccl. tamen in correctorijs semper licita est extensio, quando reditur ad ius commune, & ad naturam suam, quasi materia tunc sit fauorabilis, & quia res de facili reuertetur ad naturam sui, ita dicit glo.solennis, & melior de iure in c.statutum, in ver. numerandum, de præben.in 6.Do.Ant.in c.olim tibi, de verb.sign.Do.Alex.de Imo.in l.fi con fiante.in prin.in 6.col.ff.fol.mat.

SVMMARIVM

Soluens vni sponte, quod alteri est debitum, non liberatur.
Protestatio non excusat id, quod indebitè fit.
Iuramentum subditi de præstando obedientiam illi, cui non debet, est illicitum.
Quis potest esse vasallus plurium.
Iurans fidelitatem pro syndicatu Archiepiscopo, an sit feudo priuandus.
Ex solutione alteri facta, an augeatur debitum.
Recipiens debitum alterius, an teneatur furti.
Debitor, an possit soluere creditori creditoris, ita ut sequatur liberatio.

CAP. XXII.

Ate. Qui iurauit, cui non debuit, cui debet, iurare compellit, Vel summa generalius sic. Si vnũ iuramentum vni debitum, alteri præstatur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur, præstandum est. Primo ponit exordium. Secundo narrationem, ibi, Sane. Tertio concludit, ibi, Cum igitur. Casus literal. Do. Papa mandauit Archiepiscopo Turritano, quatenus nomine Rom.Eccle. iuramentum fidelitatis exigeret, & reciperet a iudice Carolitano, pro ipso iudicatu. Iudex ille requisitus, noluit iuramentum illud exhibere, asserens, quod illud præstiterat Pisano Archiepiscopo, saluo Eccles. Rom. honore. Papa hoc intelligens, scribit hoc iudici supradicto, dicens quod non remittitur debitũ, sed iugetur, cum alicui soluitur, quod alij est præstandum. Sed cũ iuramentum illud Eccl. Rom. dictus iudex præstare teneatur, si iuramentum iam præstitum contrarium reputet illi, quod Domino Papæ præstare tenetur, primum illicitum est, & illo non obstante, illud præstare debet, quod ab eo petitur. Si vero primum iuramentum non est contrarium præstando iuramento, illud sine mora præstare debet. Ber. † Not. quod soluens vni, qđ alteri est debitum, non liberatur. Hoc intellige, quando sponte soluit; secus autem, si compulsus iniuria ipsius creditoris, vel alter, sine iniuria debitoris. Tunc enim saltem habet exceptionẽ contra verum creditorem, argu. optim. in l. nouissimè, ff. quod iussu. De quo vide plenè per Bartol. in tract. de tyranno, & alibi per Innocen. in cap. nihil, de elec. facit l. si merces. §. culpę. & loca. quod no. Facit enim pro istis, qui soluunt aliorum credi ta Tyrannis, vel intrusis Prælatis, de quo plene per Bar. in loco allegato. † No. 2. quod protestatio non excusat id, quod indebite fit, & hoc, quia videtur contraria facto, de app. c. solicitudinem, hoc facit secundum Host. contra quendam officialem, qui fecit nominem suspendi, saluo iure suo. Item facit secundũ Mo-

7 ra, vt non minus teneatur de iniuria, qui dixit, Salua a reuerẽtia vestra, b vos mentimini per gulam. Nam verbum iniuriosum præcedens, vel subsequens, declarat, quod non habet animum saltandi sibi honorem, ad hoc l. si non conuicii, C. de injur. & l. si quis extraneus, ff. de acquir. hær. & ibi hoc no. Bartol. post Dyn. quod no. † Not. ibi: Illicitum, & tene menti, quod si subditus iurat obedientiam, & fidelitatem ei, cui non debet in præiudicium superioris, seu domini, tale iuramentum est illicitum. Et hoc, quia nõ potest seruari sine salutis periculo, cum non possit se obligare in præiudicium superioris, supra eo.c. ve

4 nientes. facit c.cum contingat, in fi. infra eo.& in cap.2.de pact. lib.6.& ꝙ no. Inno.in c.olim, il 3.de restit.spol. † Oppo. videtur enim, ꝙ iuramentum præstitum Archiepiscopo, semper sit illicitum, cum veniat contra ius superiori debitum, arg. in c. intellecto, infra eo. Sol. potest intelligi secundum Inno. quãdo iurasset Archiepiscopo pro alio feudo, seu alia iusta causa, & non pro isto iudicato, tunc enim valet vtrunque iuramentum. Et sic habes quod quis potest esse pluribus obligatus ad fidelitatem, secus in ligio. Potest enim quis esse vasallus plurium, sed non ligius, de quo vide bon.glo.in clem.pastora.in verbo, homo ligius, de re iudic. † Quæro secundo, an iste, qui iurauit Archiepiscopo fidelitatem pro iudicato, sit priuatus feudo? Host. dicit, quod sic, quia quantum in ipso fuit, feudum alienauit, recognoscendo alium in dominum, vt li.feu.de prohi.feu. alien, c.imperialis, & maximè si fiat contra pacta iurata, C. de transa. l.si quis maior. Sed in contrarium facit iste text. in eo, quod Papa exigebat iuramentum ab isto, pro illo iudicatu. Respondeo dupliciter. Primo, saluando dictum Host. quod feudũ ex hoc incidit in commissum, fauore domini, ideo potest dominus tolerare illum, si vult, arg. in c. potuit, in fi. & quod ibi no. de loca.

5 Vel dic, quia ex iusta ignorantia iste fuit excusatus, & forte ob

6 hoc dixit, Saluo honore sedis Apost. † Oppo. 3. Videtur enim ꝙ solutione alteri facta, non augeatur debitum, cum nulla lege hoc caueatur. Satis enim est, quod soluatur debitum, cuius solutione contingit liberatio. l.2.ff.si cert.pet.& Instit. quib.mod. tol.obli.in princ. Solu.glo.1.& bene, quod debitum augetur, ratione difficilioris solutionis. vnde ex hoc grauatur ad soluẽdũ bis. Et per hoc infert glos.2.quod peius, seu grauius est latroni, qui partitur spolia cum socio, quam si non partiatur Host. post Goff. dicit hoc verum, quando ideo non partitur, quia pœnitet de peccato, & intendit vero domino restituere; secus, quando fidem promissam socio frangit ad sui commodum. Et sic credo debere intelligi tex.cum glo.in cap.si ad peccatum, 22.q.4. vbi glo.videtur contraria tex.& vide quod not.Ioã.And.supra

7 in prœmio super glo.siue sit. † Quæro, hic dicit text. quod soluens alteri, non liberatur, sed nunquid recipiens debitum alterius, teneatur ad aliquid? Gl.2.dicit, quod tenetur furti, nisi creditor ratum habeat, alleg.ff.de fur.l.falsus.§.1. Aduerte, quia gl. generaliter nimis loquitur. Nam primo non videtur procedere in casu nostro, quia in rebus incorporalibus non committitur furtum, sicut nec in alijs reb.immobilibus, vt Instit. de vsucap.§. quod autem, no.glos.in c.dudum, il 2.de elect. sed debet glo.restringi.ad res mobiles, & quando alter recepit, sciens debitum ad alium pertinere, & simulauit se procuratorem, sic loquitur.l. falsus. Vel quãdo recepit nomine proprio sine aliqua iusta causa, secus autem, si credebat debitum ad se pertinere. Tunc enim excusaretur a furto, seu rapina. Insti. vi bono.rapto. §. quia tamen. Idem, si recepit, vt negociorum gestor, arg.l. ꝓpe.

8 ff.de nego.gest.& l.si pupilli. † Nunquid autem possim soluere creditori creditoris mei, ita, vt contingat liberatio ipso iure? qõ est vtilis, & non facta per canonistas. Dico, quod aut quæritur, nunquid creditor meus ex illa solutione sit liberatus, & dico, quod sic, etiam si eo inuito soluissem creditori suo, vt l. soluendo, ff.de neg.gest.& Insti.quib.mod.tol.obli.in prin. Aut quæritur, nunquid ego sim liberatus a creditore meo Bart. in l. solutum.

ADDITIONES.

a Et de hoc vide per Alb.in 2.parte statu.q.45.alias 44.inci. sed quid si quis dicat.& idem dicit Bar.distinguens super hoc in l.quæ omnia, ff. de procu.in prin.sequitur Do.Alex.in l.turpia.ff.de leg.1.& in l.fi.ff. quod quisque iur. Adde etiam ipsum Pan.qui idem tenet in c.cum te, de re iud.quamuis contrarium teneat Spec.in tit.de aduo.§.iam nunc.in ver.hoc tamen caueat. Et pondera, dum iste dicit: Nam uerbum iniuriosum præcedẽs, uel subsequẽs, ponderat uerbum subsequens, nam uidetur uelle, quod indistincte siue ꝓ testatio præcedat, deinde sequatur uerbum iniuriosum, uel econtra, idem iuris sit, ut teneatur. Sed inuenio, quod Io.Ber.in suo repert.in uer. iniuria, in 3.col.tenet, quod si protestatio præcederet, deinde sequeretur, uerbum iniuriosum, quod non teneretur, ut si dicerem Saluo honore tuo, uel salua reuerentia tua, quod essem excusatus. Sed non puto, quod hæc limitatio sit uera. Primo, per regulam, quæ habet in his, quæ uno contextu fiunt, nõ est dare prius, nec posterius, l.nec enim, ff.de sol.iuncta doct.Bar. in fi.in l.2.§. prius, ff.de uulg.& pup. Secundo, per regulam, quæ habet, quod quotiescũque protestatio siue præcedens, siue subsequens est contraria actui, qui geritur, nihil releuat, ut probatur in c.solicitudinem, infra de app. sed inuit ia est contraria protestationi, siue ipsa protestatio præcedat, siue subsequatur, ergo nihil releuat. Et ita uidetur mihi uelle hic Panor.ibi, præcedẽs, uel subsequens, &c. ut sup. dixi.

b Salua reuerentia uestra. uide Do.Ias.in 1.ut uim, col.fina.ff.de iusti.& iure. vbi dicitur, quod potest dari libellus iniuriarum ei, qui dicit tu mentiris, salua reuerentia, & subdit, quod non liceret replicare, imo tu mentiris, ut ibi per eum. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum. §. solutam, ff. de pign. act. sic notanter distinguit, quod aut ego soluo creditori creditoris, qui habet me, vel bona mea obligata. Pone exemplum, si conduxi hospitium ab eo, qui conduxerat ab alio, ei soluens liberor ipso iure, vt in d. §. solutam, vbi tex. no. Nec mirum, cum possim ab illo cogi ad soluendum, vt l. nomen, C. quæ res pigno. obli. poss. & ideo soluendo, etiã creditore meo inuito, liberor. l. vtrum, ff. de consti. pecu. Quandoque creditor creditoris mei nõ habebat me, vel bona mea obligata, & tunc aut ideo ego teneor creditori meo, quia ipse alij soluere tenetur, & possum alij soluere, vt l. si liber homo, ff. de neg. gest. vbi patet, quod si tu gerendo negocium meum recepisti pecuniam mutuatam, liberor a te, soluendo creditori tuo, quia contemplatione mea, tu es illi obligatus. Aut causa, quare creditori meo teneor, est omnino separata a prima, & tunc aut soluo creditori creditoris, creditore meo volente, & in dubio contingit liberatio. Aut eo inuito, a & tunc non contingit liberatio, vt l. innito, ff. de sol. & l. fi. C. de neg. gest. Aut eo ignorante, & contingit liberatio ope exceptionis, vt l. si opera, ff. de do. excep. & ibi bon. glos. Ex his notanter dicit Bar. quod si primus creditor habet instrumentum, in quo continetur obligatio omnium bonorum, & per consequens iste debitor debitoris, seu nomen eius est obligatum, poterit soluere illi creditori creditoris, quod est notandum. Vide tamen gl. Instit. quib. mo. tol. obli. in princ. quæ sentit, quod cuilibet creditori creditoris potest solui, etiam inuito creditore, & contingit liberatio. Sed primum dictum credo verius, per d. l. si opera, & tenet etiã glo. ibi, & in d. l. solutum. §. solutam, & hæc not.

ADDITIO.

a Eo inuito. Vide Bart. idem tenentem in l. non solum. §. fi. in fi. ff. solu. matr. & Bald. in l. 1. de excep. Sebast. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians licite iurat stare mandato iniuriati pro satisfactione iniuriæ, & cum agitur de crimine criminaliter, non potest compromitti.*
2 *In fœminam potest compromitti, tanquam in arbitratricem, non tanquam in arbitram.*
Fœmina potest esse arbitratrix, sed non arbitra.
3 *Arbitrator, an possit mandatum reuocare.*
4 *Filius hæreticus potest a patre exhæredari.*
5 *In omnibus casibus, in quibus pater potest filium exhæredare, potest ei denegare alimenta.*
6 *Filia, quam pœnituit luxuriasse, debet a patre ali, & dotari.*
7 *Quis sit arbiter, & quis sit arbitrator.*
8 *An arbitrator possit assumi super lite decidenda.*
9 *Arbiter procedit seruato iuris ordine, arbitrator procedit iuris ordine non seruato, coram quo proceditur, lite non contesta. nec sententia datur in scriptis.*
10 *Arbitrator quis potest esse in facto proprio, arbiter uero non.*
11 *Arbiter non iurat, nec partes, arbitrator vero sic, & arbitrium iuratum pariit officium iudicis.*
12 *Arbitrator an possit, ut suspectus recusari.*
13 *Monachus, an possit esse arbiter uel arbitrator.*
14 *Iudex ordinarius potest esse arbitrator & non arbiter.*
15 *Ex arbitramento an nascatur actio.*
16 *Arbitramentum an emologetur.*
17 *Quo iure sententia arbitratoris reducatur ad arbitrium boni uiri.*
18 *Compromissum factum in arbitrum, soluitur morte unius ex compromittentibus; secus, si compromissum sit factum in arbitratorem.*
19 *Attestationes & confessio facta coram arbitro, faciunt fidem coram iudice, secus si coram arbitratore.*
20 *Confessio facta coram arbitro, potest reuocari, etiam post sententiam latam, secus coram arbitratore.*
21 *Litis contestatio coram arbitro interrumpit præscriptionem, secus coram arbitratore.*
22 *Arbiter non potest procedere diebus feriatis, arbitrator sic.*
Instantia an currat coram arbitro, vel arbitratore.
23 *Arbiter & arbitrator, an si semel pronunciauerunt, possint mutare sententias suas.*
24 *Arbiter, vel arbitrator, an cogantur laudare.*
25 *Arbiter non potest sententiam ferre in ecclesia, arbitrator sic.*
Dispositio c decet, de immu. eccl. lib. 6. habet locum in arbitro.
26 *Arbiter, seu arbitrator, an possint extendere manum extra compromissum.*
27 *Excommunicatus an possit esse arbiter, & quis dicatur notorie excommunicatus.*
28 *Arbitrator potest de bonis unius alteri tradere, arbiter uero secus.*
29 *Arbitrium si continet manifestam læsionem & enormem, potest per superiorem retractari.*
30 *Quæ est ratio, quod sententia arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, sed arbitratoris sic.*
31 *Promittens stare sententiæ arbitratoris sub pœna, vel iuramento, non incurrit pœnam, nec periurium, si petit, quod reducatur ad arbitrium boni viri.*
32 *An partes possint per pactum renunciare reductioni ad arbitrium boni viri.*
33 *Reductio ad arbitrium boni viri, pro quanta læsione detur.*
34 *Petens reductionem ad arbitrium boni viri, si succumbat, an incidat in pœnam compromissi.*
35 *Reducens ad arbitrium boni viri, si pro parte succumbat, & pro parte obtineat, an incidat in pœnam totam, an excuse pur.*
36 *Si petitur reductio ad decem, & index reductionis sententiauerit in quinque, si non vult soluere quinque, an incidet in pœnam compromissi.*
37 *In quantum tempus arbitrator debeat arbitramentum explicare.*
38 *Bonus uir est iudex, & ad quem iudicem sit ista reductio 39.*
40 *A sententia iudicis reductis arbitramentum ad æquitatẽ, nõ pot appellari.*
41 *Pendente reductione ad arbitriũ boni viri, impeditur executio arbitramẽti.*
42 *Si est compromissum, tanquam in arbitrum, & in arbitratorem, an sit arbiter, an arbitrator.*
43 *Is, in quem est compromissum, ut possit procedere de iure, & de facto, sed in pronunciando de iure tantum, an sit arbiter, an arbitrator.*
44 *Si arbiter assumptus modo prædicto ferat sententiam iniustam, an ualeat talis sententia.*
45 *Arbitrator pot̃ procedere ad sententiã absentibus partib. arbiter uero non.*
46 *Tertius non eligitur, si duo arbitratores discordant.*

CAP. XXIII.

a QVintauallis. a Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere, si præcepit illicita, b vt quod filium exhæredet, vel vxorẽ subijciat, & est cap. famosum valde, propter materiam arbitratorum, quæ tractatur. Communis diuisio. Secunda, ibi, Quocirca. Casus liter. Filiæ Quintauallis venerũt ad verba cum quibusdam alijs mulieribus, & eis multas iniurias irrogarunt, propter quod dictus Quintauallis iurauit stare mandatis illarum, quæ tale fecerunt illi mandatum, sub debito iuramenti, quod si aliquãdo filij, aut filiæ, aut vxor illius aliquod factum, vel verbum contumelioſum mulieribus illis obijcerẽt, quod ipse Quintauallis filios, & filias exhæraderet, & vxorem a se remoueret. Quintauallis recepto tam iniquo mandato, significauit hoc Papæ. vnde mandat Episcopo Alatrino, quatenus prædictis mulieribus iniungat, vt mãdatum illud reuocẽt, cum licitum fuerit iuramentum, & mandatum illicitum, aliquin denunciet illum non teneri ad obseruationem huius mãdati. B. No. 1. quod pro satisfactione iniuriæ, licite iuro stare mãdato iniuriati, & sic possum valide me subijcere iudicio aduersarij mei, & quanquam pater hoc iuramentum præstiterit occasione iniuriæ illatæ per filias, tamen eadem ratio est in ipsis filiabus, vt probatur supra eod. ca. veniens, & facit l. si libertus, ff. de oper. liber. Et ex hoc, & ex tex. infero, quod licet non possit compromitti, cum agitur de crimine criminaliter, vt in capen. de in integ. restit. & l. non distinguẽ. §. Iulia. & §. deliberari, ff. de arbi. secus tamẽ est, vbi agitur de crimine ciuiliter, vt hic. 2 †Secundo no. q͡ in fœminam potest compromitti, tãquam in c arbitratricem c secus tamen tanquam in arbitram, quia hoc vltimum est officium virile, cum habeat procedere iudicialiter, vt probatur in c. dilecti, d e arbi. & l. fina. C. de arb. Quod intellige, nisi fœmina ex dignitate habeat iurisdictionem, vt quia est Regina, vel Comitissa, vt d. cap. dilecti, & dic, vt ibi no. per glo. & per Bartol. in d. l. fina. Tertio no. quem posse ad obseruantiã arbi-

ADDITIONES.

a Quintauallis. In ampla materia huius c. adde quod D. Ant. in c. super quæstionum, in 2. col. de offi. deleg. dicit, quod si ex statuto omnes sententiæ debeãt poni in catastro, non habet locum in sententia arbitri.

b Præcepit illicita. Vide Bal. in c. 1. §. 1. de lege Cor. & in auth. generaliter, in 2. col. C. de epis. & cler. & in l. fi. C. de contrahen. emp. & in l. 4. C. de do. promis. & in Auth. hæres, C. de secun. nup. & in l. hac edictali, co. ti. do. Card. in c. ex posita, de arb. vbi singulariter loquitur, & pondera bene in ver. filij, q͡ a hic est casus, quod in compromisso, & sic in materia contractus, masculinũ concipit fœmininum, quod est contra Arch. in cap. si quis suadente. 15. q. 3. Vtrum autem laudum iniquum excusẽt a pœna compromissi. vide Ioan. de Imo. consi. 5. & consi. 147. & in consi. suo 161. ubi ponitur consi. do. Flor. in consi. 162. & 73. And. Barb.

c Arbitratricem. Aduerte tu, quia in ar. l. in multis. ff. de sta. hom. uidetur hoc dictum restringere, ut non habeat locum inter coniunctos, & ita debere limitari hunc tex. d. c. dilecti, & l. fi. C. de arbi. per istum alleg. Zach.

Circa hoc, quod hic dicitur de muliere, an possit esse arbitratrix, vide Spec. in tit. de dele. in §. 8. in ver. item, quod est mulier, ubi dicit, quod nec iudex, nec arbitrator esse potest, sed arbitratrix sic. Et ultra limitationem hic datam per istum, existimarem etiam posse limitari, nisi mulier esset in dignitate constituta, quia tunc posset iudicare & arbitrari. Nam mulier habens dignitatem, ut per Do. Abb. in c. significauit, de reseri. & no. in c. dilecti, de arb. hic alleg. Et adde, quod mulier non fungitur officijs ciuilibus publicis, ut per Spe. in tit. de syndi. in §. quid de mulieribus, & in tit. de cura. in §. 5. in uer. sed nunquid mulier. Et ideo nec postulare, nec aduocare potest, ut per Spec. in tit. de dispu. & alle. in §. 4. ver. illud, ubi ponit de illa Calphurnia, de qua loquitur tex. in l. 1. ff. de postulan. Quod nitimum intellige uerum, nisi pro personis miserabilibus, pro quibus potest procurare, & aduocare. c. fi. supra de procu. 3. q. 7. c. sunt autem, C. de aduo. diuer. in l. petitionem. §. licentiam. & uide Bar. in dispu. quam habuit Beata Virgo cum diabolo, quæ incipit: Accessit Mascharon ad omnipotentis Dei præsentiam, in 3. colum. Et adde, quod mulier religiosa constitui potest procuratrix a Papa, ut in c. cum dilecti, de constitu. & uide Card. in clem. 3. in 1. oppo. de proc. Ant. Franc.

arbitramenti se obligare per iuramentum. Et no. quod hoc casu arbitrator præcepit sub debito præstiti iuramenti, facit c breui, & quod ibi dixi, sup. eo. No. 4. quod arbitrator potest pronũciare sub conditione, decernendo in futurum, vt patet ibi, si qñ filij, &c. Et pro hoc, quia dictum arbitratoris non est ꝓpriè sententia, sed potius quidam contractus, seu trãsactio, vt in Auth. vt diffe. ind. in princ. iuncta glo. in Authẽ. si vero contigerit, C. de iudi. No. quod in iuramento generali de obediendo, vel parendo mandato alicuius, non veniunt illicita, pro hoc cap. veniens, supra eo. & c. t. eo. tit. lib. 6. No. vlt. †quod arbitramentũ continens rem illicitam, & a iure prohibitam, est ipso iure nullum, vt probatur in fi. ibi, Denuncies, &c. Non enim mandat a iuramento absolui, sed denunciat non teneri. Is enim qui denũciat, nihil agit. l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testa. Ex hoc infertur, quod verbum præcedens ibi, Reuocet & c. debet intelligi de facto ꝓpter opin. vulgarium. Ex quo verbo potest argui arbitratorem posse suum præceptum reuocare, quod potest admitti, quando pronunciauit contra formam cõpromissi, sua vel quando mandatum non tenuit. De quo tamen remitto ad ea, quæ leguntur, & notantur in l. dicere, in fin. cum duabus seq. ll. ff. de arb. Et potes dicere tam in arbitro, quam in arbitratore, quod si ex toto pronunciauit, ita quod finitum sit officiũ suum, non potest illud reuocare, secus in interlocutoria, per quam non finitur potestas sua. Dic, vt in dictis iuribus plenius no. maximè per Bart. facit cap. si cõpromissarius, de elect. lib. 6. & l. si cui. ff. de seruitu. & c. in literis, de offic. delega. Istæ autem mulieres possunt reuocare mandatum, quia hoc concernebat earum personas, vnde reuocant tanquam partes. Item mandatum fuit ipso iure nullum, & reuocatio potius refertur ad factum, quam ad ius, vt supra dixi. Dic tamen de materia, vt plenius no. Bart. in d. l. dicere, cum seq. & per Ioan. And. in additio. Spec. in rit. de arbi. §. sequitur, ver. sed pone. Contra hoc, & contra tex. oppo. arbitramentum tenet mero iure, quantumcunq; sit iniquum, licet possit peti reductio ad arbitrium boni viri, vt in l. societatem, §. arbitrorũ, ff. pro socio. Sol. intelligo istũ text. quando arbitramentum est contra ius, quo casu est prorsus nullum sine petitione reductionis, vt in cap. examinata, de confirma. vtili, vel inutili. Hoc enim mandatum fuit non solum contra ius ciuile, sed etiam contra ius diuinum, & gentium, vt scilicet filij sine causa sufficienti exhæredarentur, & coniunx sine causa fornicationis repelleretur, vt in Authen. vt cum de appella. cogno. § aliud quoque capitulum, & in cap. 2. de coniug. lepro. Secus autem, vbi mandatum esset iniquum, non tamen contra ius, & ita procedat contrarium. †Oppo. 2. & videtur, qã si etiam mandatum non esset contra ius modo prædicto, tamen iuramentum non astringebat istum Quintauallem, quia iuramentum non extenditur ad verisimiliter non cogitata, vt in cap. veniens, & quod ibi not. supra eo. & quod no. Ioã. And. in cap. vno, de commo. sed verisimiliter in iuramento generaliter præstito, non videtur quis cogitasse, vt exheredet filios, vel vxorem a se abijciat, ergo ad hoc non tenebatur. Sol. glos. 2. videtur hic stare contrario, & bene, & videtur cõiungere duas causas præmissas simul, ex ratione illiciti mandati, & quia verisimiliter hæc non cogitauit, nec obligatur Quintauallis ad obseruantiã istius mandati. Et hinc sumpta occasione enumerat hic gl. causas legitimas exhæredationis filiorum, quibus addũt Petr. & Abb. cum filius est hæreticus, de hæreti. cap. excommunicamus. §. credentes. Et dicit Ioan. And. quod in omnibus casibus, b in quibus pater potest filium exhæredare, fortius potest alimenta denegare, de quo remittit ad Specu. in tit. qui fi. si it legitimi, ver. quid si ipsa, & seq. Idem tenet Bart. in l. Diuus, ff. de liber. agn. †Adde tamen notab. dictum Specu. in loco c præalleg. vbi dicit, q͡ si filia vult pœnitere de peccato, quæ luxuriæ erat dedita, pater debeat eam alere, arg. c. ferrum. 50. dist. Et per consequens dico, q͡ teneatur eam dotare, quia causa doris non minus fauorabilis est, quam causa alimentorũ, vt no. Cyn. in l. non omnì, C. de admi. tut. facit l. 1. ff. si. solu. mat. & quod ibi dixi in c. cũ haberet, de eo, qui dux. in ma. & p Bar. in auth. ex cõplexu, C. de incc. nu. Expeditis glo. tractabo hic aliqua circa materiam arbitratorum, quatenus congruit materiæ huius c. ratione glo. quam posuit hic Innoc. quæ quotidie allegatur, reliqua seruando in titu. de arbit. vbi melius tota materia cadet, & vide in fin. huius tractatus, vbi pono per modum tabulæ, ea quæ tractabo hic, sub compendio. Et vt intrem materiam oppo. sic, hic fuit præstitum iuramentum de parendo mandato illarum mulierum. quibus iniuria fuit irrogata; & sic erant istæ arbitratrices in facto proprio, contra l. pen. ff. de arb. vbi dicitur, quod in facto proprio nemo potest esse arbiter, sicut nec iudex, C. ne qs in sua causa, per to. & 4. q. 4 c. 1. & 23. q. 4. c. inter. Sol. quod contrarium loquitur in mero arbitro. tex. autẽ hic, & in c. veniẽs, sup. eo. ꝓcedit in arbitratore. d In facto enim proprio quis pot esse arbitrator, vt hic, & in l. si libertus, ff. de oper. liber. Ratio diuersitatis est, qa arbiter est quasi iudex, & eligit, ut ꝓcedat iuris ordine seruato, & sm iussideo dicit lex, quod arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ, vt l. 1. ff. de arbit. In facto. n. ꝓprio qs nõ pot esse iudex, qa nemo pot sibi ipsi imperare, vt in iurib. palle. ita nec arbiter, sed arbitrator eligit, vt quidã amicabilis cõpositor, & vt ꝓcedat extra iudiciũ, & cõponat inter partes. q͡ nõ repugnat

ADDITIONES.

a Compromissi. Quod, quando pronunciauit contra formam cõpromissi, laudum sit nullum, probat Rom. consi. 115. incip. viso compromisso, in fi. & in consi. 141. inci. eximie Doctor, & in consi. 175. incip. dictum laudum, imo non pot ratificari, secundum eum, in consi. 155. inci. præmissum laudum, & Ang. in consi. 218. inci. visa narratione, col. 6. Seb. Sap.

b Casibus. Ex quib. causis potest pater filium exhæredare, pot ei alimenta denegare, & hoc idem tenet Do. Ant. & do. Abb. Pan. in c. cum haberet de eo, qui dux. in ma. quam po. &c. & Bar. in tract. de alimen. Et idem videtur dicere glo. in l. fi. C. de alen. libe. & glo. magis expressa, in §. fi igitur omnes memoratas, in Auth. ut cum de app. cog. Eodem modo ex omnib. causis supradictis, ex quib. pater in testamento pot exhæredare, eodem modo filiæ tanquam ingratæ non tenetur dotem dare, sed potest filiam priuare dote, secundum Bal. in l. fi. in 3. col. C. de do. promis. Tamen subdit Bal. quod ex talibus causis non posset dotem præteritam iam datam auferre. Eodem modo ex omnibus causis ex quib. potest quis exhæredari, & meretur, ex illis omnib. pot cogi emancipari, quia ista duo æquiparantur, secundum Angel. de Are. in §. fi. Insti. quib. mod. ius pa. po. sol. in fi. & Ias. in §. hic autem, Instit. de act. Eodem modo ex omnibus illis causis nedum filius pot exhæredari, nedum alimenta denegari, & dos auferri, & inuitus emancipari, sed etiam, quod est fortius, filius perdit priuilegium filij. Et ideo, si pater interficeret filium, qui commisisset in eum aliquam ex illis causis, nõ teneretur pœna parricidij, sed deberet, aut relegari, aut deportari, similiter si filius interficeret patrem, qui aliquam de septem causis ingratitudinis erga filium commisisset, non incurreret pœnam parricidij, sed pœnam deportationis. Ita singulariter determinat Bar. in l. Diuus. ff. de parric. quod est perpetuo menti tenendum, secundum do. Bar. de Bellen. hic, & do. Ias. de May. in l. ius ciuile est, in pen. col. ff. de iusti & iur. qui dicit, qd non meminit se alibi legisse.

Circa hoc, an alimenta possint filio denegari ex illis causis, ex quib. pot etiam exhæredari, de quibus hic, & in §. causas, in Auth. ut cum de appell. cog. dicas absque dubio, quod sic, ut est glo. in l. fi quis a liberis, in §. idem iudex, in ver. detulerat, ff. de lib. agnos. & uide Bar. in l. fi pa. tem, C. de alen. libe. & in l. Diuus, ff. ad leg. Pompe. de parri. Et hoc uerum est, & si mater posteret cogi patrem ad alendum filium, vt in l. 2. & ibi per Bar. C. de alend. lib. Et adde, quod adeo alimenta debentur a patre filio, quod nisi filius alatur, & fame pereat, tenetur pater l. Corn. de sica. vt est glo. & Bar. in l. necare, ff. de lib. agnos. & cogitur pater officio iudicis ad alendum filium, vt plenè p Bar. in d. l. fi quis a liberis, in princ. Nec potest filius patre viuente aliquid vltra alimenta petere de bonis paternis, vt per Bal. in l. quamuis, C. de fideicom. post Cyn. in l. non pot, ff. de adopt. Et istud intellige verum, nisi filius posset laborare, & viuere de suo labore, secundum Bart. in l. 1. C. de mendi. vali. lib. 11. nisi forsan illius etiam artifex non posset artem exercere saluo honore, quia tunc pater, quamuis filius posset viuere ex labore suo, omnino tenetur eum alere, ut per Bar. in l. fi quis a liberis, in uer. quod si filius, & uide ad prædicta etiam Angel. in l. 1. C. diuo. fa. apud quem fi. educa. debe. Et adde etiam, quod si filius haberet, aliunde, vnde se posset alere, non tenetur pater eum alere, vt per Bar. Bal. in auth. res, quæ. C. commu. de lega. Et ad de, quod filia peccans in corpus suum, sicut potest exhæredari, ita possunt etiam sibi alimenta denegari, vt per Spec. in tit. qui filij sint legit. in uer. q͡d si filia, & ibi per Bal. in addi. An autem possit filius inuitus emancipari a patre, dicas, quod filius cogitur consentire emancipationi, quam vult pater facere de eo ex causa, ut quia sit nimis molestus patri, secundum Bald. post Bar. in l. nec auus. C. de emanc. lib. A liis autem non, ut per Bald. in l. vt liberis, C. de colla. per tex. in Auth. quib. mod. natu. effic. fui. in §. & generaliter, & habetur per Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. & per Alexan. post Ioan. de Imo. in l. vtrum. ff. de uero. obli. & per eundem post Bar. in l. quidam cum filium, eod. titu. & uide Specu. in titu. de offic. ord. ver. reos uero, & in tit. de dig. §. 2. in uersi. arrogator. Et an econtra pater possit cogi a filio emancipare illum, vt habetur in l. filiusfam. in §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. & in l. in causa. ff. de condi. & demon. & in l. non potest, de adop. & per Paul. de Castan consi. 61. Anton. Franc.

c In loco. In §. pen. in uer. quid si pœnitentiam egerit, & do. Ant. hic, in 3. col. & Bal. in l. ultra, C. de inoffi. testa. vbi Bal. ponit de illa li. quæ fuit meretrix, si pœnitentiam egerit, & reducatur ad bonam vitam, non poterit exhæredari, nec ei alimenta denegari. Tenet do. Alex. in l. 1. in 16. col. in fi. ff. solu. ma. Et sic per hoc sunt limitanda omnia dicta in præcedenti additione, & ille est vnus no. effectus pœnitentiæ, vt per pœnitentiam recuperet priuilegium filiationis. Adde tamen circa hoc dictum Bal. de filia meretrice, adde ipsum Bal. in l. arenam, in co. tit. C. de inoffic. testa. ubi dixit si filia est meretrix, mater non potest eam excludere a querela inofficioſi contra suum testamentum, si ipsa mater etiam fuit meretrix.

Ad hoc, quod hic dr de filia meretrice pœnitentiã agẽte, an recuperet iura filiationis, ita quod no possit tũc exhæredari, vel ei alimenta denegari, dicas, quod licet pœnitentia in foro conscientiæ non to. ac pœnã legalem, ut per do. Vber. in c. 1. de emp. & uen. & habetur per Bald. in l. placet, C. de sacrosan. eccl. & per gl. in c. gaudemus, de diuor. tamen hoc casu talis pœnitentia operatur istum mirabilem effectum, ad quod ꝺt̃ uide Spec. in titu. de compe. aud. ad. in §. 2. in uersi. 17. Et pro hoc facit, quia filia meretrix, quæ pœnitentia ducta matrimonium contrahit secundum materiam, c. inter opera, de ipon. non pot capi personaliter, stante statuto, quod mulier meretrix possit personaliter capi, quia tunc censetur esse pœnitens, secundum Bald. & Doct. in l. confitentem, C. quomodo, & quando ind. & habetur per Io. And. in ad. Spec. in rub. de mul. & dam. da. De matre autem, vt non possit filiam etiam meretricem exhæredare, per ea, quæ habetur hic ultra in alle. Larena, C. de inoffi. testa. adde quæ habentur, & notan. in l. viro atque uxori. ff. so. ma. ubi parta deli. ta mutua cõpentatione tollunt. Ant. Fran.

d In arbitratore. Vide do. Anto. in c. cum uenissent, colum. pen. supra de iudi. & in c. cum omni, in pen. colum. infra de præscri. & Odo. in consi. 156. inci. primum, de quo quæritur, & Ias. in l. qui iurisdictionem, in primis uer. bis. ff. de iudi. omnibus.

pugnat in facto proprio, cum videatur ſibi data poteſtas tanquam bono viro.d.l.ſi libertus,& ff.de fideicom.lib. l. Thais. §. ſorore.Et de materia vide bon.tex.cum gl.in l. in perſonam, §. generaliter,ff.de reg.iur.& in l. in vendentis, C.de contrahen. emp.Quapropter ſcias, quod licet appellatione arbitri genera liter ſumpti veniat etiam arbitrator,ta men in ſpecta vtiuſque natura.in multis differunt,vt eſt originaliter text.nota.& prin cipalis,& clarus in tota iſta materia in l.ſi ſocietatem §.arbitro rum,ff.pro ſocio.vbi dicitur, quod arbitrorum duo ſunt genera, vnum huiuſmodi,vt ſiue ſit æquum,ſiue iniquum parere de beamus,quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrum item eſt. Alterum huiuſmodi, vt ad arbitrium boni viri redigi debeat,&c.vide glo.ſup.eod.c.veniens.& in c,cauſam quæ,ſup. de electione. Licet quidam dixerint, vt Innocen. hic, & com muniter doct.ſequentes,& Barto.in d.§.arbitrorum, arbitrum diſcerni,& cognoſci ab arbitratore in diuerſitate nominis. Vn de,ſi compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, ille di citur arbiter,ſi tanquam in arbitratorem, ille dicitur arbitrator ſecundum eos.Mihi tamen placet,vt non ex diuerſitate nomi nis,ſed potius ex modo aſſumendi, & poteſtate eis tradita di gnoſcantur.Vnde,vt notab. dicit hic Innocen. arbiter dicitur, qui eligitur,vt iudex,ſ.vt procedat ſeruato in ſubſtantialibus or dine iudiciario,vt litem dirimat coram ſe cæptam , vel quodã alio ordine judiciario ſeruato,licet teneat,etiam ſi inique dirimat,ff.de arbit.l.qualem, & l.diem proferre. §. ſtari.vnde arbi trium diffinitur,quod eſt certus actus perſonarum, quaſi in iu dicio confligentium,vel cauſa in dicendo ius voluntarie poſi ta.Arbitrator autem eſt, qui eligitur,vt aliquid æſtimet , veluti pretium,vel operas,vel partes ſocietatis, vel quid ſimile, & vt arbitretur ſecundum quod ſibi videtur ſine ordine iudiciario. Inſtitu.de emptio.& vendi.§. pretium,ff.de verbo.obliga.l.ſi qs arbitratu.Et quod non ſit coram eo iudicium, patet hic,& in c, veniens,ſupra eod.& d.l.ſi libertus,de operis liber. Nam com promittitur in his iuribus in principalem aduerſarium , quod non poſſet fieri,ſi haberet procedere, vt iudex , quia nullus in re ſua poteſt eſſe arbiter,vel iudex,vt ſup.dixi,& habetur in d.l. penul. Idem probatur in l.ſi de meis.§. recepiſſe, ff.de arbit.vbi habetur quod coram eo, qui aſſumpſit officium inter partes componendi,non eſt iudicium,nec in procedendo , nec diffi niendo,vt per Barto.Ex quibus poteſt inferri,quod ille proprie eſt arbiter,qui eligitur,vt iudex;arbitrator,qui habet aliquid ar bitrari ex bono,& æquo extra iudicium, de præb.capi. niſi.vbi pro bono pacis poteſt de iure vnius,moderate tamen,alteri da re,vt in d.c. niſi. & no. in d.c ſi de meis,§. recepiſſe,ff. de arbitri. per Barto. in d.§.arbitrorum. Opin.autem Innocen.& aliorum vt diſcernatur vnus ab altero ex diuerſitate nominum, poteſt ſaluari, quando ſimpliciter fuit dictum , Compromittimus in te, vt in arbitrum, aut, Compremittimus in te, vt in arbitra torem,& nõ fuit aliquid additum,per quod diſcernatur vnum ab altero ex proprietate cuiuſq;.Pro hoc tex.no. in l. ſi de meis, §. recepiſſe.vbi dicitur,quod proprie arbiter dicitur, q aſſumit
g officium iudicis a in procedendo & diffiniendo.ille autem,qui aſſumit officium componendi,non proprie dicitur arbiter,ſed in dubio poſſet dici arbiter,& melius iudicio meo, quia ſi fuit compromiſſum ſimpliciter in aliquem,tanquam in arbitrum, nec fuit dictum,vt procederet iudicialiter, nec aliquid aliud, per quod poſſit magis cõiecturari de vno,quam de alio,quod ſi tunc fuerit aſſumptus ſuper aliqua diſcordia, videtur electus vt arbiter,ſi ſuper aliquo contractu ad purificationem ipſius, videtur aſſumptus vt arbitrator , & hoc proprie videtur velle tex.in d.§.arbitrorum,cum duab. li. ſeq. & ſic limitarem dictũ Innocen.hic,& Barto.in d §.arbitrorum.& facit ad prædicta,q
8 no Spec.in ti. de arb.§. 1. verſi.arbitrator vero. † Et ex prædictis collige aliquas differentias inter arbitrum,& arbitratorem.Pri ma enim & principalis eſt, quia arbitrator ſemper aſſumitur circa contractum,arbiter vero aſſumitur in lite,ita dixit Iac.de Are.vt refert Cy in l.ſi qui ex conſenſu,C.de epi.aud. Sed iſtud prima fronte videtur cõtra iſtum tex.vbi arbitrator fuit aſſum ptus non ſuper contractu.ſed ſuper ſatisfactione iniuriæ. Item contra l. 1.§.inde quærit,ff.de nou.oper.nunc. vbi aſſumitur ſu per lite.& idem clarius probatur in auth.ſi vero contigerit. C. de iudi.& ideo al.j dixerunt,vt refert Bar.in d.§. arbitrorum,& Innocen.hic,quod arbiter eſt ille,qui habet iudicare de iure,ſe cundum ordinem iudiciorum,arbitrator vero eſt ille,qui aſſu mitur de iure & de facto.Bar.vero i d.§.arbitrorum,dixit,quod ſi bene aduertatur,iſtorum opin.non diſcordant. Nam , quan do aſſumuntur ſuper lite,aſſumuntur ſuper contractu,ſ fiendo quia arbitramentum eſt quædam tranſactio,vt no. in Auth.vt diſ.iud.in prin.vnde dicitur aſſumi ſuper contractu tranſactio nis meũdo Vnde in effectu arbitrator ſemper aſſumitur ſuper contractu,aut,ſcomplendo,quia fuerat à partibus inchoatus, vt d.§ pretium,inſtit.de emp.& vend.aut ſuper ineundo,& per ficiendo, vt,quando aſſumitur ſuper lite,vt tranſigat inter par tes.Nec obſt.ſi diceres,quod ſecundum hoc,nunquam poterit arbitrator aſſumptus ſuper lite in totum abſoluere, vel in totũ condemnare,cum arbitramentum ſit tranſactio, vt dictum eſt, tranſactio vero nullo dato,vel retento non valet, vt in l.tranſa ctio,C.de tranſa.& in c.ſuper eo,ſup.eo.ti.Nam reſpondetur ſe cundum Bar.quod tranſactio eſt genus continens in ſe omnẽ modum,per quem receditur à lite,vt probatur in l. 2.ff. de iure iur.vbi dicitur, quod iuramentum delatum in iudicio à parte
b parti,dicitur quædam tranſactio.Vnde intelligas,quod arbitra mentum eſt quædam tranſactio b in genere,hoc eſt, quædam conuentio,per quam à lite receditur. Contrarium vero procedit in tranſactione in ſpẽ,in qua requirit qđ aliqd deſ., vel retineat.Ex qb infert,qd arbitrator aſſumptus ſuper lite, poterit in totum abſoluere,vel condemnare.Pro hoc iſte tex.& ſup. c.ve niens.Concludo ergo,q prima differentia princi palis eſt, quia arbiter aſſumitur ſuper lite,arbitrator ſuper contractu aut per
9 ficiendo,aut ineundo,vt patet ex prædictis. † Secunda differen tia eſt,quia arbiter eligitur,vt ſit loco iudicis,ita,vt habeat pro cedere iuris ordine ſeruato.d. l.1.& l.ſi de meis,§.recepiſſe.ff. de arbi.vnde non debet procedere diebus feriatis,ſicut nec iudex, vt l.omnes,C.de fer.& plenius dicendum,vt in l.ſi de meis.§.fi. & l.ſi die feriatis, ff. eo. Debet etiam iudicare ſecundum ius,& non tollere vni,vt det alteri,ſicut facere debet iudex, tamen ex iniquitate non retractatur arbitrium, vt l. diem proferre, §. ſtari & l.qualem , ff. de arbi. niſi interuenerit fraus,ſeu pretium, de quo in l. 2.C.eo.Arbitrator vero,vt ſu.dixi,aſſumitur ſuper con tractu,vt procedat extra iudicium. Eſt enim compoſitor, & me diator inter ipſas partes.vnde ſicut iſtæ partes procedunt ad cõ poſitionẽ extraiudicialiter, ita & arbitrator. Hinc dicit no.hic Inno.ſe non facere vim,vtrum iſte arbitrator fecerit litem con teſtari inter partes , vel ſi ſententiã in ſcriptis pronunciauerit, vel ſimpliciter nudo verbo , quod ſibi viſum eſt, dixerit, quia corã eo non eſt iudicium,nec quaſi iudicium, ſed totum in ſua poſitum eſt voluntate, & prædictarum ſolemnitatum obſerua tio non eſt,niſi coram iudice,vel arbitro , & ita non poteſt dici lit conteſt.vel ſententia,ſecundum eum.quæ verba bene nota bis.Per hoc enim dixit in capi.præſentata, ſupra. de teſti. quod licet arbitrator recipiat teſtes ſolemniter , non tamen per hoc atteſtationes faciunt fidem coram iudice,quia illa ſolemnitas perinde habetur,ac ſi non interueniſſet ratione prædicta,& ſic reperiuntur oĩ caſu receptæ ſine li.conteſt. & alio ordine iudi
10 ciario.† Tertia differentia eſt,quia arbiter eligitur etiam ex prædictis, quia in facto proprio quis non poteſt eſſe arbiter,ſed arbitrator ſic, ra
11 tionem ſup.tetigi.† Quarta differentia, quia arbiter non iurat, nec partes debent iurare de obſeruantia arbitrij,vt hodie pro uiſum eſt de iure ciuili,vt Auth.decernimus,C. de arbi. Sed in arbitratore non reperitur prohibitum,vt hic,& ſup.e c.veniẽs. facit l.hac edictali,C.de ſecun.nup.& hoc tenuerũt Bar. & Bal. in d.Auth.decernimus. Quid aũt de iure canonico, certe in ar bitratore caſus eſt hic,& ſup.eo.c.veniens.In arbitro dic , vt le. & no.in c.2.de arbi.vbi de hoc.Dicit tamen no.Bal. in d.Auth. quod licet arbitrium non pariat actionem , quando fuit iuratũ contra tenorem illius Authen. tamen de iure can. poterit iu rans ex officio iudicis compelli ad illius obſeruantiam , argu.c. ſi vero,ſup.eod.dic,vt no.in d.capitu.2.Barto.tamen tenuit cõ trarium,dicens,quod iurans peccauit in iurando. Dictum Bal.
12 plus placet,argum.eorum,quæ dicam inf.eod.capitu.cum con tingat.† Quinta,quia arbiter recuſatur vt ſuſpectus, ff. de arbit. l.non diſtinguemus,§.cum quidam.Secus in arbitratore, ſecũ dum do.Anto.hic, alle.d.§.cum quidam,& d.§.arbitrorum, & d.§.recepiſſe,& l.1.§.& poſt operis,ff.de no.ope.nunc. Sed cer te illa iura non probant arbitratorem non poſſe vt ſuſpectum recuſari, licet pro hac diuerſitate poſſit induci hæc ratio.Dicto arbitri ſtatur omnino metu pœnæ,ſiue ſit iniquum,ſiue æquũ, vt in d.§.ſtari.merito ius prouidet,vt poſſit ante ſententiam re cuſari.Intellige,vt no.in d.§.cum quidam,ex cauſa ſuperuenie te poſt commiſſum,arg.in c.inſinuãte,de offi.dele.Idem puto cauſa prius orta,nunc nouiter detecta,vt eſt gl. no. in c. ſi quis epiſ.in §.exceptio.3 q.6.In dicto vero arbitratorum eſt proditũ remedium,quia pt peti reductio ad arbitrium boni viri, §. arbi trorũ,& hic,& ĩ.eo.c.veniens.Sed hoc non obſtãt, mihi illud dictum non placet.nam video,q in iudice eſt proditũ reme dium

ADDITIONES.

a Officium iudicis.Quod ex modo procedendi cognoſcatur quis ſit arbiter,& arbitrator,vide Cuma.in conſi.7.incip.viſis compromiſſo.in 3.col.Et quid in dubio actus cenſeatur factus,tanquam coram arbitratore,vide Alexan.in conſi.13.col.3.Fran.Cre.in ſin.147.incip.commiſſa eſt quæſtio. Felin c.cum ex officij,col.10.inf.de præſcrip. And. Sicu.in c. 2. in 1.no.ſup.de off.deleg.& in c.volentes,in 1,col.ſup.de offic.dele.Areti.in l.nemo poteſt, ff.de lega.1. Seb.Sap.

b Tranſactio.Vide do.Iaſ.in l.cum te tranſegiſſe,C.de tranſa.vbi poſt.Ange.in ferr,quod ex quo arbitramentum eſt quædam tranſactio, in eo non requiritur ſcriptura, vide Alex.in conſi.85.in 1.vol.Vide etiam quid ex hoc inferat do.Iaſ.in l.ſi ſuper poſſeſſione,C.de tranſa.col.1.ver. per iſtum tex. vbi plura infert. Seb.Sap.

30 rum, cum ibi sit specialis titulus.† Sed venio ad secundum dictum, scilicet respectu arbitratorum, & quæro de ratione istius diuersitatis, quare sententia arbitri non reducatur ad arbitriū boni viri, saltem ad petitionem partis, & dictū arbitratoris sic. Bartol. in dicto § arbitrorum, in vlt. colum. dicit, quod ideo, quia ex compromisso in arbitrum fit iniuria iudici, cuius erat iurisdictio, cum adeatur arbiter, vt procedat iudicialiter, sicut iudex, merito iudex se non impedit de iniquitate, ad hoc l. litigatores. ff. de arbi. Sed quando compromittitur in arbitratorē, tunc nulla iniuria fit iudici, cum fiat super contractu, ut supra dixi, qui celebratur ex partium conuentione, & non iudicis authoritate. Sed contra hoc facit l. 3. §. tametsi, ff. de arbi. vbi dicitur, quod arbiter eligitur tanquam bonus vir; & sic videtur electus vt arbitrator. Solu. dicit ibi glo. not. quod arbiter eligitur, vt bonus vir præcipue, hoc est, vt ipse sit bonus vir, cuius arbitrio pareatur, ita quod non eligitur comparando bonitatem suam ad alterum, sed habetur respectus ad personam suam tantum; sed arbitrator eligitur, vt bonus vir simpliciter, id est, vt dicat id, quod diceret qui libet bonus vir. Quod si non facit, merito recurritur ad arbitrium boni viri, idest iudicis, l. continuus, §. cum ita. ff. de verbo. obliga. Secundum Bartol. in dicta l. 3. Et quanquam ista videantur notabilia, tamen mihi ex toto non satisfaciunt, quia non videtur, compromittendo, irrogare iniuriam iudici, cum hoc fiat lege permittente, C. de adulter. l. Gracchus, & 22. quæstio. 4. cap. qui peccat, & cap. cum ecclesia Vulterana, de elect. Item, si ista ratio esset sufficiens, pari modo iudex non impediret se in compellendo arbitrum ad pronunciandum, nec in mandando executioni sententiam suam, q̄ tamen facit, vt l. 3. ff. de arbi. & l. a diuo Pio, ff. de re iudi. Ego dicerem hanc esse rationem. Arbiter non eligitur, vt arbitratu suo decidat, sed vt procedat secundum ius, in d. §. recepisse. Ideo non potest reduci ad arbitrium boni viri, quia non habet in eo locum arbitratus. Appellari autem non potest, quia ex sententia sua non datur actio iudicati, & sic appellatio non reperit qd
31 suspendat, vt leg. & no. in l. 2. C. de arbit. cum ergo non reperiatur competens remedium, standum est sententiæ suæ, & impotandum est compromittenti, nisi iudex ex officio suo corrigat modo prædicto. Arbitrator autem eligitur, vt arbitratu suo procedat, merito dictum suum reducitur ad arbitrium boni viri, vt in dicto §. arbitrorum. † Nunc circa istam reductionem ad arbitrium boni viri, quæro de pluribus. Et primo quid si quis promisit sub pœna stare dicto arbitratoris, nunquid peti possit
b ista reductio, si arbitrator inique pronūciauit sine metu pœnę? Instar Innoc. & tandem concludit, quod non incidit in pœnam petendo reductionem iniqui arbitramenti, quia iuramentum est fortius, quam pœna; sed iuramentum non adstringit ipsum ad parendum, quousque redactum sit ad arbitrium boni viri, vt hic patet, restat, quod & pœna minus ipsum astringere possit, hoc etiam tenet Host. quādo generaliter est iuratum de stādo dicto arbitratoris. Idem tenet Spec. in titu. de arbi. §. 1. versi. sed pone per istum tex. quod mihi satis placet. Nam verba generalia debent intelligi secūdum subiectam materiam, l. quæro. §. interlocutorem, ff. loca. & l. si vno. eod. titu. Debet ergo pœna, & iuramentum intelligi, si enormiter non læserit. Sic in arbitro no. dicit Inno. in cap. per tuas, de arbi. vt iuramentum de standō ipsius dicto, intelligatur alternatiue, quod stabit, vel soluet pœnam, aut interesse, & hoc not. Sed maius dubium est, si specialiter, & expresse dictum fuit, vt arbitrator possit ius vnius partis in totum, vel in partem dare alteri, & quod quantuncunque inique pronunciaret, standum nihilominus esset dicto arbitri, nunquid possit peti reductio ad arbitrium boni viri, maxime si interuenerit iuramentum, vel pœna? Dicit Host. quod sic, nisi arbitramentum esset contra Deum, quo casu nullo modo esset parendum, vt no. d. c. ad aures, de tempo. ord. melius in c. si dominus, & cap. Iulianus, & cap. qui resistit. 11. quæst. 3. debēt partes arbitramentum obseruare, nec possent contrauenire sine metu pœnæ, siue periurij, si pœna, vel iuramentum interuenit. poterunt enim partes in hoc se ligare, & iuri suo renunciare, ad hoc cap. 1. & 2. de pact. & 7. q. 1. cap. quam periculosum, & l. in re mandata, C. manda. & cap. de his, de sepultu. Dicit tamen, quod forte ex æquitate iudex deberet occurrere iniquitati ex officio suo, pensatis personarum & causæ qualitatibus, de
32 transact. cap. fina. quod verbum est valde notandum.† Et attende, quia prædictorum decisio dependet a quæstione iam multum trita, quæ adhuc sub iudice, pendet. Nam per quot ora discurrit, tot sententias reportat, videlicet nūquid possint partes a principio renunciare reductioni ad arbitriū boni viri? Et præ-
d supposito, q̄ valeat renunciatio, d seu pactum, nunquid extendatur ad oēm læsionē, maxime si interuenerit iurm, vel pœnę appositio? Et quia longissimum, & fastidiosum esset oēs opiniones, & motiua narrare, & maxime cū fiat discursus p multa mē bra, pona primo remissiones, secūdo concludā materiam sub quadam distinctione inserendo Doctor. præstantiorū opin. De hac igitur materia videas per Cyn. in l. pen. C. de arbi. & ibi per multos, & maxime p Bal. & Cy. cōsi. 235. p Spec. in tit. de arb. §. fi. ver. quid si compromis. & ibi satis per Io. And. in addi. Disputauit Io. Cald. & disputatio sua incipit, litigantes. tractauit satis prolixe originaliter Dyn. in reg. scienti, de regu. iur. lib. 6. Iacob. Butr.

ADDITIONES.

a Superior. Nunquid sententia arbitri possit rescindi per officium iudicis, uide Fulg. Bald. Alex. & Inno. in l. arbitrio, ff. qui satisd. co. circa secundum intellectum. Seb. Sap.

b Metu pœnæ. Adde hic Angel. in l. ampliorem, §. fina. C. de appel. vbi dicit q̄ pars non potest renunciare reductioni ad arbi. boni viri, quia daret materiam delinquendi. Item quando partes renunciant reductioni ad arbitrium boni viri, vide not. quæst. quam ponit Bartol. in l. Iulia. in 5. colum. ff. de condi. indeb.

An renunciari possit reductioni ad arbitrium boni uiri, puto opin. Apostilliantis esse ueram, ne uideatur præstari materia delictis. Imo potest peti reductio, non obstante tali renunciatione, & maxime quando dolus interuenisset in sententia arbitri, uel arbitratoris. De quo uide Bald. in l. iubemus, in fin. princ. C. ad Trebel. & in l. fina. in ult. q. C. de contrahen. empt. & uide Paul. de Cast. in consi. 77. inci. primo, & ante omnia, & in consi. 75. inci. quia frustra. ubi etiam ponit quod talis reductio non tollitur etiam per renunciationem iuratam, si læsio fit magna, de quo per Bar. l. si societatem, in §. arbitrorum, in ult. colum. ff. pro soc. & in l. Titia. §. Imperator, de leg. 2. & in l. fi. ff. qui satisd. cog. & per Spec. & Io. And. in tit. de arbi. in §. fina. in uersi. item si compromissum, & per Ang. in suo consi. incip. Ludouicus. & per Roman. in rub. de arb. in uer. fed redeundo, in pen. char. & per Ioan. Calde. in suo consil. incip. duo litigantes, in quibus locis plene habetur de materia. Anton. Franc.

c Renunciare. Dic, quod recta ratio est, quia iudicium redditur in inuitum, l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerb. oblig. Ideo succurritur illi per appellationem. Sed in arbitrum nemo compellitur compromittere, ergo si compromittit, imputet sibi, ex quo uoluntarie compromisit. Ideo dicimus, quod si conuictus ex statuto compromisit, potest appellare, ut l. fin. & ibi Bart. C. de iud. cum simi. And. Barb.

Adde tu, dum quærit dom. Barba. post istum, an renunciatio reductionis ad arbitrium boni uiri iuramento ualidetur, & concludet, ut per Paul. de Ca. consi. 74. inci. quia frustra. Ang. consi. 303. inci. ius petendi reductionē, Bal. consi. 331. inci. præmitto, volu. 3. & Oldra. consi. 136. incip. primum, de quo quæritur, quod non, imo nulla uerborum cautela, aut iuriuran. potestate tolli potest. De quo tu dic, ut per Lanf. de Oria. in c. quoniam contra, §. interlocutoria, & appellationes, ver. ex quibus omnibus, nu. 65. & ibi latissime in apostil. Celli in apostil. mag. in uersi. quod no. sup. de prob. Zach.

d Renunciatio. Vide Fede. de Sen. in consi. 125. & Rom. in consi. 90. & Bald. in consi. 329. in 3. par. vbi refert quatuor opin. Bal. in l. iubemus, in fi. princ. C. ad Treb. in l. 1. C. de his, quæ pēne no. & in l. cum antea, C. de arb. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Butr.in l.si vnus.§.illud,ff.de pact.& in d.l.penu.Gul.in l.si quis ex consensu,C.de epis.audi & aliquid per d. Card. in c. exposita, de arbi. per d.Ant.hic,& Bar.in d.l.penul.& in l. quæro.§. inter locatorem, ff.loca.& plenius in d.§.arbitrorum. Et concludo sic omnia,quod aut quis absente parte,& extra iudicium renunciat petitioni huius reductionis,& non valet, quia iuris futuri renunciatio non tenet, vt l. si ita scriptum.§. 1.ff.de leg.1. no.plene in l. 1.C.de pact.& c.ex multiplici,de deci. Aut in iudicio,vel extra,in partis præsentia,in quibus casibus tenet iuris futuri renunciatio,quia habet vim pacti de non petendo, iuxta no.in d.l.1.C.de pact.& maxime per Bar.& per gl.in l.ff.de cura.bo.dan.Vel obligauit quis se per pactum ad non petendū hanc reductionem,& sumus in casu dubij.Dyn.in d. reg.scienti,loquens in simplici renūciatione,seu pacto, tenet,quod hoc non obstante poterit ratione magnę lesionis petere hanc reductionem, quia illud pactum debet intelligi,si vt bonus vir fuerit arbitratus,arg.in d.l.quæro.§ inter locatorem,vbi tex.no.dicit,quod si promisit locator non expellere inquilinum,intelligitur,si ipse soluerit pensionem, & idem per illum tex. confirmat ibi Bar.& Io.An.in d.reg.scienti,dicens illud etiā procedere,si interuenisset iuramentum,seu pœna.Idem Bart in d.§.ar
a bitrorum,dicens,quod iuramentum a habet in se illam conditionem,quam habet pactum præambulum,scilicet non venire contra,si æque fuerit arbitratus, alleg.istum tex.& l. fi.C.de non nume.pecun.& l.fi.in prin.ad muni.Operatur enim illud pactum,seu renunciatio respectu modicæ lesionis.& idem tenet hic do.Anto.& videtur quasi communis opinion.Item secundum Dyn.in d.regu.scienti,non valet pactum, quia per illud inuitatur arbiter ad delinquendum contra l.conuenire, ff. de pact.do.& remittitur dolus futurus,contra l.si vnus,§.illud. ff.de pact.& idem Specu.in loco.præalleg.Contrarium tamen sentit Fede in d.consi.285.dicens, quod pactum seu renunciatio iuramēto vallata,stringit ad non contraueniendum respectu cuiuslibet lesionis.Hoc tamen bene non probat.Iaco.But. idem sentit,etiam sine iuramento,vt refert Bal.in d. l. penulti. dicit etiam,quod quicquid dicat Dyn.ipse non vider, quare pactum non possit remitti reductio ad arbitrium boni viri,nisi dolus ex animo procedat.sed vbi lesio interuenit re ipsa,debet pactum valere,ex quo constat de intentione partium.Bal.dicit communiter obseruari,q̄ non obstante quacūque verborum cautela,pp enormem lesionem p̄t peti reductio ad arbitrium boni viri,qa non est verisimile,quod cōpromittētes senserint, quod arbitrator posset eos enormiter lædere,arg.in l.cum Aqliana,ff.de transact.Ego dicerem,quod aut deceptio interuenit ex proposito, & tunc respectu quantæcunque lesionis potest peti reductio,non obstante quocūque pacto,quia sicut expresse non potest renunciari dolus futurus,ita & fortius nec tacite & sub inuolutione verborum.Item si arbitrium retractatur,pter dolum l.3.C.de arbi.& l.ita demum,ff.eod.fortius arbitramentum,& in hoc videntur conuenire communiter Doctor. & dicitur interuenire dolus ex proposito, quando scienter per fraudem,dolum,vel odium,seu gratiam grauat alteram partē. Aut deceptio interuenit re ipsa, scilicet sine dolo arbitratoris, &tunc si modice lædit,non fit reductio,vt no.in d.l.si de meis. §.recepisse,ff.de arbi. & supra latius dixi, etiam si renunciatio non interuenisset,vt supra dixi, & patet in c.nisi, de præb. Aut lædit non modice, & vidistis cōmunem opinionem, quod possit peti reductio,sed mihi non placet, quia secundum hoc illa verba renunciationis nihil operarētur, contra c. si papa,de priuilg.li.6.& in c.in his,eod.titu.& l.si quando, C. de inoffic. testamen.cum ibi no.Nam sine renunciatione,non potuisset petere rationē modicæ lesionis.Dicamus ergo, vt verba aliquid operentur,quod ratione magnæ quantitatis non poterit,secus cus ratione maximæ,seu enormis lesionis,quia illa in dubio videntur excepta,arg.in l.omnes.§.Lucius,ff.de his,quæ in frau. credi.Nec obst.l.quæro.§ inter locatorem, quia ibi verba aligd operantur,vt ibi no.per Bar.sed hic nihil operarentur.Et nota, quia dixi posse peti reductionem, etiam si deceptio interuenit re ipsa.Pro hoc optime facit l.si quis cum aliter,ff.de verbo. obliga.Item,qua latis est, quod non fecit, sicut debuisset facere quilibet bonus vir,vt l.si libertus,ff.de oper.liber. hoc dicit, qa quidam fuerunt in opi.quod nunquam fiat reductio,nisi deceptio interueniat ex proposito arbitratoris,sed primum dictum est communis opi.Venio ad secundum membrum distinctionis.Aut quis renunciauit,seu fecit pactum de non petendo re-
b ductionem,etiam prætextu magnæ b lesionis, & tunc si deceptio interuenit ex proposito,nihilominus potest peti,quia dolus futurus remitti non potest,vt prædixi.Aut re ipsa,& non potest peti respectu magnæ quantitatis, quia potuit pars sibi ex magno pacto prætiudicare.l.1.§ si conuenerit, ff. depo. & in regu contractus,& reg.scienti,de re.iu.lib.6. Sed respectu maximæ,seu enormis sic,ex quo de tali non fuit expressum,quia renunciatio non debet trahi extra intentionem agentis. l. qui iniuriæ,ff.de fur.& in c.cum voluntate,de senten.ex com.Bald.in
c d.l.pen.& d.Ant.hic.Et dicit Bald.quod magna quantitas, c vel parua dicitur respectu personarum & causæ,alleg.l.cum filius. §.hæres meus,ff.de leg.2.vide bonam glo.in capit.fin.de re iudica.lib.6.Aut renunciatio,seu pactum fuit multum generale,
d vt quod posset arbitrator altè d & basse in totum & in partem de iure vnius tollere,& dare alteri, & tunc aut præceptum arbitratoris fuit contra Deum, & non ligat, quantumcunq; sit ratum, vel pœna sit apposita, secundum Hostien.hic,& bene p batur 11.q.3.c.qui resistit,& c.si dominus.Idem puto, vbi fit cōtra ius commune non remissibile per partes,vt in c. examinata,de arbi.& c.peruenit,eo.titu. & de fo. compe. c. si diligenti. Aut est contra ius priuatum ipsius partis, & si deceptio contingit ex proposito & dolo arbitri, pōt peti reductio,per rationem supra dictam.Ita tenet Io.Cald.in sua dispu.& Ioan. And.in addit.prædicta,& Barto.in d.§.arbitrorum, & est commune dictum.Aut interceßit sine dolo,& valet,ita quod non potest peti reductio.Ita tenuit Ioan.Cald.& Ioan. And. in addit.prædicta.Ita refert fuisse in quadam disputatione concluſum,quia fatis hic constat de intentione renunciantis,seu paciscentis.Sed tu aduerte latius:aut enim sumus certi,quòd nō interuenit dolus,aut sumus in casu dubij.Primo casu tenuit do.Pet. de Anc. disputando,vt refert in repetitio.c.canonum,de constitu.q̄ potest peti reductio prætextu enormissimæ lesionis, quia patia sunt dolum interuenire ex proposito,vel re ipsa, d. l. si quis cū aliter,ff.de verbo.obliga.& l.2.ff.de doli exceptio.Sed communis opinio videtur in oppositum,vt sentit Barto.in d.§. arbitrorum.& Ioan.Cald.& Ioan.And.vbi supra,& dom.Anto.hic,& idem refert tenuisse do.Fran. de Aret. Non enim est hic opus coniecturare tacitam voluntatem, ex quo sumus certi de expressa,vt in c.2.de reg.iur. Quisque enim potest iuri suo renunciare,de regu.cap.ad Apostolicam,& 7.quæst.1. cap. quam periculosum.Et ad l.si quis cum aliter,allegatam per domi.Pet.respondeo,q̄ loquitur,quando quis fuit deceptus ignorāter. Sed in casu nostro scienter & appensatè dedit illam ampliſſimā potestatem arbitratori,vnde de se conqueratur,argum.in l. mandato,ff.de procu.& ita voluit Hostien.& Ioan. And. in c.fin.de maio.& obe.& hæc puto vera, nisi fuisset appositum aliquod verbum illius potestatis restrictum, vt puta, quod posset altè, basse,& c.prout sibi videbitur,& placebit.Nam hæc verba, Videbitur & placebit,importāt arbitrium boni viri, vt l. Thais.§. fœrore,ff.de fideicom.liber.l.fideicommissa.§.quanquam,ff.de leg.1.no.in ca.2.de corp.vitia.& idem dicendum in similibus, ad hoc quod no.Bal.in d.c.2.de leg.Cor. Putat tamen do. Ant. quod si ex aliqua legitima cā fuit arbitrator deceptus, de qua p stiaret,quod ex clausula generali, vel iudicis officio subueniret læso,arg.in l.in ambiguo, ff.de rebus dub.& no. Specu. in titu. de arbi.§.sequitur,ver.quid ergo,si proposuisset.Et hoc casu puto posse procedere illud notabile dictum Hostien.prælleg.q̄ in maxima quātitate iudex posset ex officio suo occurrere, vel
e quando dubitatur de dolo, e vt in sequenti membro subijciā.
Alias

ADDITIONES.

a Iuramentum.Vide late per d.Ias.in l.si conuenerit, ff.de iurisd.omn. iud.in l. si pecuniam, in prin.col.penu.ff.de condi.ob cau.Nunquid autem fit necessarium petere absolutionem à tali iuramento?vide Alex..in consi.42.col.3. in prin.1.vol.Abb.in consil.87.in 2.vol.Bald.in consi.464.1.col.in 3. par.& Paul.de Cast.in consi.216.secundum antiquam impressionem.Nunquid autem sit necessaria citatio?vide Fel.in c.cum olim,col.6.inf. de re iud. Barto. Vero.in cau.100.incipien.in multis contractibus. Ias.in l. ne quicquam. 9. vbi decretum,col.nona,de offi.deleg.Alexan.consi.49.col.6.in 4. vol.Et ad prædicta,an requiratur absolutio,vide do.Franc.Cur.in consi.66.incip.supra præmissa,col.20.& in consi.64.incipien.super contingentia. in addi. Et adde hic quod no.idem Abb.Panor.in sua dispu.incipien.stante statuto, in pen.char.& vide d.Ant.hic in 4.char.& in 17.col.versi.quartus casus, quando renunciatio. & vide quod in simili no. Doctor. in c. cum contingat.inf. eo.vide Ange in consi.170.& si quis promittit non opponere de iniuria, & iniustitia,intelligitur de iolita,quæ fit iuris ordine seruato, non insolita,secundum Ang.in consi.185.

b Magnæ.Et adde hic quod no.idem Abb.Panor.in sua disputatione incistante statuto.& vide D.Ant.hic in versi.quartus casus,quando renunciatio. Et vide quod in simili no.Dominicus in c.cum contingat.inf. e. Vide Ang.in consi.170.Et si quis promittit non opponere de iniuria & iniustitia,intelligitur de iolita,quæ fit iuris ordine seruato,non de insolita,secundum Ange.in consi.185.

c Magna quantitas.Quæ dicatur magna,vel parua quantitas, vide Rapha. Cuma.in consi.17.incipien.Hiero.ad fi.& in consi.50.in 2.col.circa medium. Seb.Sapia.

d Et adde quod no.d.Ant.in c.proxi.in 7.col.& vide do. Abb. in disputatione sua incipi.stante statuto, in pen. char. in vlti.col.illius char. & de hoc vide Bal.in c 1.§.inter pares,de leg.Contra.in vsib.feu.vbi alleg.Io.And. in c.humilis,de maio.& obed.& per Bald. in l. in maioribus, C.de app. Et de hoc vide per Rom.in rep.rub.de arbit.in 14.col.uer.sed pone, 11.vbi alleg.Io. And.in d.c.humilis.& Bal.in d. c. 1.§. inter pares, & Pau.de Cast.consi.72. inc.1. & ante omnia,in vlt.col.

e De dolo.Nunquid ex enormi lesione præsumatur dolus.vide sing.per Alex. in l.si superiore, C.de dolo.cuius verba multum commēdat d.Fran.Curtius præal. consi.66.col.antepen. Seb.Sap.

Alias autem non video,quomodo posset se iudex impedire ad vtilitatem priuatam contra pactum expressum, argum. in l.4. §.hoc autem iudicium,ff. de damn. infect.Ipse tamen do. Anto.in alia parte huius c. videtur velle, quod quantumcunque verba sint largè concepta,nihilominus data enormi lesione, etiam re ipsa dabitur reductionis remedium.Mouetur,quia talia verba in genere & effuso sermone prolata,sunt sub confidēta discretionis & amicitiæ arbitrorum,vt captent ipsorum benevolentiam ad non lædendum,ideo non debent ita latè intelligi,sicut verba sonant,qūia de verbis facilè seruitur. Si ergo re petiunt se in hac confidentia deceptos,debet eis succurri, arg. supra eo.cap.quanto,& c.veniens & hic.Et si iuratum fuit, qa verba iuramenti obuiant,absoluentur,vel iudex ex officio suo prouidebit.Et sic refert de facto consuluisse,& videtur hæc opi. concordare cum illa opin.do. Pet. de Ancha. Hæc opinio habet æquitatem,& pro ea optimè facit c.cum venissent, de fide instrum.& l.si libertus, ff.de ope. libe.Alia tamen opi. videtur verior de iuris subtilitate,argu.optimum in c. quam periculosum.7.q.1.& 5.quæst.5.c.qui ambul.§.sed aliud. Sed quia nota rij ex consuetudine solent apponere alia verba generalia, satis potest teneri hæc opi.do.Anto.vt nisi aliter appareat, non videatur quis voluisse pati enormem, vel saltem enormissimā lesionem,arg.l.cum de indebito,ff.de proba.facit quod dicam infra eo.cap.cum contingat.vbi vide, nisi aliud dicatur fauore litium dirimendarum.In vltimo membro,si cum dubitatur de dolo,tunc ratione enormissimæ lesionis, potest peti reductio, saltem officio iudicis,quia præsumitur dolus in tanta lesione, vt l.Lucius.§ creditor,ff.de his,quæ in frau.cre.tenet Bar. in d. §.arbitrorum.& sic dixit posse saluari illud dictum Hostien.Idē do.Anto.hic,& Fran. de Aret.Nam ex facti qualitate præsumitur dolus,in c.2.de renunc.lib.6.& l.dolum, C.de dolo. † Quæro,supra visum est,an,& quādo competat remedium reductionis,facta renunciatione;nunc quæro,in quibus casibus competat,vt puta,quia nulla interuenit renunciatio,vel si interuenit, non impedit reductionem,vt in casibus prædictis, pro quanta lesione dabitur?Sol. non reperitur in hoc specifice prouisum, ideo insurgunt variæ opi.Prima fuit quorundam, quos recitat Cyn.in l.fi.C.de contrahen.empt.vt oporteat quem esse deceptum vltra dimidiam iusti pretij, sicut in simili habetur in l. 2. C.de rescin.vendi.& c.cum dilecti,& c.pen.de empti.& vendi. Quæ opi.non placet Cyn.& Petro, ideo ponunt ibi secundam opi.quod quantacunque fuerit deceptio,competat hoc remedium,quia iura loquuntur indistinctè,vt in d.l.libertum, ff.de ope.libe.& d.§.arbitrorum.Tertia opi.quod sicut pro modico non datur restitutio in integ.l.socio,ff.de minori.& c.1.de in integ.restitu.ita nec remedium reductionis.Hanc sentit Spec. in titu.de arbitris.§.sequitur,versi.sed quo iure.videtur etiam de mente Barto.& Glosin l.si de meis. §. recepisse, & l.sed & si in rem.§.si quis iudex,ff.de arbi.vbi dicunt arbitratorem posse de iure vnius dare alteri,& Barto.ibi dicit,dummodo modicè, alias fiet reductio ad arbitrium boni viri.Quartam opin. ponit Barto.a in d.§.arbitrorum.vbi distinguit,an arbitrator fuerit assumptus super contractu, an super lite. Primo casu requiritur excessus,seu deceptio,saltem in sexta parte totius. hoc nititur probare per dictum §.arbitrorum,iuncta l.vnde si Neruæ,ff.p socio.vbi dicitur,quod si vir.i ex socijs adiudicauit vnam partē, alteri duas, potest peti reductio.Si vero fuit assumptus super lite,non debet considerari simpliciter læsio,respectu quantitatis debitæ,sed debet etiam ponderari euentus litis,& status causę, vt probatur in l.Lucius §.fi.ff.ad Trebellia.vbi valet tranſactio in quarta parte debiti,& sic ponderabitur quātitas læsionis,habito respectu ad quantitatem causæ.Et idem firmat in l...C.de rescin.vendi.Et ad illam legem,quæ in vendītione requirit deceptionem vltra dimidiam iusti precij, respondet, quod loquitur,quando quis lęditur in taxatione pretij facta à se,secus in tatione facta ab alio: tunc enim sufficit excessus in sexta parte, vt dictum est supra.Et p hoc infert ad notabile dictum sub distio fortè, quòd si aliquis est deceptus in aliquo contractu per procuratorem,forte in sexta parte, quòd poterit intentare remedium illius l.2.C.de rescin.vendi sed contra procuratorem non potest habere regressum,argum.prædictorū iurium. Fran. de Are.transit cum opi.illarum glos.vt hic refert do. Anto.qui in hoc articulo dicit sibi videri,quod tex.in d. l. vnde si Neruæ, cū seq. nō pbare, nec de sexta parte,vt dicit Bart.nec de dimidia, vt dicit do. Ant. Rō est in prōptu: Nā ibi fuerunt factæ tres millesimę, & sic partes tres; vni ex socijs adiudicauit mille & sic tertiā partē, alij adiudicauit duas millesimas, & sic duas partes,ex quo euidens resultat iniquitas, & præsuppositā in socijs paritate, fuit alter deceptus non in dimidia, nec in sexta parte debiti, sed solum in tertia parte portionis debitæ. Debebat enim ex tribus millesimis habere mille & quingenta, et go fuit totum deceptus in quingentis,quæ sunt tertia pars mille & quingentorum,licet esset sexta pars totius quantitatis, sed non potest dicere se in tota illa parte deceptum,quia non debebatur sibi totum lucrum, sed dimidium: habito ergo respectu ad partem sibi debitam, fuit solum deceptus in tertia parte portionis sibi debitæ.Probat ergo singulariter ille tex. quod deceptus seu læsus per arbitrum in tertia parte totius debiti, potest dicere arbitramentum iniquum,& petere reductionem ad arbitrium boni viri.Dico etiam non semper requiri læsionem in tertia parte,quia ille tex.non facit hic regulam. sed illud dixit causa exempli, & ea,quæ dicuntur causa exempli, non restringunt regulam,vt in capitu.1. & quod ibi no. ne cle. vel mona. Sed probatur ibi,quod ex euidenti iniquitate potest peti reductio.Quando autem dicatur euidens iniquitas,non credo posse dari certam doctrinam,sed ex varijs circūstantijs bonus vir. i.iudex arbitrabitur. Nam facilius debet arbitrator induci ad dandum de iure vnius alteri,quando non potest aliter sequi bona pax,quàm cessante hac ratione pacis consequendæ. Item aliter,quando ius est dubium,obscurum,& inuolutum, quam quando est clarum.Item aliter quando est dines, quam pauper & sic de cæteris circunstantijs,argum.in l.1.ff.de reb. dub.& in c.de causis,de offic.deleg.& quod no.glo.in cap.fina.de re iudi. lib.6.& quod supra dixi,secundum Bald.in alia quæstione. Pro hoc optime faciunt ea, quæ dixi circa compositionem fiendā,
34 in capitu.1.de mutuis peti.vbi vide, & hæc notabis. † Vlterius quæro, an petens reductionem ad arbitrium boni viri, & succumbens,quia non probauit iniquitatem euidentem iuxta superius dicta,inciderit in pœnam compromissi, cum promiserit sub pœna stare arbitramento,& non contrauenire? De hoc per Barto.in d.§.arbitrorum.plenius in l.qui Romæ, §.duo fratres,ff.de verb.obli.& adhuc plenius in l.Iulianus,ff de condit. indebi.& originaliter in hac quæstione cōsuluit Dy. qui tenuit pœnam committi, maxime quando iurauit non petere reductionem ad arbitrium boni viri,postea petijt,& succubuit.Hoc consilium etiam refert Ioan.And.in addi. Specu. in titu. de arbi.§.excipitur,versicu.item quod compromissum, & ibi refert
c Gul.de Cu.hoc limitasse, nisi habuerit iustam c causam petendi reductionem,vt quia probabiliter credebat arbitramentum iniquum,alleg.l.si quis forte, ff. de pœn. Ego allego tex. optimum,in c.sacro,de senten.excom.& quod no. in ca. fi.de dolo & contu.Sed adde ad hoc duas notabiles limitationes Barto. primam in d.§.duo fratres.vbi dicit,q̄ incidit in pœnam, etiam si sententia, per quam fuit declaratum arbitramentum æquū, fuisset iniusta,& hoc per illum §.duo fratres, vbi videtur tex.in simili.Aliam limitationem ponit in d.l.Iulianus,vbi distinguit q̄ aut iudex declarauit arbitramentum æquum,& sic hac causa expressa absoluit reum,& incidit in pœnam.Nec in hac quæstione pœnæ admittitur pars ad probandum, q̄ arbitramentū fuerit iniquum,vt in d.§.duo fratres.& facit glo. notabilis in d. l.Iulianus.Aut primo fuit reus simpliciter absolutus, vel iudex absoluit,quia non fuit probatum iniquum,& tunc in quæstione pœnæ,poterit de iniquitate probare. Nam per hanc probationem deregitur iniquitas sententiæ,quæ transiuit in rem iudicatam,& sic non obstabit exceptio rei iudicatæ, & vide plenius ad materiam, quod no.in d.l. Iulianus.Et intellige omnia prædicta cum illa limitatione Gul.& Ioan.And.Et ex istis infer
d tur,quod qui allegat iniquitatem d arbitramenti, habet hoc p-
e bare,alias succumbit,quia præsumitur e pro iustitia,l.ab ea parte,ff.de prob.quod tenet Ioan.And.in loco præal.Bar.in d.§ arbitrorum.Probabit autem ex antiquis actis,vel nouis probationibus,sicut in causa appellationis obseruatur,in c.cū Ioānes,de fi.instr.& quod no.in c.in presentia,de renū.& vide per Fed. in consil.

ADDITIONES.

a Bar.Adde Paul.de Cas.consi.70.inci.viso puncto suprascripto, & alijs,de quibus in eo fit mentio,in 2.col.circa medium.

b Ego.Vide Alex.in l.si quis arbitratu in fi.ff.de ver.obli.vbi dicit,quod opi.d. Abb.reincidit in opi.Bar.quod an sit verum,dixi latè in l.3.C.de rescin.vēdi.& vide do.Bar.Ver.in tractatu de simula.contractuum, in 6. casu principali,col.11.versi.quarta opi.vbi infinita ad hoc propositum. & vide etiam ad hæc d.And.Sicu.in c.pen.col.vlt.infra de empt.& vendi.Alex.& alios in l.si quis cum aliter.ff.de verb.oblig. Seb.Sap.

c Iusta causa excusat à pœna compromissi. Adde etiam si non sit vera, ita in terminis dicit Io.And.in addi.Specu in titu. de arbi.§.fi.in versi.item quid si compromittum.& Gul.de Suza,quem simpliciter refert Paul. de Cast. in d. l.Iul.ff.de condi.indebi.in 6.col.Idem tenent Bal.& Ang.in l.tres fratres.ff. de pact. & in d.l.qui cum tutoribus,in prin.ff.de transa.& in l.fi.C. de arb. & in l.non solum,ff.de rei vend.d.Ale.de Imo.con.174.inc.opportune considerato themate.in 3.col.ad fi.facit Auth.omnes.& ibi Bald.C. communia de succes.

d Allegat iniquitatem. Vide Raph. Comen.in consi. inci.stante statuto ciuitatis Vicentiæ,in vlt.col.& d.Ant.in consi.23.in 4.col.cum duab.seq.& Abb. in consi.63.in 2.col.in 1.vol.vbi tenet,quod in dubio præsumitur pro æquitate laudi. Seb. Sap.

e Præsumitur.Vide de hoc per domi.Anto.in c.quoniam contra, in pen.char. de probat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

35 conſi.275.vbi omnino vide in ſolutione.† Sed iſtud dubiũ notabile per iſtos Doc.non tactum eſt,quid ſi pro parte obtinuit. & pro parte ſuccubuit,an incidat in pœnam in totũ,vel in par-
36 tem,vel euitet ex toto? † Quod reperi tetigiſſe Bal.in extraneo loco.l.in vſib.feud.in tit.de lege Cor.c.2. Pone exemplum,arbitrator præcepit,ꝙ darentur decem, iudex in cauſa reductionis, ſtatuit de quinque.Bal.tamẽ videtur heſitaſſe,quid ſi iſta quinque non ſoluuntur,nunquid committatur pœna compromiſſi,ſaltem pro rata,&ſin aliter concludit,ꝙ non,quia agitur non ex compromiſſo, ſed iudicis ſententia. Vnde mutata perſona, ſtipulatio pœnæ non committitur.l.cum apud,ff.iud.ſol.& qđ ibi not. Et ſic ſecundum eum, impune a pœna conuentionali ſententiæ iudicis non parebitur, quia compromiſſum,ſeu pœna in eo apposita ad perſonam iudicis, de quo non fuit cogitatum,ſe nõ extendit, in l. in compromiſſis,ff.de arb.& dicit hoc placuiſſe Bar.non tamen ſpecifice tangit queſtionem,quam in principio formaui. Et primo dubito de ſua concluſione etiam
a in terminis ſuis,quia iudex aditus in caſu reductionis, a ſuccedit in locum primi arbitratoris, vt no. Inn. in c.præſenti,hodie incipit ſtatutum,de reſcr.lib.6 Bar.in l.1.ff.de leg.2. Ergo eſt eodem iure cenſendus cum primo,niſi dicas,ꝙ iſti canones & ꝓuiſiones pœnales ſunt ſtricti iuris,vnde non tranſeunt etiam in iudicem appellationis, vt d.l.cum apud:vnde variato tribunali vel etiam nomine iudicis,nõ habent locum, vt plene per Bar.in d.l.cum apud. Potes ergo concludere, ꝙ aut iudex ſimpliciter confirmat arbitramentum ,& habet locum pœna ſecundũ diſtinctionem ſupra in præcedenti q.poſitam. Aut iudex reformat,& tunc pœna ceſſat in reformatis, quia nõ agitur amplius ex compromiſſo, ſed ex iudicis ſententia. Sed quo ad primam q, quam ego ſupra formaui,nunquid eo ipſo,ꝙ petijt reductionẽ totius ſimpliciter & obtinuit in parte, cõmittatur pœna in parte? Credo, ꝙ non, quia iuſte petijt reductionem totius arbitramenti. hoc probo per l.vnde ſi Neruę.cum ſeq.ff.pro ſocio.iun
b cto.§. arbitrum, prælleg. vide b quod in ſimili dixi in c.finem, de dolo & contum Sed Bal.hanc q. ſpecifice tangit in l. fi.C.de arbi.vbi primo diſtinguit, ꝙ aut capitulũ,in quo fuit læſus,erat ſeparatum ab alijs,& committitur pœna in totum, ſecus ſi erat connexum,vel vnitum,ita,ꝙ non capiebat congruam ſeparationem,arg. in l.etiam.ff. de minori. Poſtea videtur velle,ꝙ inſolidum committatur pœna, cũ debeat clare & ſeparatim ſpecificare grauamen, arg.in l.qui ſolidum, ff.de lega.2. Hoc vltimum videtur mihi ſatis durum,& cõtra illam l.vnde ſi Neruæ. cum ſeq. vnde indiſtincte, vt euitatur pœna,cum arbitramentum ſit quædam tranſactio ſuper toto, vt in Auth. ſi vero contigerit, C. de iudi. non poteſt iſte dicere,ſe magis grauatum ſuper vno artic.quam ſuper alio, ſed grauamen reſultaret ex toto compromiſſo ſimul, cum ſit vnica tranſactio, ſeu vnicus contractus. pro hoc iura ſuperius alleg. Ex his potes inſtrui,nunqd petens reductionem, incidat in periurium, ſi iurauit laudũ ſeruare,& poſtmodum petijt reductionem. & nõ obtinuit,vel ſal-
37 tem in parte. † Quæro intra quantum tempus debeat arbitrator arbitramentum explicare?Spec. mouet quæſtionem in arbi
c tro,c non in arbitratore, in tit.de arbit.§.differt, verſi.ita ꝙ intra triennium, & refert varias opiniones, nec firmat in aliqua pedes.Ioan.And. ibi in addit. videtur ſentire compromiſſum nõ expirare triennio, ſicut quidam dixerunt,per auth. ſi tamen,C. de temp.app.& clem. quandiu,de appel.Bart. ſpecificè in arbitratore tangit,in l.ſi quis arbitratu,ff.de verbo.oblig. & dicit,ꝙ iſta poteſtas finitur eo nolente arbitrari, vt in l.ſi merces, ff.loc. & in §.pretium,Inſtit.de emp.& vend.Sed dubium eſt,quando dicitur nolle arbitrari.ideo in hoc diſtinguit,ꝙ aut arbitramentum fuit collatum in aliquem ex contrahentibus,aut in tertiũ. Primo caſu, ſi compromiſſum conſiſtat circa ea, quę ſunt de ſubſtantialib.contractus,vt circa rem ipſam,tunc debet arbitrari intra 60.dies,vt in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quid ita,ff.de ædi. edic.Si circa aliqua extrinſeca, tunc tenetur arbitrari quam primum poterit,vt l.hæc venditio,ff.de contrah.empt.Secundo caſu,quando confertur in tertium, tunc, ſi intra annum non arbitretur, videtur nolle arbitrari,C.commu.de leg.l.fin §.ſed ſi quis.Nec dicat aliquis, fm cũ,ꝙ ibi ſit ſpãle fauore vltimæ voluntatis,qa in eo ſolum eſt ſpeciale,quod receditur a perſona. Bal.in d.c.2. de legge Cor.dicit ſalua reuerentia Bar.iura ſuperius alleg.non probare ſuam opi. Nam in l.ꝙ ſi nolit erat collatum arbitrium ſuper reſolutione contractus,& non tanquam in bonum virũ, ſed tanquam in voluntatem eius, cuius arbitrium non poterat reduci ad arbitrium boni viri.Nam ibi dicitur, ꝙ ſi res ſit vendita cum pacto, vt ſi diſplicuerit, redhibeatur, nec ſit diffinitum tempus ad redhibendum, ꝙ intra 60. dies poteſt redhiberi, & non vltra. Item d.l.fi.C.commu.de leg.non probat id,ad quod Bar. inducit, quia ibi eſt caſus ſpecialis, vt præſigatur annus, qa expectatur,ꝙ electio conuertat in aduerſarium, ideo ipſe dicit ꝙ terminus debet ſtatui a iudice, vt ff.de iure delibe.l.ſi curato ris.Item ſine termini prefixione, ex quo labitur tantum tẽpus, intra quod bonus vir fuiſſet arbitratus,expirat compromiſſum, cum in eum fuerit compromiſſum, tanquam in bonum virũ, argu.l.1.ff. ſi quis cau.Et videtur ſibi æquum,vt expectetur per annum.computando annum non a die compromiſſi ſed a die, quo potuit cognoſcere preſentib.partibus. Vel aliter,fm eum, aut fuit cõpromiſſum ſuper lite,aut ſup negocio.Primo caſu arbitrator ſuccedit loco arbitri, ideo dabitur triennium. Secũdo caſu,vel aſſignabitur tempus arbitrio iudicis, vel ꝑ lapſum anni inducetur tacita renunciatio compromiſſi, tam partium,ꝙ ipſius arbitratoris,arg.ff.de arbit.l.item ſi vnus.§. ſi multo poſt. Simile de anno in c.quæren ti, de offic.deleg. Hæc dicta Bal.nõ probantur iure,& maxime id,quod ſentit de arbitro,vt expiret ipſius poteſtas per triennium,& aliter ipſemet Bal.notauit in l. fi.§.ſed & ſi quis,C.commu.de leg.Ego dico, ꝙ aliud eſt quærere, nunquid triennio expiret inſtantia coram arbitro,vel arbitratore, & de hoc dixi ſupra. Aliud eſt quærere quanto tempore duret poteſtas,& de hoc in arbitro dicerem, ꝙ durat quanto actio,niſi tacitè.vel expreſsè hæc poteſtas reuocetur a partibus. Hoc videtur probari in d.authen.ſitamen,ibi,[Si decies millies plus quam biennij tempus,&c.] & in d. clemẽ. quandiu. Simile in iuriſdictione delegata, quæ niſi reuocetur, ſemper durat, donec extinguatur, vt in l.falto,C.de diuerſ.reſcrip.& no.in c.ſi autem.c.plerunque,de reſcri. In arbitratore eſt maius dubium, & crederem idem dicendum,quod in arbitro.Hoc probatur in d. auth. ſi tamen.licet enim ibi text. loquatur in arbitro,tamen non apponit aliquid,per quod appareat,ꝙ magis ſenſerit de arbitro,quam de arbitratore. Nam nomen arbitri, eſt commune vt in d.§. arbitrorum, & ſupra dixi,& nullus tex.ſpecifice facit mentionem de arbitratore, ſed communiter loquuntur de arbitro, vnde vbi materia nõ eſt magis proportionabilis arbitro, quam arbitratori, appellatione arbitri debemus intelligere de vtroque,vt in d.§. arbitrorum. Et pro hoc bo.tex in c.expoſita, de arb. vbi arbiter appellatur is, cuius laudum reducitur ad arbitrium boni viri. Nam & arbitrator quandoque aſſumitur ſuper lite ventilata coram iudice,vt in auth.ſi vero contigerit,C. de iud. Hoc verum, vbi ipſe arbitrator dixerit ſe nolle acceptare compromiſſum,quia ſtatim expirat, vt in d.l.ſi merces,ff.locati. Ipſe tamen partes poſſunt poſt acceptationem ſibi prouide re faciendo eum compelli per iudicem, vt ſupra dixi,vel communi conſenſu ab illo recedere l. litigatores,ff.de arb. Alias autem,quod non mutatur,quare ſtare prohibet?vt l.ſancimus,C. de teſt.& l.præcip.mus,in ſi.C. de app.& facit ele.quandiu:vbi tex.loquitur ſimpliciter de cõpromiſſo,& dicit, Quandiu,&c. ſine præfinitione temporis. compromiſſum aut eſt commune
38 arbitro,& arbitratori, de auth. ſi vero contingerit.† Quæro, qs
d eſt iſte bonus vir d ad cuius arbitrium recurritur pro iniquitate arbitramenti?Sol.communiter dicitur,ꝙ eſt iudex, l.cõtinuus. §.cum ita. ff. de ver.oblig.& i.ꝙ ſi Epheſi, ff.de eo,quod cer.loco.& l.vir bonus.ff iudi.ſol.Ita not. hic, & in d.§.arbitrorum,& vide bonam gl.in c.potuit, de loca.in verbo, celeri,in fine,quæ generaliter dicit,ꝙ vbi fit mentio de arbitrio boni viri in genere,intelligitur de iudice per d.l.continuus.† Sed dubitatur,quis
39 iudex erit competensan iudex arbitratoris an rei,an actoris,& ſæpe poteſt hęc quæſtio contingere, cum compromiſſum fit a clericis in laicum, vel a laicis in clericum, ſeu cum compromittentes ſunt laici,& etiã arbitrator, ſed ſunt diuerſi fori Bart. in d.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. In caſu reductionis. Vide d.Socy.in l. mulcta,in 5.colum.ff.de cond.& dem. vbi tangit,an procedatur coram iudice reductionis, ſicut coram arbitratore. Vide etiam do.Ant. in conſi.50.incip. pacto iudicem aditum, in prin.& per totum.

b Vide. Tu latius de hoc puncto per eundem Bald. in l.eos.§. ne temere, C.de appellatio.

c SEB. SAP. In arbitro.Vide Pract.Pap in forma libelli,quomodo agitur ad pœnam ex forma compromiſſi,in uer.nec reductio,in vlt.col.Laur.de Ora. in tracta.de arbit.in vlt.par. Alex.in conſi.95.in vlt.colum.in 2.vol.Felyn.in c.quod ad conſultationem,ad fi.infra de re iud.Cor.in conſi.377.ad fi.in 2. vol.& Soc.in conſi.200.col.4.in 2.par.Dec. in conſi.39.colũ.vlt.do.Vitalem in tract.clauſularum,char.83.

d Vir.Coram quo peti debeat reductio ſententiæ ad arbitrium boni viri,& de hoc per Bal.in l.pen.C.de arb.& in l.2.C.vbi & apud quem.& per eundẽ in concluſionib.Spec.in tit.de arb.& per Pet.de Anch. in repe.regu.ea quæ.in 17.co.uer.iuxta prædicta applico,de re.iu.in 6.Et vide Ang.in conſi.1.fi.& d.An.in c.ſi clericus laicum in 11.col.de fo.cõp.Doc.in c.ſtatutum,in principio vlt.col.de reſcr.in 6.Et ſi ſint plures arbitri, quorũ vnus ſit clericus,alius laicus, an debeat peti reductio coram iud.ec laico,an coram eccleſiaſtico, vide Bal.in l.præcipimus,C.de app.Et facit ad hoc quod no.Bar.in l.iuriſperitos.§.cum oriundus,ff.excu.tut.

ANT. FRAN. Corã,quo iudice ſit petenda reductio in caſu,de quo hic mihi placet deciſio,ꝙ pro reductione adeatur, iudex eccleſiaſticus, quamuis unus ex arbitris ſit laicus, & hoc ex priuilegio Eccleſiæ, quæ trahit reũ ad ſuum forum, ad quod uide do. Abb.in c.expoſita, de ar. Magis enim dignum attrahit ad ſe minus dignum,vt in c.aqua, de conſecra.eccle.vel alta. Ad quod etiam uide Ang.in l.qui certo loco,de cond.ind.&uide per Alex. in conſi.131.in 2.par.conſi.uide etiam Ang.in l.ſi ſuſpecta.in §.fi.ff.de inoffic.teſt.& uide do. Card.in cle.1.in 5.q.de app.Fed.de Sen.in conſi.274.& Lanfran.de Orta.in tract.de arb.in 7.par.in 19.q.

in d.§. arbitrorum, recitat aduocatos communiter tenere,ꝙ ſit iudex competẽs iudex appellationis,cum ipſa reductio ſit q dam appellationis ſpecies,l.non diſtinguemus.§.cum quidam, ff.de arb. Ipſe vero tenet contrarium. l.ꝙ ſit iudex is,qui habet iudicare in principali cauſa, ita ꝙ ſi actor in cauſa originali petit reductionem,debet recurrere ad iudicem rei. Si ipſe reus petit,licet recurrere ad iudicem ſuum.Ratio,quia ſiue petatur in re actionis, ſiue officio iudicis, ſemper debet adiri iudex rei,qa ſemper actor ſequitur forum rei, vt in c.cum ſit, de fo.compet. cum hic non agatur ex compromiſſo, & ſic non eſt adeundus iudex arbitratoris.Si autem reus ipſe petit, poteſt adire iudicem ſuum, quia quaſi ſuper exceptione ſibi competenti prouocat, & ſic ad iudicem ſuum, qui eſt iudex principalis cauſæ prouocare poteſt,ad hoc l.fi. C.de vſur. pup. ſecundum vnam lect.ad idem bon.text.in l. cum hi.§.tranſactiones alimentorum, ff.de tranſact.vbi dicitur,ꝙ ille iudex debet arbitrari ſuper tranſactione,qui eſt futurus iudex ſuper lite. Ad hanc ſententiam adduco cap.expoſita,de arb.vbi Papa cognoſcit de arbitramento lato a Duce Venetorum,qui ſibi non ſuberat, partes tamen ſibi ſuberant.Hæc concluſio Bar.placet hic d.Ant. vbi laudum eſſet iu
41 ratum, & dubitaretur ſuper reductione propter iuramentum. Nam tunc debet adiri iudex eccleſiaſticus, vt hic,allego etiam
c text.in c. venerabilem,de elect. Item ſi laudum eſſet in materia pertinente ad eccleſiam,arg. hic, vel ſi euidens nutriret peccatum,de iud.c.nouit. Aduerte latius, omnes conuenire videtur ꝙ ad iudicem arbitratoris non ſit recurrendum, cum iſta reductio non ſit proprie appellatio.quod etiam tenet Colle. in c.cũ dilectus,de arb.ſentit Fed.conſi.265. Sed ego limito, niſi ex forma ſtatuti laudum haberet executionem paratam: tunc enim, cum pars cõqueratur directè de laudo, debet adiri iudex ipſius arbitratoris,ſicut obſeruatur in cauſa apppellationis.2.q.6.c.anteriorum,&c. Romana. §.debet, de appel.lib.6.Ad hoc allego Bar.in l.2. vbi & apud quem.vbi apertiſſimè hoc tenet.Ceſſante vero d.l.municipali,licet Collect.dicat, ꝙ petens debeat adire iudicem aduerſarij, tamen mihi placet illa opin. præcedens Bart. & facit, quod no.ipſe Fede.conſi.137.vbi dicit,ꝙ ſi petitur examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam, debet adiri iudex principalis cauſæ, ſiue petatur a reo, ſiue ab actore,quod plenius dixi in d.c. cum ſit generale,& c.ſi quis clericum,de foro compet.& tenet Bar.in d.§. arbitrorum,& hoc ratione prædicta, & quia cauſa naturalis vincit accidentalem,l.qui, habet, ff. de tut. Debet ergo conſiderari origo cauſæ, & non id, quod nunc accidentaliter petitur. Addo etiam aliam limitationem, ꝙ vbicunque pro parte eccleſiæ petitur reductio,poterit ex ſpeciali priuilegio adiri iudex eccleſiaſticus, ſi allegatur fraus,vel
b minus legitimus contractus, vt notanter, voluit in omni caſu Inn.in c.cum ſit generale, prælle.& vide quod ibi dixi.† Nunc quæro de notabili & quotidiana quæſt.ſup.dixi,qui ſit iudex cõ petens in iſta reductione ad arbitrium boni viri, nunc quæro,a an a ſententia iudicis reducentis arbitramentum ad æquitatẽ, poſſit appellari?D.And.refert hic Bal.in d.§.arbitrorum,tenuiſſe,ꝙ ſententia iſtius iudicis reducentis, non poſſit reduci ad arbitrium boni viri, quia iudex non cognouit, vt arbitror, ſed vt iudex.ſed appellari bene poterit,quia vt iudex fecit.Ioan. And. in addi.Spec.in tit.de app.§.in quibus, verſi.16.recitat Ruſticanum,Doctorem antiquum diſputaſſe, & tenuiſſe,ꝙ a tali ſentẽtia non appellatur. Motus, quia ab arbitramento non appellatur, ergo nec a ſententia iudicis reducentis, quia nõ cognoſcit vt iudex,ſed vt bonus vir. ff.pro ſocio.l.locictatem,in fi.Subrogatum autem aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,in c.eccleſia,vt lit.pend. Sicut enim quando arbiter cognoſcit loco iudicis,ab eius ſententia appellatur, de offi.deleg.c.ab arbitris,lib.6.& l.apertiſſimi,C.de iud.& l.arbitro,ff.qui ſatisda. cog.ita non debet appellari a iudice,qui cognoſcit loco arbitratoris,ſeu boni viri.D.Anto.ſequitur hic Butri.ſ.vt poſſit appellari, quia in commiſſis ad arbitrium iudicis appellatur,vt not. in c.ſuper his,de app.Item,quia hic non ſubrogatur iudex in locum arbitratoris per omnia,ſed datur vt iudex iudicialiter corrigat,quod extra iudicialiter eſt malefactum, ſicut in ſimili non appellatur ab excommunicatione,& tamen appellatur a declaratione excommunicationis,adducit no. in c. paſtoralis,de ap. Ad c.ab arbitris,dicit, ꝙ facit pro, quia ibi cognoſcunt vt iudices, ideo appellatur. Dicit enim ꝙ ſi teneretur opi.ꝙ iudex iſte omnia vt arbitrator faceret,poſſet ſaltem ipſius ſententia reduci ad arbitrium boni viri,alleg.gl.in d.c.ſuper his,& ſic ipſe tranſit in contrariam ſententiam,ꝙ nec appellari poſſit,nec reduci ad arbitrium boni viri. Ego adduco Bar.in l.1.in fi.ff.de lega.2. vbi hoc aperte tenet,alleg.Inno.in c.præſenti,de reſcri.lib.6.hodie incipit,ſtatutum,vbi vult, ꝙ quando iudex cognoſcit,vt bo
b nus vir,nõ poſſit appellari,b ſicut nec ab ipſo arbitratore.Idem videtur velle Bal. in l.fi. C.de contrahen.empt. vbi refert Bart. ſic tenuiſſe,ipſo audiente,vt in d.l.1.licet aliqui libri nõ habeãt, ego tamen habeo in meo,& vidi aliam lecturam illud dictum non habentem.Item dicit,quod non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri,vt tenet ibi Bar. Hanc opi. ſequitur do. meus do.Card.Flor.in c.expoſita,de arbitris,& refert Bar.& Salyc.ſic conſuluiſſe. Ego etiam ſic conſului in quæſtione facti. Nam ex contrario ſequeretur, ꝙ partes inciderent in anfractus iudiciorum,quos compromittendo euitare voluerunt. Item iudex ſit per reductione habet procedere, non ſecundum merum ius, ſed æquitate præhabita, ſicut proceſſiſſet arbitrator,ſeu procedere debuiſſet bonus vir, vt d.§. arbitrorum,& ibi per Bart.ergo non procedit, vt merus iudex. Item nõ debet peti reductio ad arbitrium boni viri, quia ſic eſſet proceſſus in infinitum,cõtra l.terminato,C.de fru.& lit.expen.& quia hoc nullo iure cauetur. Non obſt. gl. in d.c.ſuper his,allegata per do.Anto.quia intelligo illam gl.ſecundum glo.ibi præcedentem, ſ.ꝙ debeat ſententia reduci ad æquitatem,ſ. per viam appellationis,quando iudex proceſſit, vt iudex, non loco arbitratoris.Nam loquitur, quando venit pœna imponenda arbitrio iudicis, & ſic loquitur,quando proceſſit vt merus iudex,quo caſu appellari poteſt, vt in l.ſi qua pœna,iuncta gl.& Bar.ff.de ver. ſigni.Nos autem loquimur quãdo iudex proceſſit, vt bonus arbitrator: hęc opi. habet æquitatem, vt cito finis litibus imponatur.† Sed hic
41 annecto dubium notabile, an per petitionẽ iſtius reductionis,
c debeat ſuſpendi executio iſtius arbitramenti.c Do. Card in d.c. expoſita. de arbit. tenet quod non alleg.no. in cap.ex literis,de in integ.reſt.in gl.ſupplicauit.& ſufficit,ſecundum eum,ꝙ hoc iure non probatur. Nec ob.ſi dicatur, ꝙ hæc petitio habet vim appellationis, d. l. non diſtinguemus.§. cum quidam,de arbit. quia non per omnia, vt ibi not. Nam iudex hoc caſu aditur non per viam appellationis,ſed per querelam,& hæc differunt vt in c.concertationi,de app.li.6. Ego indiſtincte tenerem contrarium, quia quo ad effectum differendi executionem, habet hæc petitio effectum ſuſpenſiuum,& ſic vim in hoc appellationis, vt probatur in d.§. cum quidam. Item iura dicunt,ꝙ arbitramentum iniquum, debeat reduci ad arbitrium boni viri,ergo non debet executioni mandari ante reductionem, vt clare probari videtur in d.§.arbitrorum,in fi.iuncta l.vnde ſi Neruæ, cum ſeq.co.tit.Hoc etiam videtur velle Inno.hic qui dicit non valere dictum arbitratoris,niſi ſit æquum,vel ad æquitatem redactum,& idem dicit gl.in c.cauſam quæ,de elect. Sed quia ſupra tactæ ſunt multę differentię inter arbitrum,& arbitratorẽ, tam in modo procedendi, quam finiendi. Item habuiſtis ſupra aliquos modos cognoſcendi & diſcendi arbitrum,& arbitrato
42 rem.† Quæro nunc de aliquibus caſibus dubitabilibus,& quæro primo, quid ſi fuit compromiſſum in aliquem, tanquam in arbitrum, & arbitratorem,erit ne iſte arbiter,vel arbitrator? Solvit Inn.hic,& Bar. in d.§.arbitrorum,& communiter Doctores dicunt, ꝙ ex modo procedendi & pronunciandi perpendimus, vtrum fecerit vt arbiter, vel vt arbitrator, arg.eorum, quæ not. in l.1.ff.de iud.& l.epiſcopale, C.de epiſc. aud.Item dicit Inno. ſi fuit compromiſſum in aliquem, ꝙ poſſit procedere ſeruato ordine iudiciario,vel etiam non ſeruato. Nam illa verba,ꝙ poſſit procedere ſeruato ordine iudiciario, innunt,ꝙ compromittitur in eum tanquam in arbitrum. Alia vero verba, ꝙ poſſit procedere non ſeruato ordine iuris,innuunt,ꝙ tanquam in arbitratorem. Ideo ſecũdum eũ, ſi proceſſit ſeruato ordine iuris, ſtabitur dicto ſuo etiam iniquo,quia videtur proceſſiſſe,vt arbiter. Si vero proceſſit iuris ordine non ſeruato,tunc non valebit dictum ſuum, niſi ſæquum, vel ad æquitatem redactum, quia videtur proceſſiſſe,vt arbitrator. Ego autem (cum reuerentia) hæc dicta non ſequor,quia licet poſſit eligere alteram viam,tamen non eligendo poteſt procedere vtraq; authoritate,ita no. Inno.in habente delegatam, & ordinariam,in c.cum ex officij de præſcrip.Ego allego ad hoc cap.niſi, de preben.vbi ſimpliciter probatur, ꝙ ſi in aliquem delegatum committitur, ille poteſt

ADDITIONES.

a Nũc ſpro.Vide d.Frã.de Arc.in c.ſuper his,in 7.&8.col.inf.de acc.ubi plura.S.S.

b Appellari.Vtrum à ſententia iudicis arbitratoris poſſit appellari,iuxta per Inno.in c.præſenti,quod hodie incipit ſtatutum. de reſcr.lib.6.per Bar.in l.1. in fi.de leg.2.Et iuxta per Bald.in l.1.C.ne lice.in urba cad. cauſa ter.prou. 2.col.& per Bal.in tit.quo tem.mi.in c.ſi.& in l.1.in 14. col.ff.de lega.2.vide etiam Bal.in l.rale pactum.§.qui pronocauit,in vlt.qõ.ff.de pac.in l.1.C.de his quæ pœ.no.& per Bal.in c.ad noſtram, il 2.in vlt.col. uerſi.quæro,nunquid ſtatutum ciuitatis.ſupra eod.& Pau.de Caſt. in conſi.22.inci.circa primum quæſitum eſt videndum, &c.Adde quod Inn. in c.ſi de feriis,dicit, ꝙ in commiſſis arbitrio non poteſt appellari.Item facit, quod no.do.Anto.in c.ſi.infra eo.in 3.col.ubi dicit,ꝙ quando pars ſponte defert iuramentum litis deciſiuum alteri, ꝙ nõ poteſt deferens appellare,ſi ille,cui eſt delatum perfeuerauerit,quia videtur cauſam ſuam commiſiſſe arbitrio iuramẽti ad uerſarii.Sed contrarium in illo articulo dicit d. Ant.poſt Inn.in c.vlt.ꝙ metus cau.in pe.col.Et de iſta qõne hic poſita per iſtum, & per do.Anto.uide Imo.in cle.1.in 3.col.uer.no.bene de iu.ubi alleg.Bar. ſuper hoc in extraua. ad reprim.in uer.hoc edictum.Ad iſtam queſtionem ponderã gl.in uer.vnã in l.3.§.1.ff.de arb.& de hoc uide per Sal.in l.1.C. de app.& in l.ſo cietatem. §.arbitrorũ,ff.,ꝙ ſocio,& Ro.in l.admonẽdi,in pe. char.ff.de iurei.&in rep. ru.ff.de arb.in 28.co.uer.ſed an ſicut ſnia arbitrorũ,&Imo.in l.2.ff.de pu.iu.

c SEB. SAP. Arbitramenti. Vide de hoc articulo per do.Barth. Soc.in l.Iulianus,col.5.ff.de cond.& demon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest simul & semel in eadem causa pronunciare, vt arbitrator, & vt delegatus. Ita dico, q̃ si compromittitur vt in arbitrũ & arbitratorem, vt pari ratione possit procedere & pronunciare vtraque potestate, si a principio expresse non elegit, & si contra iustitiam partem in modico læsit, poterit, peti reductio. Et in dubio ex qualitate facti præsumitur hoc fecisse vt arbitrator, vt probatur in d.c.nisi. facit l.quæritur, ff.de stat.ho. & hæc bene no. quia quotidie accidunt, & puto verissima. Et per hoc determinatur alia quæstio. Pone retentis terminis, vt supra dictũ est, processit compromissarius partim iuris ordine seruato, & partim iuris ordine non seruato, vt puta fecit libellum dari, litem contestari, recepit tamen testes partibus non vocatis, & publicatis, sententiam sine scriptis dedit. Dicit Host. in hac quæstione posse dici, q̃ sententia non teneat, quasi eligendo ab initio viam iudiciariam, videatur alij renunciasse, arg. de app.c.solicitudinem & de præsump.c.nonne. Dicit tamen ipse melius esse, vt dicamus sentẽtiam valere si æqua sit, alioquin ad arbitrium boni viri redigendam, vt sic interpretemur talem non arbitrũ, sed arbitratorem. Hoc enim est fauorabile, vt cessent litigia, & hoc mihi satis placet per prædicta, quia, ex quo habuit vtrãque potestatem potuit procedere seruato ordine iudiciario, & non seruato. Ad hoc vltra prædicta optimè facit text. in l.diem proferre.§.si quis litigator, ff.de arbi. vbi possunt partes a principio pacisci, vt arbiter pronunciet in absentia partium, & sicut possunt in arbitro remittere pro parte ordinem iudiciarium, eadem ratione videtur de voto. Vnde licet in iudice hoc fieri nõ possit, iuxta no.in capitu. fina. de re iudi.lib. 6. & in cap.de causis, de offi.de leg. secus tamen in arbitro Ratio, quia arbiter assumit potestatem a partibus, non sic autem iudex, & hoc puto verum, quicquid sentiat Bart. post Dyn. in d.§. arbitrorum, vbi videtur velle, quod postquam elegit viam arbitri, non possit redire ad viam arbitratoris. Illud enim procederet, iudicio meo, vbi haberet necesse eligere vnam viam, arg. l. si cui, ff.de ser.fecus si potuit procedere vtraq; via, nec specificè procedit a principio.† Per hoc etiam potest solui alia quæstio a quotidiana. Pone, fuit dictum, quod compromissarius possit procedere de iure & de facto, pronunciare tamen deberet secundum ius, an talis erit arbiter, vel arbitrator? Bar.in d.§.arbitrorum, dicit se credere, quod est arbiter, quia iudex quandoque etiam cognoscit de plano & summariè.l. nec quicquam.§.de plano, ff. de offic. procon.& ver.sig.cle. sæpe. Nec obst.secundum cum, si diceres ordinem iudiciarium nõ posse remitti, l. 2.§.sed quia veremur, C.de iuram.calum. quia illud est verum, quando litigat coram iudice, qui habet iurisdictionem, secus si coram arbitro, qui habet potestatem a partibus, quod dicit notandum. Hoc vltimũ mihi placet, vt supra latius dixi: sed circa primum, puto per ea, quæ supra dixi, q̃ iste erit arbitrator & arbiter in procedendo, sed in sententiando est solum arbiter, vt patet ex potestate sibi tradita, & idem dicendum in alijs similibus quæstionib.† Sed
44 circa hoc cadit notabilis quæstio: quid si arbiter assumptus, modo prædicto, pronunciat iniuste, nunquid teneat sententia? Bar.in d.l.diem proferre.§.ftari, ff.de arb.notabiliter dicit, quod
b non, quia pronunciat contra formam compromissi. a Fran.de Are.in l.si quis arbitratu, ff.de ver. obli.tenet contrarium, quia exprimitur, quod inest, & sic non dat formam. Item quia non valet compromissum in arbitro, si non remanet sibi libera potestas valide eligendi, quod vellet, ff. de arbit.l.qualem. facit ad hoc quod no. Innoc.in c.prudentiam, de off.deleg.& quod no. Doct.in c. ex insinuatione, de rescript. Do. Antonius putat hoc non procedere in arbitro, sed in arbitratore sic, vt tenet Bart.gaille potest de iure procedere, & sic non inest illud de necessitate, sicut in arbitro. Ego in c.cum dilecta, de rescrip.saluo simpliciter illud dictum Bart. quia licet insit de iustitia, vt arbiter procedat secundum ius, non tamen est de necessitate, nec inest sibi de forma, nunc autem, cum exprimitur in compromisso, inest de necessitate, & de forma. Quod non insit de necessitate, patet, quia arbitrium iniuste latum valet. Vbi autem id, quod inest de iustitia, exprimitur in forma iuris inducit necessitatẽ, vt probatur in c.cum dilecta, prælleg.iuncta gl. 1. Preterea, vbi verba possunt aliquid operari, non debent intelligi sine effectu c.si Papa, de priuileg.lib.6. & l.si quando, C.de inoffic. testamẽto. Sed in casu nostro possunt verba operari præmissum effectũ ergo, &c. Non obst. illud motiuum Fran. quia dico l.qualem, procedere, quando datur sibi certa forma pronunciandi, ita quod aufertur sibi libera potestas. Sed in casu nostro hoc non fit, sed datur sibi libera potestas pronunciandi secundum ius, non autem aufertur libera potestas, si id quod inerat de iustitia, reducatur in formam iuris. Et dictum Inno. respondet, quod procedit, quando id, quod exprimitur, tapit instructionem causæ, secus si dat modum procedendi, & larius dico in d.cap.cum dilec-
45 ta.† Vltimo, vt nil boni ad materiam desit, quæro, an arbitrator debeat pronunciare partibus presentibus? Sol. Cyn. in fi.C. de contrahen. emp. tenet quod sic, aliter non valebit sententia, secundum eum. Mouetur principaliter per l.si quis arbitratu, ff. verbo.oblig. vbi dicitur, quod si per testat, quo minus commissarius arbitretur, committitur pena. Per partes autem aliter stare non posset, nisi ipsis absentibus posset arbitrari. Ex quo infertur, quod partibus absentibus, non potest pronunciari. Bart. in d.l.si quis arbitratu, refert quendam solemnem aduocatum consuluisse contrarium, ipse tamẽ satis prolixè sequitur primã opin. & pro casu allega. l. quod si nolit.§. si quid. ff. de æd. edi. Item licet arbitrator nõ cognoscat iudicialiter inter partes, debet tamen partes interrogare, l.1.ff. vbi pu.educa.deb. & ad hoc allegat multa similia. Franc.de Are. quem sequitur hic do. Anto. dicit, quod si partes sunt præsentes in discussione iam facta, non est necessaria vocatio in arbitratore, argu. C. de adulter. l. quamuis indubitati. Et hoc tenet Cy. post Ia. de Ra. & Pe. quod secus est in arbitro, in l. si qui ex consensu, C. de episco. audi. Si vero partes non fuerunt adhibitæ in discussione, vel non constat, dicit, quod si partes requiruntur, non per hoc laudum erit nullum, quia talis modus procedendi non reperitur statutus a iure ipsis arbitratoribus. Habent enim potestatem æquum arbitrandi sine obseruatione alicuius formæ: vnde esse debet in electione ipsorum, an hoc vel non obseruare, ad hoc l.si defuncta.§. fi. de vsufruct. ad quod in simili dicimus de executoribus, in c. fi. de præsump. & in clemen. vnica. de offic. deleg de honestate tamen debent partes vocari, & si detrectant venire, non cogitur arbitrator iudicare, quia potest sibi dicere non liquere de causa, & hoc modo poterit stare per nõ venientem, quominus arbitretur, & sic ptest intelligi l.si quis arbitratu. Non ob. l. quod si nolit, quia ibi non dicitur, quod in arbitrando requiratur partium præsentia, sed excusatur quis parti a contumacia non restituendo propter absentiam eius, cui debet fieri restitutio. Non obst. iura alleg. per Bart. quia loq̃untur in actibus iudicialibus, vt in contractibus, qui possunt compleri per nuncium, & epistolam. l. consensu. C. de actio. & obliga. & facit l. certum.§. fi qs ff. de confe. iuncta l. Publia, ff. depos. Hanc opin. ego sequor, & originaliter fuit hæc opi. Gul. de Cu. iu l. episcopale. C. de episc. audi. Sequitur Bart. in d.l.si qui ex consensu. & Dom. Cardin. in d. cap. exposita. Sentit Hostien. hic in supra dicta quæstione in eo, quod sentit arbitratorem posse testes recipere & publicare, & sententiam ferre partibus absentib. Idem sentit iudicio meo Innocent. dum dicit, quod coram arbitratore non est iudicium, nec quasi, sed totum in sua positum est voluntate. Nam solemnitatum obseruatio non est, nisi coram iudice, vel arbitro, secundum eum, sed extra iudicium ad sui instructionem laborat arbitrator ad veritatem inquirendam. Et pro hac opinione adducitur vltra prædicta, ff. de leg. 2. l. cum pater, §. hæreditatem, & l. ex facto. §. si quis, ad Trebel. vbi deportatus in longinquam prouinciam in remotis partibus, arbitratur. ad idem ca. 2. de ar. vbi exul, & absens compromisit. Item arbitramentum non est ad instar iudiciorum, sed contractus, vt in d. auth. si vero contingerit. Contractus autem potest purificari etiam partibus absentibus, ex quo dederunt potestatem mediatori, argu. in l. 2. ff. de condit. & demonst. Facit etiam quod no. Inn. in c. fi. de transla. episc. Sed ad prædicta adde limitationem solemnẽ q̃ si arbitrator processit ex abrupto, parte nõ audita, nec requisita, laudum est nullum, & ita allegatum fuit de facto, & etiam pronunciatum, vt no. refert Bal. in lib. feud. in tit. de inuestit. in ma. facta. cap. 1. prope fi. & facit secundum eum, d.l. quod si nolit, in fi. & quod no. Innocẽ. & Ioan. And. in capit. ex ratione, de appella. Pro hoc facit, quia bonus vir debet audire partes, cum earum assertione, causarum merita pandãtur. l. fi. C. si per vim vel alio modo, & c. tam literis, de in integr. restitu. & quod not. Barto. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. & sic posses reducere ad concordiam opiniones contrarias. Et quia incidenter dixi Iac. de Raue. Pet. & Cyn. tenere in l. si qui ex consensu, C. de episco. audi. valere sententiam arbitri, si partes fuerũt præsentes in discussione causæ vsque ad conclusionem. Contrarium puto verum per l. diem proferre. §. si quis litigatorum, ff. de arbit. vbi text. singulariter dicit, quod non potest pronunciari partibus absentibus, vel altera earum etiam data contumacia, nisi fuerit hoc dictum in compromisso, quod videtur Barto. habuisse pro indubitato in d.l. si quis arbitratu. & clarius Bald. in d.l. si q̃ ex consensu. Sed ex contumacia committitur pœna compromissi, & expirat potestas arbitratoris, secundum eum, vt in d.§.
46 si quis, quod not. † Vltimo nolo hic omittere quæstionem notabilem

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Alia quæstio. Vide Abb. in cap. cum tempore. supra de arbit. & Bald. in l. solam, in fin. C. de testib. & in l. si non speciali, in fin. C. de rebi. cum alleg. per Fely. in cap. 1. colum. 10. ver. & si dicatur procedas de iure, & facto. supra de consti.

b SEB. SAP. Contra formam compromissi. Vide Alexand. in consi. 22. colum. fin. in vlt. vol. Are. in consi. 58. in vlt. colum. Com. in consi. 55. incip. duo habentes, ad finem. And. Siculum in c. 2. colum. 12. supra de offic. deleg. Felate in c. causam. in antepen. colum. inf. de reiud. Lanfran. de Ori. in tracta tu de arbi. in 7. char. uerſi. 1.

tabilem a & quotidianam. Compromissum fuit in duos, & discordant, nunquid iudex possit eligere tertium, seu eos ad electionem tertij compellere? Hæc quæstio fuit de facto, & intelligende arbitratoribus. Nam de arbitris non est dubium, vt in cacum speciali, de appellatio. & in l. item si vnus, §. si duos, ff. de arbit. Bald. in cap. 1. de inuesti. in ma. fac. recitat fuisse per quos-
b dam sapientes responsum, quod non, b quia arbitratores sunt ad similitudinem proxenetarũ. l. si de meis. §. recepisse, ff. de arbit. Sed certum est, quod in proxenetis non est tractandum de electione tertij. Et hæc opinio placet ibi Bald. & etiam mihi, ga a persona non arbitrante, non receditur, vt l. si quis arbitratu, ff. de verborum obligatio. & l. si merces, ff. loca. Nunc ex prædictis sub epilogo per modum tabulæ, vt facilius inuenias materiam, habes viginti & vnam differentiam inter arbitrum & arbitratorem, ex quibus colligitur, (maxime ex principio,) modus cognoscendi arbitrum ab arbitratoribus. Secundo principaliter habes multas quæstiones ad materiam: tres habes incidenter post 8. differentiam. Prima est, an pro executione arbitramenti detur aliqua actio, & quę. Secunda, an ex taciturnitate temporis emologetur arbitramentum, vt sic non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Tertia, quo iure petatur reductio ad arbitrium boni viri. Quarta quæstio post omnes differentias, quare dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, sicut dictum arbitratoris. Quinta quæstio, nunquid possit peti reductio arbitramenti, si partes promiserunt sub pœna stare dicto arbitratoris, & quid si fuit iuratum. Sexta quęstio, qd si fuit dictũ, quod possit altè & bassè arbitrari, & de iure vnius dare alteri in totum, vel etiam in partem: & an valeat renuncia tio, seu pactum de non petendo reductionem. Septima quæstio, pro quanta læsione possit peti arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri. Octaua quæstio, an petens reductionem, si succumbit: incidat in pœnam compromissi, vel periurij, si iurauerat, & incidenter tangitur, quis habet probare contra arbitramentum. Nona quæstio, quid si petens pro parte succumbit, & pro parte obtinet, & quid si non seruauit pars arbitramentum per iudicem moderatum, an incidat in pœnam compromissi. Decima quæstio, intra quantum tempus debet arbitrator, arbitrari. Vndecima quæstio, qui est iste bonus vir, ad cuius arbitriũ recurritur in causa reductionis, & an sit iudex arbitratoris, an actoris, vel rei. Duodecima quæstio, an a sententia iudicis reducentis arbitramentum ad æquitatem possit appellari, vel saltẽ peti, vt reducatur ad arbitrium alterius iudicis. Tertiadecima quæstio est, an per petitionem, reductionis suspendatur executio arbitramenti. Quartadecima quæstio, quid si fuit compromissum in aliquem, tanquam in arbitrum, & arbitratorem, & & quid si fuit dictum, quod possit procedere, seruato ordine iudiciario, & non seruato. Quintadecima quæstio, quid si is in quem fuit compromissum modo prædicto, processit partim seruato ordine iudiciario, & partim non seruato. Sextadecima quæstio, quid si fuit compromissum modo prædicto, vt compromissarius possit procedere de iure & de facto, & pronuncia re de iure tantum, & nunquid hoc casu valeat sententia contra ius seu iniusta. Decimaseptima quęstio, an arbitrator possit pronunciare, & procedere partibus absentibus. Decimaoctaua & vltima quæstio, nunquid duobus arbitratoribus discordãtibus debeat deputari tertius. Tractatur etiam in principio cap. an arbitrator seu arbiter possit mutare laudum, & latius in 15. differentia, vbi videquæstiones vero, quæ eliciuntur ex differẽtijs supra positis, poteris faciliter discurrendo videre.

ADDITIONES.

a SEB. SAPIA. Quæstionem notabilem. Vide Franc. Are. in consi. 100. colum. pen. Rom. in sing. 143. incip. tu habes. in c. innotuit, & Peru. in c. cum speciali. col. 3. inf. de app.

b ZACHARIAS. Quod non. Tu vide per Bart. & Alexan. in l. item si unus. §. si duos. ff. de arb. Bald. in l. 1. in lectura antiqua, C. de his, quæ pœne nom. Ioan. Mon. in rubr. de arbit. lib. 6. Ioan. And. in addi. ad Specu. eod. tit. §. seq. ver. quid si taceat.

SVMMARIVM.

Ex causa continentiæ, possunt coniuges licite separare cohabitationem.
Iudex eccle siasticus & secularis, est competens iudex ad compellendum cõiuges ad cohabitandum.
Permissum est coniugibus inuicem se dimittere propter fornicationem, & se parare matrimonium propter continentiam seruandam.
Vnus coniugatus non potest ingredi religionem, nisi alius ingrediatur.
Coniugati vouentes continentiam, si alter labatur, an episcopus debeat eos re integrare?
Coniugati vouentes continentiam, si se reintegrauerint, proles nata est illegitima.
Iurans non diuertere, an ex causa possit diuertere, & non incurrere periurium?
Iurans non redire ad maritum, non obstante iuramento, an possit redire.

CAP. XXIIII.

IVanos. Coniuges abiurare se non possunt. ita summatur. Ego summo sic. Ex causa le ui & temeraria coniuges, etiam quo ad thorum & mutuam cohabitationem, se separare non possunt etiam cum iuramenti interpositione. hoc dicit. In prima consultatio. In secunda responsio. Secunda, ibi, [Nos igitur.] Casus literalis. Quidam B. nomine, & A. vxor eius ad inuicem iurauerunt se nunquam mutuo petituros. postea idem B. coram iudice ordinario, scilicet coram Archiepiscopo Terraconensi, illã instanter repetebat, A. econtrario affirmante, q̃ prius se faceret Sarracenam, quam rediret ad eum, &c. Quæsiuit ordinarius à domino Papa, quid sibi super hoc esset agendum. Mandat Papa eidem, quatenus vtrunque inducat ad continentiam obseruandam, quod si facere voluerint, & seruare eam, maneant separati, alioquin per excommunicationis sententiam, appellatione remota, compellatur mulier ad virum redire, cum iuramentum illud temerarium fuerit, & vterque illorum adulterium commiserit. Ber. No. quod dissolutio non dependet a voluntate coniugum, siue agatur ad dissolutionem, quo ad substantiam vinculi, vt in c. super eo, de eo, qui cognouit consang. vxo. suę. siue agatur de dissolutione, respectu mutuæ seruitutis & cohabitionis, vt hic, & inf. de conuer. coniug. cap. cum sis, &
1 quasi per totum. † No. 2. q̃ ex causa continentię seruandę, possunt coniuges licite separare domicilium & cohabitationem.
a hoc intellige, nisi sint iuuenes a & suspecti de incontinẽtia. Tũc enim iudex debet ex officio suo occurrere & impedire separationem, argu. in c. vxoratus, & c. cum sis, de conuer. coniug. & sentit Hostiẽ. in c. veniens, de regula. inf. vbi dicam. No. 3. quod
p ista verba Moneas & inducas, qđ non mandatur præcise coac-
2 tio, vide quod legi. & no. in c. 2. de sponsi. † No. 4. iudicẽ ecclesiasticum posse & debere compellere coniugem ad petitionẽ alterius coniugis ad cohabitationem matrimonialiter cũ suo coniugali. Et sic ecclesiasticus est iudex, non solum vbi agitur de substantia vinculi matrimonialis, vt in c. tuam, de ordi. cog. & c. lator, qui fil. sint legit. sed etiam, vbi agitur de integratione matrimonij quo ad mutuam seruitutem, & in hoc posset etiam adiri iudex secularis, vt in d.c. non est, de sponsi. & sic vterque est competens. Et not. quod etiam ecclesia, compellit vxorem, vt redeat ad maritum, etiam si præcise resistat, hic tamẽ solum dicitur de compulsione per censuram ecclesiasticam. An autem possit præcise compellere, puta per familiam, vide quod dixi
3 in c. literas, de resti. spol. † Glo. 1. quærit, quare hoc iuramentum con fuit obligatorium? Respondet, quia fuit temerarium, vt in tex. Sed aduerte, quia per hoc non satisfit quæstioni, nam hoc est repetere ipsum quare, ideo est videndum, quare hoc iuramentum fuit temerarium. Ego respondeo, q̃ ideo, quia coniuges tenentur sibi propter bonum matrimonij ad mutua seruitia, & mutuo debitum reddẽdum, nec licet viro dimittere vxorem, nisi ex causa fornicationis, & ecõtra, nec vxori licet dimittere virum suum, 32. q. 7. c. Apostolus, & in c. omnes cautiones. Isti autem diuiserant se quadam leuitate & temeritate. Nam, vt patet ex fine literæ, vterque post separationem commisit adulterium, secus tamen esset, si ex honesta causa hoc fecissent, puta propter continentiam seruandam, vt in cap. quod Deo pari. 33. q. 5. Et hoc est, quod voluit Innoc. hic, dicens, hoc iuramentum fuisse temerarium, quia non fuit promissa contentia, nec animo concepta, quod intellige, vt supra dixi, quando scilicet non essent de incontinentia suspecti. Sed tunc diceres, quomodo præter fornicationis causam, vir dimittit vxorem, contra c. 2. de conuer. coniug. cum simil. Respon. q̃ non dicitur dimittere, sed potius ex causa honesta propter Deum separant cohabitationem, vt facilius vacent orationi, & cõtemplationi, & est honestum, & hoc faciunt authoritate Episcopi, & sic intellige tex. cum gl. in c. si tu abstines. 27. qõ. 2. & vide quod scripsi in c. 2. de conuer. coniug. non est tamen hæc authoritas de substantia, vt hic, & c. quod Deo pari, prealleg. Quærit secundario glo. qualiter isti punientur pro temerario iuramento? & est gl. clara. Inno. hic dicit, q̃ punientur pro mortali, vide tu de hoc bo. glo.
4 & quod dixi in c. tua nos, supra eod. † Op. & videtur quod vnus non possit sine altero commorari, nisi vterque intret religionem, vt in c. ad Apostolicam, de conuer. coniuga. vbi patet, q̃ non permittitur vni coniugum intrare religionem, si patiter alius non ingrediatur. So. gl. 2. q̃ quidam fatentur contrarium, sed ipsa tenet, quod etiam in seculo, causa continentię, possunt diuisim commorari, per d. c. quod Deo pari. Sed si alter vellet religionem intrare, tunc oportet etiam alterum ingredi, vt in contrario. Ratio autem diuersitatis posset esse secũdum Hosti.

quia,

ADDITIO.

a SEB. SAPIA. Iuuenes. Faciunt not. per Paul. de Cast. & Moder. in l. iustitia. §. iuris præcepta, ff. de iustit. & iur. ubi dicunt, quod iudex potest cogere aliquem, quod honeste uiuat, & quod dimittat concubinam, quando habet uxorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia, si posset vnus profiteri altero iuuene remanente in seculo, posset absurdum hoc sequi, quia iuuene non continente, vel p fessus educeretur de monasterio, vel alter viueret semper in adulterio, ad hoc de conuer. coniuga. c. ex parte. il 1. & c. placet. vbi vero ambo sunt in seculo, si non continerent, nil absurdū sequitur, sed alter cogitur alteri adhærere, vt hic. Aduerte bene nam sentit Hostien. quod si coniuges se separent causæ continē tes, & eam non seruent, debent compelli, vt simul cohabitent, & reddant sibi debitum. Hoc dictum posset satis admitti, vbi non emiserunt votum continentiæ, sed dixerunt simplici verbo Episcopo, cp eā vellent seruare, & sic iudicio meo posset intelligi text. a contrario, dum dicit: Quam si promittere voluerint & seruare, quasi si promittant & non seruent, non debet
5 episcopus eos pati diuisim habitare. † Sed est dubiū, quid si voluissent continentiam, & postmodum alter lapsus est in adulterium, an episcopus debet reintegrare, saltē ex officio, illud matrimonium? vide de hoc quod no. in cap. dudum, de conuer. cō
6 iuga. † Inn. videtur ibi, velle, quod non, immo dicit, quod si isti vouentes, coniugerentur carnaliter, proles inde genita esset il
a legitima. [a] Et idem tenet gl. in cap. ministri. 81. distin. sentit etiā hic Innocen. dum dicit, cp si isti iurassent se mutuo debitū non petituros causa continentiænō possent se vlterius repetere. Sed glo. in cap. nosse. 30. quæstio. 1. & in c. quod Deo pari. 13. quæst. 5. dicit, cp licet alterum repetere non possit, iudex tamen ex officio suo reintegrabit matrimonium, argum. de diuor. cap. ex literis. Sed certe illud ea. non probat. loquitur enim in alio casu, vt ibi no. & in oppositum multum facit illud cap. quod Deo pari. vbi alter fuit lapsus, & tamen Papa non restituit cum alteri, sed hortatur, vt seruet continentiam. Item alter reportaret cō modum de delicto suo, & volens indirectè repetere coniugem cōmitteret adulteriū Sed puto satis posse distingui quod aut altero lapso, si non per hoc vehemens insurgat suspicio de perseuerantia in peccato, nō debet matrimonium reintegrari, & sic loquatur cap. quod Deo pari. Aut est suspicio perseuerantiæ, vt quia est iuuenis & suspectus, & tunc ex officio iudicis reintegrabitur matrimonium. Ratio, quia tale votum videtur fuisse illicitum, nec debebat a principio emitti, vel ab Ecclesia recipi. Sicut enim vnus non potest intrare religionem, altero suspecto remanente in seculo propter timorem incontinentiæ, vt in iuribus supra alleg. ita non est permittendum, vt voueant & permaneant in seculo, & si de facto vouerunt, Episcopus ex officio suo prouidebit, ne maius peccatum inde contingat, quod not.
7 † In secunda parte gl. ista quærit, quid si coniuges iurant nunquam diuertere ab inuicem nunquid tale iuramentū omni casu sit seruandum? Et primo arguit, & concludit, quod si vellent intrare religionem, possunt, quia tunc commutarent iuramentum in melius, & sic videtur velle, quod aliter non possent abinuicem diuertere, obstante iuramento. Ioan. And. dicit, cp si iusta causa subesset, puta consanguinitatis, vel aliud perpetuū impedimentum, tunc non obstante iuramento, alter agere posset ad diuortium, cum subaudiatur ibi, nisi ex causa, quia nec contra ius intelligitur iurasse, supra c. proxi. & c. ad nostram. il 3. Ad uerte, quia in istis exemplis Ioan. And. quæstio non haberet dubium, cum iuramētum generale se non extendat ad casum nutrientem peccatum ex tacita intentione iurantis. Et præsupposito, cp habuisset illum animum, tale iuramentum illicitum nō ligaret, vt probatur in c. 1. de iureiur. lib. 6. Sed dubium est, quid si oriatur causa legitima diuortij, quam iurans posset remittere, vt puta inductam in fauorem suum, vt si mulier commisisset fornicationem carnalem, vel spiritualem, vt infra cap. prox. vel non solueret dotem promissam, iuxta no. in cap. per vestras, de do. int. vir. & vxo. & de dot. post diuor. rest. vel quid simile, cp possit diuortium petere, non obstante tali iuramento generali, videtur bo. tex. in simili in l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. vbi dicit, quod si locator promisit non expellere inquilinum, intelligitur, si soluerit pensionem, & sic si fecerit id, ad quod tenetur ex natura contractus. Item si promisit filium non exhere dare, intelligitur, nisi causam exhæredationis dederit. l. quidam cum filium, ff. de verborum oblig. Item si promisi te non offendere, intelligitur, nisi causam offensionis commiseris, l. qui seruum, ff. de verborum oblig. Et generaliter, secundum Bart. ibi facit ille §. ad omnes contractus, in quibus vltro citroque aliqd promittitur, vt quis non teneatur seruare, quod promisit, si per diuersam partem omnia seruata, non sint. Facit l. Iulianus §. offerri, ff. de actio. emp. Debet ego, secundum hoc, intelligi illud iuramentum de non diuertendo, si alter legem coniugij seruauerit. Pro hoc quia aliter matrimonia non essent libera in dissoluendo ex iusta causa, contra l. libera, C. de inutil. stipul. Pro & contra faciunt ea, quæ dixi supra proximo cap. in q. illa, cum quis iurauit nō petere reductionem ad arbitrium boni viri, vbi
8 vide, & pro prima parte optime facit cap. proxi. in princip. † Gl. pen. quærit, an hæc mulier potuisset propria authoritate iuramento non obstante redire ad virum, & dicit quod sic. Idem tenet Hostien. & Tancr. & Goffred. contra. Dicit Ioan. And. qđ hæc vl. opi. posset procedere, quando esset dubium, an propter incontinētiam, & ad lasciuiam se abiurassent, & dicit, qđ apud eum non posset cadere dubitatio. Aut enim iurauit propter cō tinentiam, & non debet redire sine superioris authoritate iuxta superius dicta. Aut propter lasciuiam, & tenetur redire, cum iuramentum fuerit temerarium, vt in litera.

ADDITIO.

a Esset illegitima. Ego dicerem, quod non, ponderatis, ver. glo. in clemen. 1. & ibi Card. de sent. excommu. vbi dicit conuersos sancti Francisci, cōiugatos posse coire, licet sint continentes, & regulam seruent. idem tenet Specu. in tit. de dispu. & alleg. §. post hæc. uer. generaliter. ubi dicitur uotum inter cōiuges non obstare coitui inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Si quis iurauit ductarum aliquam in vxorem, eam repellere potest propter superuenientem fornicationem, præteritam uero ei imputare non potest.*
2 *Deformitas superueniens in muliere, quæ & quibus casibus matrimonij impediendi, & dirimendi tribuat facultatem.*

CAP. XXV.

1 VEmadmodum. † Is, qui iurauit cū muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest, propter præcedentem non. h. primo. Si vir iurauit non accusare vxorem, temerarium est iuramentum, sed si specialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, sed accusare non debet. Hoc, vltimum non est sine dubio, vt infra patebit. Diuiditur in tres partes principaliter. Secunda, ibi, [Illud autem.] Tertia ibi, [Quod si.] Prima subdiuiditur. Nam primo inducit simile consultationi fiendæ. Secundo solu. ibi, [Ita si quis.] Tertio probat solutionem p euitationem absurditatis, & per rationem, ibi, [Alioquin.] Quarto respondet oppositioni iuramenti. ibi, [Non obstante,] quod re spōsum probat per euitationē absurditatis, ibi, [Quod si post.] Secunda pars principalis non subdiuiditur. Sed tertia pars sic, primo ponit casum. Secundo allegat per negatiua, ibi, [Cum scripta.] Tertio pro affirmatiua, ibi, (Sed nunquid.) Quarto soluit, ibi, (Tutius.) Casus litera. Quidam iurauit se ductarum aliquam in vxorem, qaæ post illa sponsalia sic contracta fuit forni cata. quæritur, an teneatur eam ducere in vxorem prætextu huius iuramenti? Respondet Papa per simile, & quasi à maiori, si vir iurasset mulieri, quando contraxit cum illa, quod eam semper pro legitima teneret, eam non posset dimittere pro fornicatione, quam ante contractum matrimonium commisisset. Sed si post contractum matrimonium, & præstitum iuramentum fornicaretur, eam dimittere posset nō obstante huiusmodi iuramento, quia in illo, talis conditio subintelligebat, si illa contra legem matrimonij non peccaret. Eodem modo si aliqs iurauit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationem apponere præcedentem, sed subsequētem, vt eam ducere non teneatur, quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si illa contra legē desponsationis non venerit, alio
2 quin si post tale iuramentum fieret publica meretrix, eam ducere teneretur, quod esset prorsus absurdum. † Et hoc probat p locum a maiori, si vir post contractum matrimonium, propter fornicationem dimittere potest vxorem, multo fortius ante cō iugium celebratum propter fornicationem potest non admittere sponsam, quia turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes. Nec obstat iuramentum, in aliquo istorum casuum, quia iuramentum illud tale est propter conditionem intelligendū, quod potest seruari, & non seruari, sine transgressione iuramēti. Præterea, si post huiusmodi iuramētum mulier fieret leprosa, vel paralitica, vel nasum amitteret, vel quicquam turpius ei contingeret, an teneretur eam ducere in vxorem? Resp. si esset vxor de præsenti, eam dimittere non posset, si sponsa de futuro, eam ducere nō tenetur, quia multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ non dirimunt iam contractum.

SVMMARIVM.

1 *Validum est argumentum, a simili, data similitudine in eo, ad quod confertur.*
2 *Per ista uerba promitto, quod tenebo te in uxorem, inducitur matrimonium de præsenti.*
3 *Si duo fecerunt pacem, & unus rumpat, primus rumpens, potest accusari, & non accusare.*
4 *Fornicatio subsequens, dissoluit sponsalia de futuro, quamuis iurata.*
5 *Iuramentum positum super actu, intelligitur cum omnibus conditionibus, & limitationibus illius actus.*
6 *Contrahens non potest allegare debitorem suspectum propter paupertatem præcedentem contractum.*
7 *Iurans non accusare, an possit denunciare, & iurans non denunciare, si denunciat, an incurrat periurium.*
8 *Multæ conditiones generales, quæ subintelliguntur in iuramento.*
9 *Depositarius non potest opponere compensationem, sed deponens sic.*

si sponsa labatur facultatibus, an licitè possit à sponso dimitti?
iuramentum contra legem non tenet, si iuramentum est reprobatum per ius canonicum.
sponsus an possit dimittere sponsam de futuro, si per vim fornicata est?
sponsa de præsenti an propter fornicationem subsequentem, vel deformitatem possit dimitti.
iurans non accusare, an obligetur, & quomodo.
maritus an possit castigare vxorem suam, & immaculare.

§. Illud autem. In § isto q. ponitur, quæ est talis. Aliquis iurauit, cp sup nullo crimine accusaret vxorem, quæritur an istud iuramentum sit seruandum? Respondet Papa, quod iuramentum tale temerarium est, quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare cum viro sine cōtumelia Creatoris, vel vt illum traheret ad mortale peccatum debet statim illam accusare apud iudicem suum, vt eam nisi penitus se coerigat, omnino dimittat secūdum canonicas sanctiones. Sed si iurauit expresse, quod eam super adulterio non accuset, nunquid debet seruari hoc iuramētum? & videtur, quod non, quia dicit scriptura, patronus est turpitudinis, qui crimen tollat vxoris. & in Euangelio dicitur: Si primo & secundo correpta non se emendat, dicendum est ecclesiæ, vt tanquam ethnica & publicana postmodum euitetur. Sed cōtrarium videtur, quod sit seruandum, quia non solum septies, sed septuagies septies, dimittendum est vxori peccanti. Respondet Papa quod in hoc casu tutius est propter iuramentum, vt eam non accuset ad diuortium celebrandum, sed denunciare debet illam ad pœnitentiam peragendam. Ber. † No. 1. quod valet argum. a simili a data similitudine in eo, ad quod confertur, licet in alijs illis non sint omnino similia, vt patet hic in similitudine inducta inter matrimonium contractum & contrahendum, quod no. facit c. cum dilecta, de confirma. vtil. vel inutil. Vide Ioan. And. in c. non potest, de præben. lib. 6. vbi hoc firmat. † No. 2. [b] at. cp per ista verba, promitto, quod tenebo te pro legitima vxore, cōtrahitur matrimonium de præsenti, de quo vide bonum tex. cum ibi no. in c. ex parte 1. de sponsa. Et facit, quod in actibus pendentibus a mera dispositione disponentis, paria sunt dicere. Volo quod Titius habeatur pro tali, vel talis sit, vt puta, cp sit ciuis, vel quod habeatur pro ciue, de quo per Barto. in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsuc. † No. 3. & tene menti quod promittens & iurans seruare aliquem contractum, intelligitur se obligare, inquantum alius obseruet pro parte sua; alias nō tenetur ad obseruantiam, concordat l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. & facit iste tex. ad ea, quæ dixi supra c. proxi. & quod no. Barto. in l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. vbi per illum tex. dicit, cp si duo fecerunt pacem, & promiserunt illam non rumpere, si si postea rumpunt, qui rumpit secundus, potest accusare primum, sed primus non secundum, quia secundus non erat obligatus, ex quo primus non seruauit pacem, facit quod ipse no. in d. § inter locatorem, & quod legi. & no. supra co. c. peruenit. † No. 4. & menti tenete vos auditores, seu legentes, quod alibi non ita bene probatur, quod fornicatio subsequens dissoluit sponsalia de futuro, etiam iurata. & licet iste tex. loquatur in sponsa fornicante, idem tamen dicendum est in sponso, quia quoad ista non iudicantur ad imparia, vt in c. A postolus, 23. q. 7. & ea. causa, q. 6. c. nihil iniquius, & c. indignantur, & ita in facto Senis consului. Et intelligo, quod fornicatio dissoluit sponsalia, l. in fauorem illius, qui nō peccauit, illic enim potest illam non ducere, sed peccans non absoluitur alio volente, quia delictum suum non debet ei præstare immunitatem, & absolutionem a contractu suo, vt in c. 2. de transla. Epis. facit quod in simili habetur in c. de illis, il 1. infra de despon. impu. No. ibi, (Prorsus absurdum,) quod valet arg. a vitatione absurditatis, concordat c. ex ore, de priui. cum si. No. ibi, (Turpius [c] ejicitur, quā non admittitur hospes,) quod licitè allegamus dicta Poetarū, ex quo iuri non contradicunt. Item de prouerbijs, probatur in c. & si Iudæos, de Iudæ. & quotidie allegatur iste tex. quod facit ius impeditur matrimonium contrahendum, quam dirimatur contractum, qui cle. vel vouen. c. rursus. † No. in ver. (Non obstante,) & tene menti, quod iuramentum appositum in aliquo contractu, recipit omnes subauditiones, seu limitationes, quas habet ille contractus, & idem dico, si apponitur in alia dispositione, seu obligatione, vt reguletur ab illa, pro hoc l. fin. C. de non numer. pecu. & per Inno. qui hoc tenet in c. per tuas, de foi. & Barto. in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. sup. eo. di
in c. Quintauallis, limita tamen secundum no. in c. debitores, supra co. † No. quod turpitudo, seu deformitas præcedens contractum, non potest contra contrahentem allegari, sed subsequens sic, quod optimè facit, vt contrahens non possit allegare debitorem suspectum propter paupertatem præcedentē, cui mores præcedentes, ad quod facit [d] tex. in l. si creditores, ff. primileg. cred. & l. fi. C. de sponsa. & ibi per Barto. & c. præterea, de restitu. spo. & c. fi. de collu. detegen. Et ex hoc tex. arg. Hostien. Prælatum prætextu criminis, prom. otionem suam p[ræ]ce
dentis, non posse repelli, de quo in d. c. præterea, & c. fi. de pur.
7 can. vbi de hoc † No. ex vltima parte, cp promittens, seu iurans aliquem non accusare, potest nihilominus illum denunciare ad pœnitentiam peragendam. Et no. ex hoc, & ex tex. finem denunciationis. Euangelicæ: sit enim non vt imponatur pœna, sed vt cogatur pœnitere. Ex quo no. Pe. quod probato crimine alicuius per denunciationem, superior non priuabit illum, vel suspendet eum officio suo, vel beneficio, sed solum coget pœnitere, nisi in casibus, de quibus in c. inquisitionis, de accus. cp dicit alibi melius non probari. Sed adduco bonum tex. in c. sup his, de accus. vbi melius & generalius pbatur. Sed quæro, quid si quis iurat aliquem non denunciare? Vide gl. in c. ad nostram. 2. supra eo. quæ dicit, iuramentum non est obligatorium, quod est contra præceptum Christi, & bonum charitatis. Dictum n. est, si peccauerit in te frater tuus, &c. de iu. c. nouit, & 2. q. 1. c. si peccauerit, & vide quod dixi in c. a. supra eo. Dicit tamen notāter hic Host. cp aut iurans vult denunciare principaliter periculum animæ delinquentis; & iuramentum non obstat: aut mouetur principaliter propter interesse proprium, & non potest sine metu periurij, quod satis mihi placet. Nam iuramentum valet respectu interesse priuati, sed non respectu interesse publici, l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. facit quod dicam super glos. & hoc
8 semper notabis. † Venio ad gl. & notabis gl. 2. quæ in effectu facit tria. Nam primo ponit multas conditiones generales, quæ subintelliguntur in iuramento, quatenus dicit, quod intelligitur conditio, si placet Papæ, intellige quando præstatur in materia spectante ad Papam, sic loquitur c. veniens, supra eo. vbi plene dixi, alias secus, vt patet ex notatis sup. eo. c. quanto. Secundo dicit, quod speciales conditiones non intelliguntur, nisi exprimātur. Tertio in fine dicit, quod propter conditiones subintellectas, iuramētum non dr conditionale, sicut nec alia dispositio: intellige, etiam si exprimantur, vt in c. significasti, & quod ibi no. de electio. Ioan. And. addit alias cōditiones subintellectas. Nam si iuro tibi decem reddere, intelligitur, nisi iudex interdicat: intelligo ex legitimā causa, de cēsi. c. significauit, & ff. qui satisf. cog. l. fi. vel ius commune, ga excommunicatus est: de quo in c. veritatis, de dolo & contu. supra eo. c. debitores. Item quādo pater iurat, se daturum, alicui filiam suam in vxorem, intelligitur promisisse se facturum, &c. de quo vide quod dixi in c. ex literis, de spon. vbi gl. Item intellige saluo iure alterius, supra eo. c. veniens. Item subauditur, quod habes supra eod. c. Quintauallis. Item si iuraui alicui, ab eo debeo absolui. supra eod. c. Quintauallis, & infra de spōsa. c. 2. & vide ad materiam per Hostien. in sum. eo. titu. §. quot sunt species. † In gl. in ver. fortius, in fi. dicit Ioan. And. & melius, quod licet depositarius non posset obijcere compensationē, vt iuribus allegatis in fi. gl. deponens, tamen potest eam obijcere, cum in suum fauorem sit introductum, vt in depositio non fiat compensatio, argum. in c. ad Apostolicam, & c. statuimus, de regula. Op. & videtur, quod ꝓpter superuenientem deformitatem non liberetur quis a sponsalibus: quia iuramētum est seruandum, ex quo potest seruari sine interitu salutis æternæ, vt in c. si vero, supra eo. Sol. glos. in ver. oculos, quod contrariū procedat, nisi quis liberetur a iuramento propter existentiam conditionis subintellectæ, vt hic, quod no. pro limitatione illius c. si vero, & ibi plene dixi. Secundo gl. quærit, quid si sponsa laberetur facultatibus? Dic quod propter hoc non posset a sponso dimitti. Hoc intelligit verum Io. Ant. nisi certa quantitas promissa fuisset & tunc non posset promis-
10 sionem adimplere, infra de condi. app. c. de illis. † No. hoc dictū. Nam illud c. de illis, loquitur qñ iuramentum fuit præstitum ꝓditionaliter: nos autē hic loquimur, qñ simpliciter, sed mulier promisit dare certam rem, vel quantitatem, & non potest promissionē adimplere. Sed aduerte, quia dubito etiam in terminis gl. Nam, ex quo mulier contraxit simpliciter sponsalia, non promittendo certam dotem, vī promisisse oīa sua bona in dotem, vt leg. & no. in l. mulier bona, ff. de iure do. per Bar. in l. si ꝓstante, ff. sol. mat. ergo si labatur facultatibus, & sic non posset oīa, quæ habebat, dare in dotem, non dēt sponsus obligari ad ꝰ hendū, quia deficit conditio subintellecta, l. si res in eodē statu pmansit, vt in tex. & in gl. 2. facit c. per vsas, & quod ibi no. infra
11 de don. inter vir. & vxo. & de do. post diuor. resti. quod. no. † Itē aduerte in eo, quod gl. in 1. parte dicit, quod iuramentum ꝓtra leges

ADDITIONES.

a SEB. SAP. A simili. Vide latè per Abb. & alios in c. translato, sup. de const.
b No. 2. Adde Bar. in l. si maritus, §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. contra facit l. rei iudi. ff. sol. matri. vbi aliud est esse patrem, & aliud haberi pro patre, vide l. 1. C. de his, quæ sub modo, & in l. interdum §. qui tutela. ff. de fur. & omnino vide Rom. consi. 92. Ber. For.
c SEB. SAP. Turpius. Vide Bar. & alios in l. 1. ff. si cer. pet. Fel. in c. qualiter & quando, 2. in prin. col. 1. infra de accusa. in c. 2. in fi. supra de rescrip.
d Facit. Et quod no. ipse Abb. Panor. in c. cum non ab homine, cir. fi. de iud. Et vide tex. in l. ꝙ bona, §. de illo, ff. de dam. inf. & vide Bal. in l. dies festos, C. de fer. & in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. cred. & Bal. in l. fi. de spon. & Ang. in l. nemo carcerem, C. de exa. tribu. Ber. Flor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

leges non ligat, &c. dicit no. Hostien. hoc verum, vbi iuramentum reprobatur lege canonica, facit de foro compe. c. si diligenti, & infra eo. c. sicut. Simpliciter enim in hoc loco non statur legi ciuili, quia nec de foro suo est iuramentum, de iud. c. nouit & de elect. c. venerabilem, ad fi. in Authē. vt clerici apud prop. epis. §. si vero ecclesiasticum, colum. 6. & sic facit, q statutum laicorum non potest impedire iuramenti absolutionem: vide
12 quod dico infra eo. c. cum contingat. † Quæro, quid si sponsa de futuro fornicetur, seu opprimatur per violentiam, nunquid sponsus possit eam dimittere? Gl. ista cōcludit in fine, q sic, & idem Ioan And. non enim, secundum eum, debet compelli contrahere bigamiam. Secus dicit, si fuisset sponsa de præsenti, vt not. glo. in c. raptor. 27. q. 2. quæ etiam approbat præcedens dictum gl. & facit quod habetur in c. discretionem, de eo, qui cog. consang. vxoris suæ. † Quæro, quid si sponsa de præsenti fornicetur,
23 vel incidat in aliquam deformitatem, nunquid a sponso possit ex toto dimitti? Glos. in ver. teneretur, dicit, q non intellige, q propter adulterium potest dimitti, quo ad thorum. l. si vxor. §. diuus, ff. de adulte. sed ali. s deformitatibus non obstantibus, tenetur eam ducere, vt in c. hi qui. 32. q. 7. quod no. No. ex glo. in ver. quamuis. q dictio, Quamuis, regulariter aduersatur præcedentibus, quandoque tamen apponitur causatiuè, vt hic, intel-
14 lige, vbi subiecta materia hoc exposulat. † Opp. & videtur, q si cut non valet pactum, etiam iuratum de nō accusando aliquē de quocunque crimine vt hic dī §. illud, aūt eodem modo non
a debet valere, si sit de certo crimine. Nam vtroque casu a inuita
b tur quis ad delinquendum, & remittitur dolus futurus, b contra l. si vnus. §. illud & §. pacta. ff. de pact. vbi habes tex. expressum, ad idem l. conuenire, ff. de pact. do. Pro sol. capio glo. in verbo, crimine, & in verbo, in hoc casu, & in verbo, desistat, quæ debēt ad hoc coniūgi, & tangunt hoc contrarium multum tacitè, & mens gl. est, q circa crimen committendum, non valet pactū, & sic loquitur §. illud. l. si vnus. sed circa commissum valet, vt hic, & d. §. pacta. & sic videtur intelligere ver. q si. Aliam sol. sen tit d. gl. in verbo, desistat, q pactum de non accusando de certo crimine, puta adulterij, valet, quatenus tangitur interesse priua tum, vt puta, vt non possit accusare ad diuortium celebrandū,
c sed quatenus tangitur publicum, c non valet, vt in cōtrario. Ex ista solutione infertur, q si iste maritus vellet accusare de adulterio criminaliter ad vindictam publicam, valet, iuramēto nō obstante. Aduerte: Innoc. videtur sentire istas sol. gl. Ioan. And. post eum recitando: dicit enim super verbo, diuortium, seruādum esse iuramentum in eo, quod tangit rem vel iniuriam familiarem, vt est pactum factum de præterito adulterio non accusando. In his autem, quę respiciunt animam, seruandū non est, & ideo potest denunciare adulterium commissum: per quam denunciationem præcipiet iudex marito, q non cohabitet vxori, donec pœniteat, quia non iurauit nō cohabitare, sed non accusare. Si autem vxori adulteræ non pœnitenti cohabitare iurasset, non esset iuramentum seruandum, arg. 32. qō. 1. c. 2. Immo si nec per preces, nec per denunciationem ad pœnitentiam posset obtinere per iudicem vel vxoris consensum, qđ cessaret ab eius cohabitatione, posset tunc cā accusare de adulterio, secundum eum, & Inno. Attende, contra primam sol. gl. quam etiam sentit Inn. vt intelligatur tex. de adulterio iam cōmisso, multum facit iste text. in ver. q si expresse, qui venit aduersatiue ad illum §. tamen, cum ibi loquatur tex de non accusando de quocunque crimine committendo, ergo vers. q si ex presse, qui tantum aduersatur præcedentibus, quia loquitur de certo crimine, debet intelligi de crimine committendo. Item si loqueretur de crimine iam commisso, res non fuisset dubia per d. l. si vnus. §. pacta. Item cessaret arg. literæ, quatenus arguit pactum non valere, quia præberetur libera peccandi facultas. Cessat enim hęc ratio, crimine iam commisso, quia respectu cō mittendi iam prompta esset accusatio contra secundam solut. gl. vt intelligatur non respectu adulterij committendi, sed quatenus tangitur speciale interesse. quam etiam solutionem non aperte, sed tacite sentit Inno. facit multum tex. in d. l. si vnus. §. pacta. vbi dicit, q non valet a principio, vt non agatur interdicto, vnde vi. Nam licet respectu restitutionis vertetur vtilitas priuata tamen quatenus præstatur certo modo impunitas, inuitatur quis ad delinquendum, quod est ɔtra publicam vtilitatem, vt in c. vt fāmæ, de senten. excommu. & melius in l. licitatio. §. quod illicite, ff. de pub. & vect. Sed non est dubium, quin vxor fiat liberior ad fornicandum, cum scit se a marito de adulterio saltem respectu diuortij accusari nō posse. Cum ergo hoc iuramentum sit contra bonos mores, valere non deberet, vt in reg. non est obligatorium, de regu. iur. lib. 6. Et ob hoc intellectus huius c. visus est, semper mihi difficilis, & male per Docto. declaratur, forte. Et propter ista dixit hic Gul. Na. quod verbum Tutius, positum in tex. stat comparatiue: designat enim quod maritus non obstante iuramento, possit vxorem accusare, sed tutius est, vt non accuset, & forte hæc lect. non esset mala: facit tamen in contrarium, quia in dubijs eligimus, quod est tutius, vt in cap. iuuenis, de spon. ergo, semper erit eligenda ista via, vē non fiat accusatio. Concludo sic totam materiam, quod aut intelligimus de commisso, & casus est clarus. d. §. pacta. & cap. veniens, infra de accu. Aut de committendo: & tunc respectu accusationis criminalis non valet pactum, nec iuramētum, quia præstat materiam peccādi, vt in d. §. illud, & §. pacta. Aut respectu accusationis ciuilis, scilicet ad diuortium celebrandum ad commodum mariti, & est casus dubius. Credo, q simpliciter pactum non valeret, sed si interuenit iuramentum, est dubium ideo litera arguit pro & contra; concludentes tamen tutius esse, vt non accuset. sed denunciet, cum per hanc viam prouidebitur circa delictum, & iste obseruabit iuramentum. Et propter hoc datur notabilis limitatio ad d. l. si vnus. & sic magis stringit iuramentum. quam simplex pactum, argumen. cap. debitores supra eod. titu. facit quod no. Ioan. And. in Specu. de dona. §. 1. ver. quid si actum. Credo etiam, quod poterit accusare criminaliter, quia in hoc non versatur commodum priuatum, vt supra dixi. Et ideo non sine minestrio dixit litera, quod debet desistere eam accusare ad diuortium celebrandum. Et ex his ha-
15 bes clarum intellectum huius cap. † Glo. vlti. quærit, quid si ista mulier nollet corrigi ad denūciationem ecclesiæ? Sol. Ioan. An. dixit, quod tunc vir potest eam deserere, quia videtur quasi hæretica. Tan. fuit in contraria opin. vt dicitur in fin. gl. quod non debet eam deserere, sed debet eam corrigere, & in vinculis tenere, & castigare, etiam si mariti sui vitæ insidiaretur, inducit iu
d ra in ea allega. Not. 1 ex glo. quod maritus d potest licite ex causa mulierem castigare, & inuinculare, & tene menti hoc vltimum, quia tex. in cap. placuit. per quem se fundat hic gl. loquitur de vxoribus clericorum, adeo quod gl. ibi dixit illud non ex tendendum ad vxores laicorum. Sed glo. in cap. sicut, 7. quæst. 1. dixit maritum posse castigare vxorem suam, sed nō debet verberibus afficere, quia aliena illa esse debent ab ingenuis, vt l. cō sensu, C. de repud. Goffred. & Hostien. hic dicunt, quod illa l. consensu, procedit, nisi ex causa magna fiat, vt in exemplo glo. & nisi verbera sint leuia. Illa enim videntur marito ex causa p missa, argumen. in l. præceptoris, ad leg. Aquil. & de homi. cap. ad audientiam, alias maritus puniretur, si sine causa, vel enormiter hoc faceret, C. de repud. Authen. sed nouo iure. Concludo ergo, quod secundum quantitatem culpæ, potest maritus corrigere vxorē, ita quod non procedat ad sæua. Illa enim sunt iudici relinquenda. etiam in seruis proprijs. Instit. de his, qui sunt sui, vel alie. in. §. sed hoc tempore. Secundo not. ex gl. quod vxor est relinquēda marito, licet insidietur vitæ ipsius. Hoc puto verum, si potest prouideri aduersus insidias, alias non tenetur se opponere periculo mortis, vt in cap. literas, in fin. de restitu. spolia. Sic intellige ea, quæ leguntur, & no. per Doct. in capit. 1. de diuor. & in capit. gaudemus, licet glo. aliter dixerit in c. quicquid mulier, 32. quæstio. 5. Tertio, quo ad principale quæsitum glo. puto, quod similiter potest compesci & castigari ab insolentia sua. Procedat vltima opin. glo. aliàs procedat prima opin. per illud quod supra dixi post Innoc. Vltimo opp. gl. prope medium in eo quod hic denegetur accusatio, & permissa est denunciatio, & sic quod vna via denegatur, alia conceditur contra iura alleg. in gl. De hoc Brocardo, vide quod no. glo. in regu. cum quid lib. 6. & dic, quod ad alium effectum permittitur hæc denunciatio, & ad alium denegatur accusatio. Nam accusatio denegatur, quia agitur ad diuortium, denunciatio permittitur, quia agitur ad pœniteniam.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Vtroque casu. Per hanc rationem ita concludit Bald. in c. 2. §. sed sacramenta col. vlt. de pace iura. fir. Nunquid autem dolus de futuro possit remitti, vide Ias. in l. actione, circa fi. C. de transa. vbi ponit, an possit remitti per indirectum, vide etiam And. Sic. in c. fi. col. 7. infra, de don. Feli. in c. 2. col. 4. uer. fallit 6. infra de fide instru.

b Futurus. Dolus de futuro per pactū remitti non potest: secus, si esset de præterito, & adde hic D. Ant. in 5. col. ver. opp. q pactum non excludit facultatem &c. quod limitat idem D. Ant. in c. fraternitatis, in 28. col. de testi. esse verum in dolo uero, quia dolus præsumptus de futuro posset per pactū remitti. Et adde gl. no. in l. vbi exigitur, ff. de eden. quæ vult, q minor restituatur aduersus dolum præsumptum, licet non restituatur aduersus uerum dolum, l. 2. C. si mi. se ma. dixe. quod dixit Bar. esse uerū in dolo præsumpto de præterito, secus dicit, si est dolus de futuro, quia tunc minor non restitui. & & vide de hoc Bar. in l. 1. §. nunciatio, ff. de ope. no. nunc.

ANT. FRAN. An dolus futurus uerus, uel præsumptus possit remitti, dicas, q regulariter non potē remitti, sed præteritus bene potest remitti. l. si unus, §. illud nulla, & ibi per Bar. & Pau. de Cast. ff. de pac. & no. in l. Aurelio, in §. Caius, ff. de lib. leg. & in l. si quis cum aliter, ff. de uerb. obligat. & in l. tres fratres, ff. de pacti. & in l. in commodato, in prin. ff. commo. & in omnibus his locis per Bar. & per Bal. in l. 1. in fi. C. de usufructi. & vide per Alexand. in l. si unus, ubi dicit, quod dolus præsumptus potest tacite remitti. sed non expresse.

c Publicum. Sed tu limita, quando sit pactum de delicto, quod consistit in omittendo, quia illud posset tolli per pactum, hoc dicit gl. sing. secundum Bal. in diuus ff. ad Sylla.

d SEB. SAP. Maritus. Quomodo sit licitum marito castigare uxorem, uide Abb. in c. cum contingat, col. 8. supra de foro compe.

SVMMARIVM.

Verbum, Necessitas, comprehendit de larga significatione, vtilitatem.
Exceptio iuramenti, est exceptio litis finitæ.
Ad substātiam iuramenti, non est de necessitate verbum, Iuro, sed satis est, quod interponat Deum implicitè vel explicitè.
Conuersi monasterij, non sunt de Capitulo, & possunt, testificari pro monasterio.
Quando duæ negationes faciant affirmatiuam, & quando negent.
An sit licitum iurare per Crucem, per Euangelium, per Angelum, & per salutem Principis.
Ordinarius potest iudicare vltima die suæ iurisdictionis, si successor non venit, delegatus vero indistinctè potest.
Iuramentum sine altero ex suis comitibus, est seruandum, si est honestum.
De dictione, Amen, & Kyrieeleison.
Modus diuersus iurandi.
Quæ sunt simoniaca ipso iure, & quæ per constitutionem ecclesiæ.
An indistinctè prohibitum sit iurare, cessante vtilitate, vel necessitate.
An sit peccatum Christiano iurare per alienos Deos, & an tale iuramentum sit seruandum.
Christianus non peccat, accipiendo iuramentum ab infidelibus, secundum religionem eorum.
Qualiter peccet iurans sine causa & iocosè.

CAP. XXVI.

SI Christus. Monachi, & conuersi, iurare pōt pro testimonio ferēdo in causa monasterij sui. ita communiter summatur. Sed hæc summatio nimis restringit literam. ideo summo sic. Licite ex causa necessaria, etiam per religiosos iuratur. h. d. Diuiditur in quinque partes. In prima respondet authoritati Euangelicæ, qua videbatur prohibitum iurm. Secūda, ibi, (Iac.) respōdet authoritati Apostolicæ. Tertia, ibi [Angelus] probat multis authoritatibus noui & veteris Testamenti, q licitū est iurare. Quarta ibi, [Quædam.] dicit, quare simpliciter prohibetur iurm. Quinta, ibi, [Licet.] dat petentibus licentiam iurandi. Casus literalis. ad finem collige casum, & causam institutionis huius Decre. Abbas & monachi Castellionis habebant cās pro monasterio suo: dubitabāt, vtrum liceret eis ferre testimonium, & iurare pro causis monasterij sui, & videbatur eis, q nō deberent iurare. Primo authoritate Euangelij dicentis, Sit sermo vester, est, est: non, non, qđ amplius est, a malo est. Item Iacobus Apostolus videtur, prohibere iurm, dum dicit: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare. Dominus Papa consultus respondet primo authoritati Euangelij, & eam exponit dicens, Sit sermo vester, est, est: non, non, vt affirmatio, vel negatio, sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen malitia hoium excrescente, non creditur de facili simplici assertioni, vel negationi, ideo adiunxit, quod amplius est a malo est. illud amplius i. iurm non est malum: sed a malo illius, qui nō vult credere, nisi iuretur, & est pœna illius, non culpa. Et licet Dominus videatur prohibuisse iurm, non tamen prohibuit iurare per Creatorem, sed per creaturam, ne per huiusmodi iurm trāsferatur ad creaturam honorificentia Creatoris. Vnde cū præmiserit [Nolite iurare omnino.] statim subiunxit. (Neq; per cœlum, neq; per Hyerosolimam, &c.) Tamen si iuretur per creaturam, seruandum est iurm, dummodo licitum sit, qđ iuretur. Secundo respondet authoritati Iacobi Apostoli, dicens, q Iacobus non simpliciter prohibuit iurm, sed voluntatem iurandi, dum dixit Ante omnia, fratres, nolite iurare omnino. quia nullus debent iurare voluntarie, nisi necessitate instāte, & tunc licite iuratur, dummodo iurm habeat tres comites. s. veritatem, iustitiam, & iudicium: sed prohibuit iurare per creaturam. vnde dicit Apostolus: Homines per maiorem suum iurant. ostendens per quem sit iurandum, i. per Deum. Et q iurandum sit in necessitate, ostendit exemplo Angeli, qui iurauit per Viuentem in secula seculorum: & exemplo Domini, qui legitur plus dixisse, quam est, est: non, non, dum dicit, In veritate dico vobis. si n. iurm malum esset Dominus non iurasset. Tertio dicitur, quia quædam prohibentur, quia per se mala sunt. quædam vero prohibentur ex cā, non quia mala sint, sed quia si fiant frequenter, inde mala sequuntur, sicut vinum per se malum non est, sed ex frequenti, & incauta potatione luxuria generatur: vnde dixit Apostolus (Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.) sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit cōfirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causa, quia ex frequenti & incauta iuratione periurium sæpe contingit, vnde legitur, Vir multū iurās, implebitur iniquitate. Sed Paulus cōcessit discipulo suo, vt vteretur modico vino pp stomachū, & frequentes infirmitates. Sic certe cū necessitas exigit, p re vera, licita, & honesta, pt̄ securе iurari, q̄a cessante eā cessat effectus. Vltimo rīdet Papa qōni propositæ. licet enim sint viri perfecti, vt quantū cunq; possint iurm vitare debeāt, volensq; indemnitati monasterij, puidere, indulget eis, ne pp defectum testiū monasteriū sui iuris sustineat læsionem, vt deficientib. alijs testibus possint in causis monasterij veritati testimoniū phibere. B. No. q non credere simplici assertioni proximi, procedit ex pœna peccati priorum parentum. inde orta sunt obliuio, ira, incredulitas, & similia. Caro enim tunc corrupta extitit, ex cuius corruptione processit animæ & corporis infirmitas, de quo vide bonam gl. 15. q. 1. in sum. & tex. in c. ita ergo. 22. q. 1. No. 2. non esse iuran-
a dum per creaturam, a sed per Creatorem, quidam enim honor exhibetur illi, per quem iuratur, cum assumatur ad confirmationem actus, qui soli Creatori, vt ipse solus recognoscatur in superiorem, tribuendus est. No. tamen, quod si de facto iuratur per creaturam, ligat nihilominus tale iuramentum, quia iurando per creaturam, videtur habere quēdam respectum ad creatorem, vide bo. glo. in c. quoties. 1. q. 7. in glo. quæ est super verbo, salutem. Et ex hoc & ex tex. no. q licet verba legis prohibiti ua dirigantur in personam, non tamen per hoc iuramentum in contrarium semper inualidatur contractus, Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & in Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vend. Patet ex illis verbis hic [Nolite iurare, &c.] & iurans in contrarium, peccat, quia venit contra præceptum Dei, & nihilominus tenetur ad obseruantiam iuramenti, ex quo ipsum quod iuratur, potest seruare sine periculo animæ, vide quod dicam in c. cum contingat. infra eo. & per Arch. in c. non est con
5 tra 22. q. 1. † No. 3. duo requisita ad hoc. vt iuramentum fiat sine culpa. Primo, quod ex necessitate iuretur. Secundo quod iuramentum habeat illos tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. Et aduerte, quia verbū necessitatis, capitur hic in text. late, vt comprehendat etiam vtilitatem. Videtur enim largo
b modo necessitatus b ad iurandum, quando instat vtilitas, & sibi non creditur sine iuramento. vnde non solum propter vtilitatem propriam, sed etiam proximi potest quis licite iurare, si aliter sibi non creditur, vt probat in c. ita ergo. 22. q. 1. & ibi bon. glo. & per Arch. in c. non est contra eadem causa & quæst. Adde etiam ad prædicta glo. no. in c. Florentinum. 85. dist. quæ per istum tex. dicit omne iuramentum fore temerarium, cum ad iurandum non impellit necessitas, quod intellige largo modo vt supra dixi. No. 4. ibi. [Omnis controuersiæ, &c.] quod licite iuratur, vt recedatur a lite, quod est contra illos, qui verentur subire iuramētum a iudice, vel parte delatum. Et infertur ex hoc,
2 † quod exceptio, quod causa fuit iuramento finita, impedit litis contest. sicut quælibet alia exceptio litis finitæ, cum iuramē tum debeat esse finis omnis controuersiæ, de quo vide bo. glo. in c. 1. de lit. contest. lib. 6. per Barto. in l. cum quærebatur, ff. iud. sol. No. 5. per quem sit iurandum, & quare sit iurandum. Est n. per solum Deum iurandum, & nunquam per creaturam, nisi in casibus in iure expressis, vt no. dicit hic gl. 4. Est autem iurandum ad finem controuersię, intellige, nō solum iudicialis, sed etiam extraiudicialis. l sed & si, §. hæc verba. ff. de peri. hæred. p Bal. in l. amplius, ff. rem ra. hab. Vbi patet, quod controuersia dī ante litem contest. & largo modo ad excusandum iuramentum dicitur controuersia, quando subest necessitas, vel vtilitas, & mihi non creditur sine iuramento, vt paret ex prædictis. No.
c quod per ista verba [In veritate dico vobis, &c.] iuratur, quia si interponat ipsum Deum, qui est veritas, ad confirmationem actus, pro hoc c. in quadam, de celeb. miss. vbi dī, q Christus est veritas, ideo Christus interrogatus a Pilato, qd est veritas, non respondit, ne videretur seipsum iactare, vt ibi no. Et de multiplici forma iuramenti, tam in primitiua ecclesia, quam in hodierna, vide bo. glo. hic & 22. q. 1. in sum. No. quod per illa verba, Morior per gloriam vestram, &c. A postolus iurauit. & constat iurm ex illis verbis (Per gloriam vestram. &c.) Et est sensus ſm Io. An. morior ideſt pericula mortis subeo, vel paratus sum mori, per gloriam vestram, ideſt per gloriam æternam, ad quā
d spero, sic assero, d nam quæ affirmo, scribo. † Ex alijs, & ex præ
3 dictis infero, q ad substantiam iuramenti non est necesse, quod exprimatur verbum, Iuro, sed satis est, quod ad confirmationē veritatis, qs interponat ipsum Deū explicite, vel implicite, de quo vide, vt dixi in c. q̄relā, sup. eo. No. ibi (Redde Deo, &c.) q iurm tenemur seruare ex præcepto iuris diuini. Ex quo infert, q Papa non p̄t sine causa illud relaxare, de quo plene dixi in c. quan-

ADDITIONES.

a ZACHAR. Per creaturam. Adde Bal. in Authen. sacramenta. C. si aduer. ven. Specu. in tit. de iuramen. dela. in princip. Barto. in l. ait prætor. §. iurari, ff. de iureiuran.

b SEB. SAP. Necessitatus. Adde, quod sicut magna necessitas excusat, c. quod non est licitum. de reg. iur. ita & magna vtilitas, vt tradit Feli. in c. vt super, in prin. supra de testi. cog. & in c. cum accessissent, col. 10. supra de constitu. & Ias. in 1. 3. §. iurari, col. 4. supra, de iureiur.

c SEB. SAP. In veritate. Vide Bal. in c. literis, in vlti. col. supra de præsump.

d Sic assero. Codices antiquiores post hæc verba habēt, Cum quo affirmo scriptor. Ego puto clarius legendum, nam quia affirmo, scribo. Aduerte quoque quia tex. Pauli. 1. ad Corinth. 15. vbi habentur hæc verba, dicit, propter gloriam vestram vel pro gloria vestra: non autem vt hic tex. allegat, per gloriam vestram, & sic somniauit Inno. vel aliter quam nos, q habent literam suam, vt asserere videtur ibi, quæ Græce exemplaria. Alex. Lofæus.

quanto. No. ibi. Cum sit cõfirmatio, &c. ℔ iuramentum interponitur ad confirmationem veritatis, idest, simplicis assertionis. additur enim simplici assertioni, religionis vinculum, vnde vide ad hoc quod supra dixi super rub. No. in verbo, quædã, quare fuit iuramentum, cessante necessitate, prohibitum. Non enim prohibetur quia in se malum sit sed propter periurium, quod sæpe ex incauta iuratione oritur. Idem dicunt, ne Dei nomen in vanum assumatur. No. ibi (Modico vino.) iuncta glo. ℔ aliquando indulgendum est corpori, vt sit promptum ad exercitium virtutis. 44. distin. c. conuiuia. Et no. contra istos, qui propter abstinentiã nimiam incurrunt ęgritudines, incidunt enim in peccatum non modicum, & secundũ Hierony. offerunt isti rapinam in holocaustum, dum nimia ciborũ egestate, vel somni penuria corpus suũ immoderate affligunt, quod Dominus odio haber, de quo c. non mediocriter, de conse. dist. 5. vbi text.

4 notab. † No. in fi. ibi, (Vos & conuersi.) iuncta suprascriptione, in qua loquitur Abbati & Capitulo, quod conuersi monasterij

a non sunt de Capitulo, a alias frustra dixisset de cõuersis: de quo vide quod leg. & no. in c. ex eo, quod, in fin. de elect. lib. 6. & per Inn. in c. 2. de insti. Et no ℔ non solum monachi, sed etiam conuersi possunt testificari in causa monasterij: facit c. nuper, supra de test. Aduerte tamẽ, quia tex. hic dicit, (Deficientib. alijs, &c.) & sic videtur innuere, ℔ in defectum dunta xat isti admittãtur. Sed Host. & Pet. simpliciter supplent ad tex. Maxime, quasi etiã alijs testibus existentibus possint exhibere testimonium. Nam quandoque quis estimat se habere tres bonos, testes, & non habet, nisi vnum, quod no. sed vide latius de hoc in Spec. de teste. §. 1. ver. sed nunquid. & plene dixi in c. insuper. in 3. col. supra de testi. Et dic, vt ibi, & ad istum text. potest dici, ℔ ideo Papa dixit, (Deficiẽtibus, &c.) ne isti iurando venirent contra conscientiã:

5 nam dubitabant iurare, ideo dixit, Indulgemus. † Venio ad glo. & primo opp. videtur enim ℔ volens aliquid negare, nõ debet

b geminare b negationem, quia duę negationes c faciunt vnam

c affirmationem, vt in l. duobus verbis, ff. de verb. sig. Cuius contrarium innuit ista litera, dum dicit, Est, est, non, non. Sol. colligitur ex gl. 2. & 3. videlicet, ℔ quando duæ negationes referuntur ad idem, faciunt vnam affirmationem, vt in cõtrario: secus, si referuntur ad diuersa, vt hic. Et enim hic geminatio, vt vna referatur ad cor, alia ad os: quod no. Idem vbi referuntur ad diuersa in eadem oratione contenta, vt no. in d. l. duobus. Itẽ hoc limita, nisi sequatur contrarius, & absonus intellectus. Tunc. n. duæ negationes non faciunt vnam affirmationem, sed vna negatio stat proprie, alia superabundat. Plerunque enim ex abundantia cordis, quis geminat negationes, vt colligitur ex no. in l. 1. C. de ser. fug. vbi per Cyn. facit l. fluminum, in prin. ff. de dam. infe. Sedquid si apponuntur tres negationes concernentes idẽ, neque resultat contrarius, seu absonus sensus? Dic, ℔ duę faciũt vnam affirmationem, & tertia stat proprie. l. 1. §. 1. ff. de hære. in-

6 stit. & no. Bar. in d. l. duobus, & hoc no. & trene menti bene. † Op. 2. videtur enim quod licitũ sit iurare per creaturas, vt per Crucem. per Euangelium, per Ordinem, per salutem Principis, vt in iuribus sperius allegatis, in glo. 4. Sol. dicunt istæ gl. quod nõ licet iurare, nisi vbi in iure exprimitur. Sed aduerte quia gl. non reddit rationem, quare in istis licet iurare, & non in alijs creaturis. Dicerem, ℔ in istis habetur respectus ad ipsum creatorem, non sic faciliter in alijs. vnde gl. no. in c. quoties. 1. qõ. 7. dicit, ℔ iurans per salutem Principis, videtur iurare per eum, cuius iudicio salus Principis consistit, & sic iurans non peccat. Secus si haberetur respectus ad ipsam creaturam duntaxat, intendens illam inuocare in testimonium, seu ad confirmationem actus. Tunc enim honorem Deo debitum impenderet creaturæ, & sic committeret idolatriam, de conse. distinc. 3. cap. perlatum, & c. venerabiles, vbi tex. cum gl. Per hoc arguit Hosti. contra illos, qui plus homines, quam Deum honorant; dum enim coram altari transeunt, nullam etiam inclinationem & reuerentiam exhibent: & quando coram domino veniunt, quasi idolũ colunt iniungendo manus, vtrunq; genu flectendo, non solum pileum, sed chlamydem & zonam remouendo, contra id, qđ legitur Apocalip. 19. vbi Angelus dixit Beato Ioanni cadere volenti ad pedes ipsius. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum. Et licet reuerentia sit exhibenda superioribus, de maior. & obedien. c. quod super his, & c. his, qui. & ipsi superiores debeant ipsam recipere, ne videantur contemni. l. obseruandum, ff. de offic. præsid. & in c. quando necessitas. 86. distin. hæc tamen idolatria esset corrigenda, & quæ exhibetur & recipitur, debet exhiberi & recipi, iuxta illud, verbum Imperatoris Fede. flectentis se Papæ, qui dixit, non tibi, sed Petro. Et dixit quod maxime Prælati debent a talibus abstinere, ne videantur vt dominantes in clero, de quo vide bon. tex. cum gl. in c. esto subiectus. 95. dist. & in cap. Episcopus, cum cap. sequen. ead. distin. & idem quod ista glo. notauit glo. in cap. si aliqua. 22. qõ. 1. Opp. 3. in eo, quod in tex. dicitur, nolite iurare omnino, & tamen in multis casibus est licitum iurare, vt no. supra eo. c. nullus. Sol. gl. in ver. (Omnino.) dicit ℔ illud verbum, omnino, non stat vniuersaliter, sed exponitur, omnino, idest, ex leui causa, & adducit simile, in l. Græce. §. illud, ff. de fideiuss. Hostien. reprehendit glo. quia illud omnino, stat ibi, pro nullo modo, & sic non est simile. Ego dico etiam, ℔ hic stat pro nullo modo. Nam ista dictio, omnino, nõ qualificat verbum, iurare, sed verba subsequentia, scilicet, neq; per cœlum, neque per terram, neq; per caput, vel capillos, &c. q. d. nolite omnino iurare per creaturam, & tunc stat proprie.

7 † Opp. 3. ℔ iuramentum interpositum per creaturam, nõ sit seruandum, cum iure etiam diuino prohibetur, argu. 10. dist. c. vides, & l. non dubium. C. de leg. Sol. dicit gl. in ver. seruandum, ex quo illud, quod iuratur, est licitum, seruandum est iuramentum, qualitercunque iuretur. Multa enim fieri prohibentur, q̃ si facta sunt obtinent roboris firmitatem, Etiã dat simile: iudex vltima die suę iurisdictionis, iudicare nõ debet. l. cum qui. ff. de iurisd. om. iud. Si tamen iudicat, sententia tenet. l. meminisse. ff. de offic. procon. No. bene hoc vltimum pro intellectu illarum legum, & hanc glo. alleg. Bar. in d. l. cum qui. Sed intellige, ℔ nõ debet vltima die iudicare, scilicet post aduentũ successoris. Eruescit enim propter abdicationẽ iurisdictionis. Ante enim aduentum iurisdictionis successoris, licite iudicat. d. l. meminisse. Item intellige gl. in ordinario: secus in delegato. Nam ille iudicat etiam vltima die iurisdictionis suæ, vt in capit. consuluit, de offic. deleg. vbi per Ioan. And. & vide quæ habentur in Authẽ. de administrato. §. illud, collat. 7. Sed quoad principale dictum glosse. dic, quod non est sufficienter responsum ad contrarium. Ego dico per l. prohiberi, quod lex prohibet iurare per creaturam, non quod ipsum iuramentum in se sit malum, sed vt reuerentia exhibeatur principaliter ipsi Deo. Si autem contra fit, valet nihilominus iuramentum, quia saltem in consequentiam iuratur, per creatorem. Honor enim exhibitus creaturæ redundat etiam consequenter in honorem Creatoris, hoc probat hic text. in versicu. quia testante. Et sic lex, prohibitiua non habet perpetuam & puram causam prohibitionis, & sic cessat contrarium, facit, quod not. glos. in capitu. tua. de sponsa duorum. Glos. in verbo, (Necessitas) est facilis, & not. eam, & dic,

8 vt supra dixi in notabilibus. † Quæro text. hic, & clarius in cap. animaduertendum. 22. quæstio. 2. dicit, quod iuramentum debet habere tres comites, scilicet, veritatem, iudicium, & iustitiam, alias si aliquid istorum defuerit, potius est periurium, quã iuramentum. Qualiter autem ista intelligantur Sol. glo. in verbo, in vertate, cum duabus sequen. ad hoc tendunt, & exponę secundum eas veritatem, scilicet, conscientiæ, scilicet, quod id, quod iuratur, debet quis putare verum in conscientia. Nõ sufficit enim quod in se sit verum, nisi iurans credat illud verum, alias illicite, & contra conscientiam iurat. 22. q. 2. cap. homines. no. glo. in d. c. animaduertendum, & est tex. secundum vnum intellectum, in c. quanto, in fi. supra eo. Dicit iudicium, idest discretionem, vel deliberationem. Debet enim iuramẽtum esse discretum, & dic, ℔ dicitur discretum ex modo, iurandi, & ex causa propter quam iuratur. Si enim iurat per Deum, & ex causa, necessaria, seu vtili, satis est discretum, vt supra dixi, alias secus, vt hic probatur in tex. & supra dixi, & est tex. 22. q. 4. c. Innocens.

ADDITIONES.

a ZACHAR. Non sunt de Capitulo. Adde Roma. singu. 155. incip. fuit a me quæsitum, & quod no. in apost. ad istum in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 3. in ver. vna cum clericis, sup. de consti.

b SEB. SAP. Geminare. Vide gl. Io. Fab. & Ang. Are. in §. cumq; hoc. & Dosi. in gl. in uerbo, nec non, in proœ. Instit.

c Duæ negationes. Faciunt vnam affirmationem. Et adde glo. & no. super ea. in ver. supereſt, in d. §. 1. Adde Bal. in l. qui se patris, in 3. col. C. vnde lib. vbi dicit ℔ duæ negationes prolatæ ab homine grosso, non affirmant. Et idem dicit Saly. in d. l. qui se patris, & Ange. in repet. in princ. & Bal. in l. 1. in 6. col. C. de ser. fugit. Adde Bar. in l. 1. ff. de castre. pecu. Et adde, ℔ quando duæ negationes affirmant innũctæ cum affirmatiua, magis affirmant, quam affirmarent pura affirmatiua, hoc credo probari per tex. in c. in nomine Domini, ibi non inquitabili, de test. iuncto, quod ibi in fi. no. Do. Ant. dum dicit de uera contumacia, & hanc credo fuisse mentem D. Ant. ibi. Item limitarem istam regulam, nisi cõmunis vsus haberet, ℔ duæ negationes non inducerent affirmatiuam, quia tunc non inducerent affirmatiuam, arg. eius quod no. Inn. in c. cum clamor, in fi. & in c. cum causam, il 2. de testib. Item adde, quod de istis duabus negatiuis scribit gl. Bar. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. & Bal. ibi ponit in antep. col. & plenissime Rom. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. ob. & ibi materiam declara, ut per Do. in e. quod ad nos. in fi. 47. dist. & per Imo. in l. 1. in 1. col. de hæred. instit.

ANT. FRAN. An, & quando duæ negatiuæ affirment, uel negent, uide Bar. in l. fœmine. ff. de fœna. & in l. duobus, ff. de uerbo. signi. & uide D. Card. in clem. 1. de offi. deleg. Et dicas, ℔ duæ negatiuæ simul positæ regulariter affirmant, nisi proferantur a rustico, qui tunc stant in terminis negatiuæ, & forte magis negant, secundum Bal. in l. qui se patris, hic alleg. & in l. 1. de ser. fug. hic etiam alleg. in 8. col. Et uide glo. & Bar. in l. manifestæ turpitudinis, de iureiur. & Bal. in l. fluminum, ff. de dam. infec. & in l. qui pignoris, ff. de acq. poss. & in Auth. de his, qui ingre. ad ap. in §. si uero neuter, & in l. 1. in §. si quis ita, ff. de uer. obl. & in Auth. de hæred. & Fale. in §. in ordinatum. & uide Bar. in l. 1. ff. de enda. puni. & in l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præst. ubi etiam dicit Bart. ℔ tres negatiuæ simul positæ negant, sicut una, ℔ etiam in d. l. duobus. ff. de uerb. signi. uoluit, & uide Ioan. And. in addit. Spec. in rubr. de succes. ab intest.

nocens. §. illicitum. cum seq. Dicit iustitiam, idest quod iusta sit iuretur, vt in c. quanto, supra eo. Si enim ista, vel aliquod istorum defuerit, non iuramentum, sed periurium est censendũ. secundum gl. hic, & sunt verba tex. in d. c. animaduertẽdum. Sed contra hoc ego fortiter oppono. Iuramentum interpositum super creatura non habet in se comitem iudicij, quia non est discretum, cum sit contra præceptum domini, & tamen præcipitur illud obseruari, vt hic, ergo est iuramentum, & non periurium. Item si quis discrete, nulla necessitate, vel vtilitate suadẽte, iurat aliquid, quod in se non est malum, tenetur ad ipsius obseruantiam, vt in c. cum quidam, & quod ibi no. supra eod. & §. illicitum. ergo ad esse iuramenti non requiritur illicitum. Sol. dico, ℔ quandoque iuramentum est indiscretum ex parte eius, quod iuratur, vt quia illud illicitum, vergens ad interitum vel dispendium salutis æternæ, & seruari tale non debet. 22. qõ. 4. per totum. Quandoq; indiscretum est ex modo iurandi, vel ex causa, vt quia iurat per creaturã, vel sine deliberatione, seu cessante necessitate vel vtilitate, & tunc dic, quòd iuramentum obligat, vt hic, & in iuribus superius alle. Et ad tex. cap. animaduertendum, dum dicit, ℔ est potius periurium, quam iuramentum: dic, ℔ non est iuramentum, s. licitum sine peccato, sed est periurium, idest, illicitum, & incauta iuratio, capitur. n. ibi periurium largo modo pro incauta iuratione, non pro transgressione liciti iuramenti. Conclude ergo, quia gl. & Doct. hic non declarant, ℔ ad hoc, vt quis iuret sine peccato, & iuramentum ex omni sua parte sit licitum, debeat habere illos tres comites, si tamen aliquid illorum defuerit, dummodo quod iuratur, sit licitum & honestum, est seruandum, & iuramentum est, licet non fuerit licitum, & peccauerit iurando, non tñ talis semper peccat mortaliter, sed quandoque venialiter, ſm quantitatem culpæ, vt no Arch. in d. c. animaduertendum. Hoc videtur probari hic, & clarius in d. §. illicitum, & no. in d. c. animaduertendum. Vel est simile in eo, qui contraxit matrimonium contra votum castitatis: tenet enim matrimonium, licet ille peccaue-

9 rit in ℨhendo, vt in cap. vno, de voto vo. redemp. lib. 6. † Quæro quid est dicere, Amen. Glo. in verbo, amen, exponit. i. sine defectu, & secundum Hug. vt hic refert Io. And. est hæc dictio composita ab a, quod est sine, & mene, quod est defectus: vide c. re vera, in fi. de consec. dist. 2. vbi exponitur, amen, idest verum est. Pro hoc est tex. hic vbi capit amẽ ℔ in veritate, & in effectu idẽ est, quod sine defectu. Aliquãdo exponitur, amen, idest fiat, sic capitur communiter in officijs diuinis. Nam clerici respondẽt, amen. i. fiat, quod petitum est in oratione. hinc Hieron. ad Marcellam dicit, ℔ septuaginta interpretes, quod in Hebraicis legitur, amẽ, amen, transtulerunt, fiat, fiat. Et de verbo, quod dr Kyrieeleison, dic, ℔ duæ sunt partes, & dr Kyrie. idest, dñe. eleyson. i. miserere, vt no. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de sent. prola. §. vt autem. Gl. in ver. [Testis.] ponit formas iurandi in veteri Testamento, & tempore gratiæ, s. in primitiua ecclesia post aduentum Christi, & in ecclesia hodiernae qua manifeste colligitur, quod supra dixi, videlicet, quod ad esse iuramenti non requiritur, quod iuretur expresse per verbum, Iuro, & vide de his pleniorem gl. 22. quæstio. 1. in sum. & in eo, quod in fi. dicit glo. hodie iurari per Dei Euangelium. In contrarium facit quod hr supra in glos. 4. vbi etiam hodie ponuntur alij modi iurandi, ad idem 2. q. 5. c. si quis presbyter. Item ex consuetudine hodierna saltem apud Italcos sufficit tangere quamlibet scripturam, gl. no. in cle. 1. §. porro, de hæret. † Ideo quæro, qualiter sit hodie in dubio iurandum? a Sol. dic comprehendendo glo. in d. cle. 1. in verbo, tacta. & Host. hic, ℔ aut ius expresse in illo casu prouidet puta, vt in teste, quod debet iurare tactis Euangelijs, & tũc oportet sic iurare, nec sufficit aliam scripturam, tangere. 3. q. 9. c. hortamur. Et communiter iuramenta, b quæ deferuntur à iure, à iudice, & partibus, ex necessitate prestantur prædicto modo. 1. q. 7. c. quoties. 11. q. 1. c. testimonium, de iuram. cal. c. fi. & supra c. ego N. Si autem iuraretur aliter, licet illud esset iuramẽtum, & obligaret iurantem, non tamen esset satisfactum iuri, cum pro forma exigat tacturam Euangeliorum: vide bo. gl. in c. vt circa, de elect. lib. 6. Ego puto hoc verum, nisi consuetudo esset in cõtrarium, in c. fi. de consuet. Quandoque iuramentum defertur voluntarie a parte parti, & tunc iurandum est secundum volũ lunratem deferentis, intelligendo tamẽ, ℔ illud sit permissum, l. 1. §. fi cum l. seq. ff. eo. tit. Quandoque partes conuenerunt de iurando non expressa certa forma. Et dicit hic no. Hosti. iurandum esse modo prædicto. s. super Euangelijs, quod placet, vt in dubio videatur actum, secundum quod iura deferunt communiter, arg. ff. de ædil. edi. l. quod si nolit. §. qui assidua, & videtur tex. cum ibi no. per Bar. in l. qui per salutem, ff. eo. tit. & vide de hac materia per Host. in summa, ff. eod. tit. §. quomodo censeatur, ver. per quod. † Glos. in verbo, mala, ponit vnum simile ad text. Nam quædam sunt simoniaca ipso iure, vt vendere spiritualia. Quædam per constitutionem Ecclesiæ, vt dare quid pro benedictione nubentium, vel pro baptismo. Ista duo exempla reprobat Ioan. And. quia certum est, quod baptismus est sacramentum, & benedictio nubentium est sacræ rei signum. & sic per illa confertur & augetur gratia Spiritussancti. ergo prohibitum est aliquid dari, quia simoniacum. Sed forte iudicio meo, saluando glo. posset dici, quod vendere ipsa spiritualia est simoniacum in se: Nam Simon Magus, à quo dicta est simonia, voluit emere gratiam Spiritussancti, vt nota. 1. quæstio. 1. in sum. secundum Archidiac. Sed aliquid pro ipsis dare, vel accipere, non tamen animo vendendi, vel emendi, sed remunerãdi Prælatum, non est in se simoniacum, sed dicitur simoniacum, quia à iure prohibitum. facit bonus text. cum glos. 1. quæstio. 1. capit. emendari. & circa hoc cogitabis, quia esset notabilis limitatio ad materiam simoniæ. Et vide de materia glo. in cap. cum prídem, de pact. & cap. saluator. 1. quæstio. 3. vbi per glos. Quæro, quid de tertio exemplo gl. scilicet cum datur pro ponendis prę latis in sede: Ioan. And. reprobat dictum gl. vt illud sit simoniacum, quia prohibitum. Sed considera, quia glos. non aperit, an velit intelligere de nuda institutione corporali, an etiam de collatoria. Tu vide circa hoc, quæ dixi in cap. 1. de simo. & in repe. §. qui vero, de præben. cap. extirpandæ. Glo. in ver. [Sequuntur] colligit aliquid prohiberi propter malum, quod inde potest sequi, & oppo. in contrarium de l. fina. ff. qui & à quibus ma. lib. non fiunt. vbi dicitur, quod licet stipulari operas, vel mercedẽ à liberto, sed stipulari nõ licet simpliciter mercedem. Ad idem

c l. si vnus. § illud, ff. de pact. vbi dolus futurus c non potest expresse remitti, & tamen potest pacisci, ne agatur depositi, & sic indirecte remittitur dolus futurus. Glo. non soluit, sed dic quo ad l. fina. quod in stipulatione alternatiua nõ est prohibitum, quod solutio fiat voluntarie, cum optio detur ipsi liberto, vt in regu. in alternatiuis, de regul. iur. lib. 6. Ad l. si vnus, dic, quod potest pacisci, ne agatur depositi, scilicet respectu doli de præterito, & dic plenius, vt ibi not. Glo. penult. instant, an, & quando cessante causa esset effectus, & videtur appellare causam finalem, propter quam excludendam, causam expulsiuam, propter quam habendam. Et mens glo. est quod cessante causa finali, cessat effectus: secus si cessat causa impulsiua, & inuoluit se multum. In hoc tamen dic, vt plene, & clare no. in cap. post translationem, de renunciatio. in glo. in verbo, cessante, super ea. Glos. fina. tacite opponit. Illi de collegio indistincte admittuntur in causa ecclesiæ ad testificandum, vt in capitu. super prudentia. 14. quæstio. secunda. & in capitu. insuper, de testibus. ergo frustra Papa hic dicit, indulgemus. Frustra enim indulgetur, quod communi iure conceditur. l. 1. C. de thesau. lib. 10. Glos. metu contrarii exponit, id est, indultum esse ostendimus. Idem Innocent. Vel secundum Hostien. hoc fecit Papa ad saluandas istorum conscientias, qui aliter se securos esse non putabant. Et facit hæc litera in argumẽ. quod regularis in alia causa, quam ecclesiæ, non potest esse testis. Aliter tamen dicit Accur. C. de testibus, authen. si testis productus dicatur, & plenius in Specul. eod. titu. §. 1. versicu. item excipitur, quod est monachus, & ver

12 sicu. quid de monacho, dixi in dicto capitu. insuper. † Extra glos. quæro, an indistincte sit prohibitum iurare cessante necessitate, vel vtilitate? Dicit Innocent. quod sic. Nulla enim, vel modica est differentia, secundum eum, an quis iuret super Euangelia, vel reliquias, siue dicat tantum, Promitto hoc in fide mea, quia non solum per creata, sed etiam per increata prohibetur iurari, nisi necessitas, vel vtilitas hoc exposcat, vt hic, & quod metus causa, capitu. ad aures, de arbitris, cap.

ADDITIONES.

a ZACH. In dubio iurandum. Recurre ad no. per Lanfr. de Oria in cap. quoniam contra. §. testium depositiones, in princip. & ibi latissi. in apost. Celsi in versi. tactis, & quod not. supra in princip. istius capit. in apost. in uersi. per creaturam.

b Iuramenta. Not. hanc doctrinam in omnibus iuramentis, quæ ex necessitate deferũtur à iure, vel à iudice, vel à partibus, si nulla est distincta forma iuramenti, debet iurari super Euangelius, & adde do. But. hic in 4. col. ver. itẽ in omnibus aliis, quæ a iudice. Et adde Bal. in c. 1. §. fi a domino, ad fi. 1. col. in tit. quid sit inuesti. ubi refert Inn. tenere, quod in omni solemni iuramento requiritur tactura Euangeliorum, licet non alleget, ubi Inno. hoc dicat. Et idem punctualiter Bald. in c. 1. §. item sacramenta, in prin. 3. colũ. de pace iura. fir. & alle. l. generaliter. §. fi. C. de reb. cred. & ibi etiam Bald. Item uide Imo. in rep. c. cum contingat. in 33. char. in 1. col. uer. item in quantum dixit esse intelligendum, infra eo. Et contra ista pondera tex. in l. 1. in vlt. respon. C. si mi. se ma. di. Sed potes respondere, quod iuramẽtum non præstatur ex necessitate, sed uoluntate, &c. Circa hoc de iuramento dicas, quod iuramẽtum solemne debet præstari manu tactis corporaliter sacrosanctis Euangeliis, nel etiam quibuscunque scripturis, ut in Auth. ut om. iu. prouin. in §. 1. Et uide Io. And. in c. ut circa, de ele. li. 6. in nouel & uide Spe. in tit. de iu. de la. per totum, ubi plene examinat istum passum, & plene per gl. & d. Car. in cle. 1. in §. porro, de hære. & in cle. 2. de iureiu. ubi dicit hoc procedere etiã in Imperatore iurante fidelitatem Papę, & ibi etiam dicit, ℔ non sufficeret præsentia scripturæ sine tactu, & uide plene per Alex. post Pau. de Ca. in l. 3. in §. iurari, ff. de iureiu.

c Dolus futurus. Quod dolus de futuro, etiam non possit remitti per indirectũ tenet Io. de Ana. contra Dy. in consi. 80. incip. uiris & intellectus, & Iasin Lactione, in fi. C. de transa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 c.peruenit,Item iuramentum a eſt,quando quis dicit ſub periculo animæ ſuæ,de frigid,cap.fraternitatis.Dicit tamen, quod maior eſt contemptus,& maius eſt peccatum fallere iuramentum factum per increata, vel ſuperiores creaturas, quàm per minus ſanctas.Pro hoc allego tex.expreſſum in c.mouet.12.q.1.vbi etiam quæritur,quis magis peccet,an iurãs per creaturas, vel per falſos Deos,& tranſgrediens,an tranſgrediens iuramẽtum factum per Deum?Ratio dubitandi eſt, quia primus peccauit bis.ſ.iurando & tranſgrediendo,ipſe qui iurat per Deum peccat ſolum in tranſgrediendo.Sed dic, q iſtud vnicum peccatum præponderat illis duobus, vt ibi. † Ex his deciditur alia
13 queſtio,an ſit peccatum Chriſtiano iurare per Deos alienos,& an teneatur illud iuramentum adimplere?Inno.dicit, q peccauit in iurando,vt hic,& tenetur adimplere,vt d.c.mouet.Nam q iurat p creaturã iurat quodãmõ p Creatorẽ, qa creatura eſt teſtis creatoris,& creator honoratur in creatura,ſed nõ princi-
14 paliter.† Vlterius quæritur,an peccet chriſtianus recipiendo iuramentum ab infidelibus,ſecundum religionem ipſorum? Inno.dicit,quod non.Pro hoc videtur tex.in d.c.mouet. Vlt.quæritur,qualr peccet iurans ſine cã,vel iocoſe:Vide q legi.& no. 25.diſt.c.vnũ orarium,§.alias ea demum,& c.Florentinum.85. diſt.per Arch.in c.non eſt ☞,22.q.2.& quod nõ ſupra eod.c.tua.

ADDITIO.

2 SEB. SAP. Iuramentum.Hoc idem dicit Gemi.poſt Ioan.And.in c.1.de ſepul.in 6.refert Saſ.in l.§.iurari,col.2.ff de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales,ſi ante creationem ſummi Pontificis aliud ſtatuant, & iurent,ſi vnus eorum ſit effectus Papa,non tenetur illud ſeruare,ſi eſt contra dignitatem pontificalem.*
2 *Ad vtilitatem Eccleſiæ,nulla præcedente infamia,poteſt inquiri.*
3 *Exiſtens in peccato mortali,an debeat remoueri à beneficio,& an temerarie iurans remouendus ſit à teſtimonio,& ab electione.*
4 *Donatio facta per Epiſcopum de bonis ſuæ menſæ Capitulo,an valeat, & an præiudicet ſucceſſori?*
5 *Stante ſtatuto,quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum pro pinquorum,non poterunt iſti conſentire ad eorum commodum.*

CAP. XXVII.

SIcut noſtris. Iuramentum contra vtilitatem eccleſiaſticam præſtitũ, non tenet.Diuiditur in tres partes. In prima punit iuramentum temerarium.In ſecunda punit iurantem ioi,(Pro iuratione.) In tertia committit inquirenda & retractanda,ibi,(Quia.)Caſus literal.Vacãte eccleſia Tudertina, Canonici antequam tractatus aliquis haberetur de paſtoris electione, quædam iuramenta fecerunt in damnum epiſcopalis iuris.Poſtmodum vnus ex illis electus extitit in Epm,& conſecratus.Eps Ipſe videns,q ex hoc redditus epales diminuebantur,quæſiuit a Papa,vtrum iuramenta illa eſſent ſeruanda ? Papa conſiderans,q iuramentum non fuit inſtitutum,vt eſſet inimicitiæ vinculum,& iuramenta,quæ contra vtilitatem eccleſiaſticam attentantur,non iuramenta,ſed periuria nuncupantur,pro iuratione incauta fecit ei pœnitentiam imponi, mandans Epo Amelienſi, quatenus a canonicis illis ſuper p̃miſſis veritatem inquirat, & ſi ita eſſe inuenerit, in ſtatum priſtinum appellatione remota reducat quicquid in damnum epiſcopalis iuris datum eſſe repererit.B.No.1.argumentum, q uacante eccleſia poſſunt Canonici facere ſtatuta, dummodo non ſint ☞ vtilitatem eccleſiæ.An autem durent creato Epo,vel poſſint p Epm reuocari,vide Fed.conſi.16.No.2.ibi,In minoribus ordinibus.)ar.ſm Ioan.And.canonicos non cogendos, vt promoueãtur.Põt tñ hoc intelligi de minoribus per reſpectũ ad etatem, ſeu ordinem epiſcopalem,& ſic non colligitur argumentũ. Et de hoc dicendum,vt legi.& no.in c.quæris, de æta. & quali.in
1 cle.vt hi,qui.eo.ti.† No.q iurans ante ſuam promotionem in præiudicium dignitatis,non tenetur ad obſeruantiam poſt promotionem.Iſti enim canonici forte ſtatuerant, q quicunque ex illis fieret epiſcopus,ſeruaret q̃dam,quæ tendebant in præiudicium eccleſiæ,ſeu pontificalis dignitatis. Ex hoc habes quid dicẽdum,cum Cardinales ante creationẽ ſummi Põtificis aliqua ſtatuunt,& promittunt,ẽt cum iuramento, illa ſeruare, ſi contingat aliquem eorum promoueri ad ſummum pontificatum:Nam puto iurm non adſtringere, ſi iurm rendit in præiudicium dignitatis pontificalis:ar.hic.Nota,illicite & temere iuranti pœnitentiam imponendam,licet non adſtringatur iuro, & vr,q ſit imponenda pœnitentia vnius anni,vt in c. qui ſacramento.12.q.4 vbi bo.tex.cum gl.& vide gl.ſup.eo.c. tua.No.q illicitum iurm largo mõ pt dici periurium, & dic periurium.i. indiſcretũ & illicitũ iurm.Nõ.n.capitur hic periuriũ pro tranſgreſſione iuramenti liciti.Simile in canimaduertendũ. 22. q. 2.dixi ſupra c.proxi. Non. n. peccat qs non ſeruando illicitum iurm,ſed peccat temere iurando,ſupra eo.c.quanto, & 22.q.3.
2 p totũ.† No.vltimo ad vtilitatẽ eccleſiæ poſſe fieri inquiſitionẽ etiam nulla præcedente infamia,facit q̃d no.in l.4.§.hoc autem iudicium,ff.de dam.infec.Sed ☞ hoc & contra tex.op.vr enim,q non eſſet hic neceſſaria inquiſitio, cũ conſtaret de delicto epi ex confeſſione Sol.dicit Io.An q iſti epõ credidit Papa in ſuũ præiudicium ideo ſibi mandat pœnitentiam imponi, ſed in præiudicium canonicorũ noluit credere,ſicut nec debuit,ideo mandat illorũ reſpectu inquiri,& p hoc allego tex.6.q.2.c. placuit,& c.ſi tm̃.vbi patet epõ ſoli non eſſe credendum in præiu-
3 dicium ſubditorum.† Glo.1.colligit ex tex q ſi exiſtens in mortali peccato promouetur,nõ tñ ex hoc debet remoueri,ſed pœnitentia de peccato eſt ſibi imponẽda,ſicut factum fuit hic. In ☞rium arguit de c.quicunq;.81.diſt.& 24.diſt.c.vlt.& 50.diſt.c. ex pœnitentibus.Soluit in effectu.q leuia peccata, non dijciũt iam promotum,vt hic,ſecus in grauibus,vt in contrarijs.Hoc n.peccatum temerarij iuramenti eſt leue. quod patet ex eo, q ſolum imponitur pœnitentia vnius anni,vt in d.c.qui ſacramẽto.Pro alijs aũt mortalibus imponitur 7. annorum. 33.qõ. 2.c. hoc ipſum,& idem tenet Inno. Quæ aũt crimina inducant depoſitionẽ,dixi pleniſſime in c.at ſi clerici,de iudi.Et no. ex glo. q temere iurans peccat mortaliter,& idem ſentit hic Inn. Sed tu intellige,qñ iurauit illicitũ,vt hic,& in d.c. qui ſacramento, ſecus,ſi iuraſſet temere.i.ſine neceſſitate,vel vtilitate,ſeu iocoſe:Nam tunc peccaſſet venialiter. 25.diſt. c. vnum orarium.§. alias ea demum.no.glo.in c.Florentinum.85.diſt.An autem temerarium iuramentum repellat ab electione, vel teſtimonio, vide glo.in d.capitu.Florentinum.tetigi aliquid in c.intimauit, & c.teſtimonium,ſupra de teſti.Vide etiam no.glo.22.quæſtio. 4.c.diffinitio;quæ concludit iuramentum illicitum & temerarium non infamare,nec impedire electionem factam,vel faciẽdã.Quatenus dicit de facta,placet,quia tex.eſt hic,quatenus dicit de facienda,credo,q male dicat,niſi prius peracta pœnitentia,arg.c.ſi.de cle.excom.mini.ſentit glo.in c.Florentinum,ſupra dicto.Pro opinione tamen illius glo.induco bonum tex.in c.1.81.diſt.vbi graue peccatum dũtaxat repellit ab electione,ſed iſtud non poteſt dici graue, vt patet ex impoſitione pœnitentiæ Primum dictum puto tutius,quia omne mortale poteſt dici graue,cum priuet vita æterna 25.diſt.d.§. alias ea demum. Quid de eo,qui iurauit non epiſcopari,an ex hoc repellatur:Io. And.remittit ad c.Archidiaconum,alias Florentinum, præalle.ego remitto ad c.Innocens.§.illicitum.22.q.4.& plenius dixi in c.ſi vero.ſupra eo.Dic,vt ibi.glo.2.colligit, q ſede vacante etiam Canonici nihil poſſunt diſponere in ipſius præiudiciũ, vide c.quia ſæpe,de elect.lib.6 iuncta cle.ſtatutum,co.tit.& 12. cap.ſi qua de rebus.Oppo.videtur,q ex duplici capite iſte met epiſcopus poterat reuocare attentata in damnum eccleſiæ.Primo per c.quod quis commiſit.;5.q.9.& c.ſi quis presbyterorũ de reb.eccle.non alie.vbi dicitur,q etiam ipſemet, qui indebite alienauit bona eccleſiæ,poteſt reuocationem facere,ſcu bona repetere.Item,quia iſte iurauit, vt canonicus, nunc autem erat epiſcopus,pro hoc c.venerabilem,de elec.Glo.fin.fatetur contrarium.Dicit Io.And.hoc verum,ſi intuitu dignitatis vult venire contra iuramentum,ſecus,ſi intuitu perſonæ,quia tunc neceſſaria eſt ſuperioris authoritas,ar.in prædicto c. venerabilem.Hæc limitatio,pcedit reſpectu primi capitis, ſed reſpectu ſecundi,dicit,q etiam ſi iſte iuraſſet tanquam Epiſcopus, non tamen aſtringeret eum,iuramentum,quia ex quo iurm eſt illicitum,& in damnum eccleſiæ,non refert an iurauerit,vt canonicus,an vt Eps,quia neutro caſu valet iuramentum,tanquam indiſcretum & iniuſtum,vt hic,& c.peruenit, ſupra eod. Sed ſi
4 iuramentum alias fuiſſet licitum,bene refert,an iuraſſet vt canonicus, an ut Epiſcopus.d.c.venerabilẽ.tene ergo in hoc gl.† Vltimo iſta litera facit ad quæſtionem,an donatio facta per Epiſcopum capitulo ſuo de bonis ſuæ menſæ,præiudicet ſucceſſori?Videtur quod non,argum.hic,vbi factum capituli non præiudicat fururo Epiſcopo.Iſte tamen text.facit multum à remotis,quia hoc factum fuit illicitum, nec interuenit authoritas Epiſcopi, cum iſte tunc temporis eſſet canonicus. Dictum tamen eſt in ſe verum,& illud tenet Ioan.And.& Vinc. hic.Mouentur ea ratione, quia Capitulum non potuit authorizare in facto proprio, per ea,quæ habentur in ſimili in clemen. 2. de reb.eccl.non alie.& ibi gl.format iſtam quæſtionem.Et p hanc rationem concludebat hic Io.alternatiue tamen,nullam eccleſiam poſſe aliquid dare eccleſiæ cathedrali,authoritate Epiſcopi,18.q.4.c.quæſti.& ita communiter tranſeunt hic doc.Hoc vltimum ego puto verum,quando vellet donare communi mẽſæ Epiſcopi & capituli,quia tunc Epiſcopus authorizaret in fa-
a cto proprio.a Secus,ſi vellet donare ipſi capitulo,vel ad fabricã eccleſiæ cathedralis,quia tunc Epiſcopus non authorizat in facto proprio in alienatione,quam facit,nixta no.per Io. And.in c.ſi propter tua debita,de reſcr.lib.6.& in c.vt noſtrum. in fi. vt eccle.beneſi.Nec Eps dicitur conſentire in facto proprio, quia in alienatione, quam facit eccleſia inferior, non requiritur,niſi authoritas Epiſcopi. 11.quæſtio.2.cap.Abbatibus,& cap. placuit,no.in cap.1.de his,quæ fiunt a præla. Sed dubitabile magis eſt primum dictum Vincen.& Ioan.And.& vide Hoſtien.in c. nouit,de his,quæ fiunt à præla.ſine con. capi. vbi tenet Epiſcopum indigenti Capitulo poſſe aliqua de pertinentibus ad mẽſam ſuam donare,quia non dicitur proprie alienare, cum omnia remaneant in dominio eccleſiæ. l. vnum ex familia. §. 1.ff. de leg.2.Sed tene,quod valet tantum in vita Epiſcopi,ſucceſſor autem poteſt reuocare,quia cum in alienatione, etiam irretractabili, requiratur conſenſus capituli, vt in cap. ſine exceptione. 12. quæſtio. 2. Capitulum tamen iure hodierno non poteſt conſentire ad ſui commodum, vt eſt expreſſum in clemẽ. 2.de reb.eccle. non alie.& hoc tenet Specu.in tit. de his, quæ fiunt à præla.in vlt. addit. ſicut nec tutor authorizat ad ſui commodũ
1 in factis pupi li.l.1. & l.pupillus. ff. de autho.tutor. † Per quod dixit Bar.in d.l.1.quod ſi ſtatuto cauetur quod mulier non poſſit obligari ſine conſenſu duorum cognatorum, non poterunt cognati conſentire ad eorum, commodum, quod not. Puto tamen, quod ſi ex cauſa fieret venditio rerum Epiſcopi,poſſet capitulum palam & publice ſine fraude emere, quia tunc non dicitur conſentire ad ſui commodum, cum ille contractus fiat principaliter ad vtilitatem Epiſcopi, ſicut tutor emit palam rẽ pupilli ipſo conſentire, vt notabiliter probatur in capit. pupillus, & ſequen. & capitulum contrahendo, videtur conſentire, vt not.Ioan.And.in ſimili,in regula qui tacet,de regul. iur.lib. 6.in Mercu.& Barto in l.cum pater.§.libertis,de legat.ſecundo, & Bal.in l.ſi filius,C.de pet.hær.facit quod no. Old.conſ.218.& ſic poteſt reſtringi,& limitari d.cle.ſi vna,de reb. eccl.non alie.

SVMMARIVM.

1 *Reuerentia maritalis, vel clericalis, non facit præſumere metum, uel dolum.*
2 *Mulier ſine iuramento non obligatur, etiam naturaliter,uendendo rem dotalem,nec eius fideiuſſor tenetur de euictione, ſed maritus uendens tenetur, & eius fideiuſſor.*
3 *Iuramentum motu extortum an obligeť?*
4 *An valeat & obliget iuramentum contra legem interpoſitum?*
5 *An ubi requiritur actus geminatus ſufficiat unicus cum iuramento?*
6 *Iuramentum eſt ualidum, factum contra legem humanam ſuper fauore,uel odio priuato,fundatam.*
7 *Iuramentum temerarium,ſi non eſt contra bonos mores, & ex eius obſeruãtia non ſequitur peccatum,eſt ſeruandum.*
8 *An per iuramentum ualidetur contractus de iure ciuili nullus?*
9 *Petita abſolutione à iuramento validante contractum nullum,an per ſtatutum reſcindatur contractus?*
10 *Statutum annullans iuramentum, an ualeat, & an obligetur iurans ſtante dicto ſtatuto.*
11 *Prodigus an obligetur iuramento? 16.*
12 *Statutum laicorum non ualet,quod ex aliquo facto,uel geſto,contractus præſumatur uſurarius.*
13 *Contra præſumptionem iuris & de iure, admittitur probatio per confeſſionem partis.*
14 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam,ſi conſtat de eius iniquitate per confeſſionem partis, pro qua lata fuit,poteſt reuocari.*
15 *Quoties oritur dubium ſuper iuramento, non debet iudex ſecularis cognoſcere.*
17 *Donatio facta ultra legitimum modum ſine inſinuatione, non firmatur iuramento.*
18 *An iuramentum excludat ſimulationem contractus.*
19 *Renunciatio exceptionis,ſimulationis,uel fictionis non ualet.*
20 *Renunciatio priuilegij inducti propter fragilitatem perſonæ,non ualet.*
21 *Iuran, obſeruare id,quod fit contra legem, uel ſtatutum, an audiatur petendo abſolutionem.*
22 *Filiofamilias iurante in renunciatione Macedoniani, an renunciatio teneat.*
23 *Deceptus ultra dimidium iuſti pretij, ſi iurat, an petendo abſolutionem audiatur.*
24 *Vendens equum,uel aliud animal tanquam cum omnibus uitijs,ſi poſtea appareat aliquod uitium,talis uendens tenetur.*
25 *Iuramentum operatur, quod ſi actus non ualet eo modo, quo agitur, ualeat quo poteſt.*
26 *Defectus ſolemnitatis,an impediat obligationem ex iuramento.*
27 *Iuramentum non ſupplet defectum ſolemnitatis formalis.*
28 *Fideiuſſor ſi ſe obligat ad plus,quam principalis,tenetur.*
29 *Iuramentum non ualidat contractum,ratione rei,ſeu materiæ prohibitum.*
30 *An tranſactio de alimentis, donatio inter uirum,& uxorem, & patrem, & filium firmetur iuramento.*
31 *Iuramentum ſuper ſtipulatione facta alteri,an operetur obligationem.*
32 *Iuramentum an obliget fideiuſſores dotium,& an firmet pactum de non cedendo bonis.*

CAP. XXVIII.

a VM contingat. a Non auditur mulier cõtra alienationem rei dotalis, cui ſponte conſentit, & non ☞nire iurauit.Sic ſummatur cõiter. Sed ego generaliter ſic ſummo. Iuramentum præſtitum ſuper actu a lege infirmato, principaliter fauore iurantis,licet ſecundario in fauorem publicum,neceſſario eſt obſeruandum,ſi non vi,nec dolo fuit præſtitum,& in alterius præiudicium principaliter non redundat.h.d. multum ſingulariter conſiderata medulla capituli. In prima parte ponitur conſultatio.In 2.reſpõ.ibi,[Nos.] Caſus literalis.Aliqs alienauit res dotales, & alias, quas donauerat vxori propter nuptias, præſente vxore & conſentiente alienationi, & ne vxor vlterius contra alienationem veniat proprio iuramento,q cõtra alienationem non veniet,firmat.Poſtmodum matrimonio ſoluto nititur venire in ☞rium. Conſultus autem ſuper hoc ipſe Papa reſpondet, q licet conſenſus mulieris non videatur in talibus obligatorius ſecundum leges, tamen debet mulier ſeruare huiuſmodi iuramentum, ne tali prętextu viam contingat periurijs, aperiri Et hoc eſt verum, ſi iuramentum tale ſine vi & dolo ſponte præſtitum fuit, cum in præiudicium alterius nõ redunder,nec obſeruatum vergat in diſpendium, ſaluris æter-
1 næ.B.† No.ex principio,iuncto fine, q mulier conſentiens alie
b nationi b factæ per maritum de re dotali, vel donata propter nuptias, idem & fortius de re vtriq; communi, non præſumit vi aut dolo inducta,niſi probetur, vnde reuerẽtia maritalis dũtaxat ipſam non excuſat,quod bene notabis,vnde oporter, q p bentur verbera, vel minæ ſufficientes ad incutiendũ iuſtum timorem,ad hoc quod no. Inn.in c. cauſam matrimonij, de offi. deleg. & Bart.in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.& vtrobiq; facit tex. ad idem c. accedens, de conuer coniug. Et ſic limita, qđ legi.& no.in l.1.§.quæ onerandæ.ff.qua.rer.actio non datur.Itẽ dic in clerico conſentiente Epiſcopo,& ſimilibus perſonis.† Se-
2 cundo no.q circunſcripto iuramento, conſenſus mulieris ſup alienatione rei dotalis, vel donationis propter nuptias, nullam obligationem conſtante matrimonio inducit, & ſic videtur, q etiam naturalis obligatio non oriatur.Et nil mirum, quia ex cõtractu,qui ſit lege reſiſtente, nulla oritur obligatio, vt in l.cum lex,ff.de fideiuſſori.& quod ibi notat Bar. lex enim huic alienationi reſiſtit,vt ff.de fun.do. per totum , & in Authẽ ſiue à me, C.ad Velleia. & per hoc videtur ſolui quæſtio, quam ponit hic do.Anto. An fideiuſſor accedens huic venditioni,teneatur de euictione?Et ponit multas opiniones,& de hoc vide plene per Bar.in d.l.cum lex.vbi tandem videtur concludere,q ſi mulier vendidit,non tenetur ipſa,nec fideiuſſor,d.l.cum lex.Sed ſi vendidit maritus,vel alius,ipſe tenetur,& fideiuſſor, ar. in l. & ſi is, C.de præd.mi.ſine decre. non alien. Ratio, quia lex non reſiſtit venditioni, & ſic actioni perſonali, ſed alienationi, hoc eſt trãſlationi domini,vnde vxor non obligatur,quia teneret ad tranſlationem dominij.l.empto,de actio. empt. & quod dixi in cap. cum Ioannes,de fide inſtrumẽ.Nec fideiuſſor, quia haberet regreſſum contra mulierem.Sed alius vendens & fideiuſſor tenẽtur,quia nemo prohibetur rem alienam vendere, cum ſolum obligetur perſonaliter ad tradendum rem, vel intereſſe,vt in l. rem alienam,ff.de contrahen.emptio.& hoc tenens omiſſis va-
3 rijs opinionibus recitatis per Ioan. And. & dom.Anto.† Not.3.
c quod iuramentum dolo, vel metu c præſtitum non eſt obligatorium.Aduerte reſpectu doli, caſus eſt clarus, quando fuit talis,quod habuit auferre conſenſum, iuxta not. per Ioan. And. in cap.vno, de commo. Sed dubium eſt reſpectu metus, per c. verum,& c.ſi vero, ſupra eod. vbi patet, q tale iuramentum eſt obligatorium, licet poſſet peti abſolutio à iuramento, vt hic, & ibi,& hoc communiter tenetur,& quoad caſum noſtrum vide tur expreſſe tenere Arch.in c. 2.de pac.lib.6. & multi tenuerũt hoc dicentes ad iſtum tex.à cõtrario, q iuramentum metu extortum,

ADDITIONES.

a Cum contingat.In materia iſtius c.uide late qđ no.Pe. de Anc.in rep.c.canonum ſtatuta,in primo quæſito,in 3.col.illius quæſiti.uer. quid dices in materia iuramenti,ubi ponit quæſtionem, utrum, naleat ſtatutum quod contractus factus a minore, etiam cum iuramento, non ualeat, niſi interueniat certa alia ſolemnitas. Ponit etiam qões ad materiam, uide ibi per eum.Et adde hic,q iuramentum ſuper ſtipulatione prolatum habet vim clauſulæ, rato manente pacto, quia poterit pœna peti & obſeruatia contractus, text, eſt ſing.in l.ſi quis major.C.de tranſa ſecundum d.Bar. de Bel. hic in addit. de quo uide Bar.in d.l.ſi quis,dicentem per illum tex. q iuramentum habet vim clauſulæ,Rato manente pacto, quod limitat Bal.in Auth.decernimus, in 1.no.C. de arb. ſecus eſſet in iuramento appoſito in compromiſſo.Veritas pendet ab intellectu illius Auth.ponunt can.in c.1.ſup.eod.Et de materia huius decr. quando iuramentum ualidet contractum a lege prohibitũ, uide per Bal.in l.non dubium.C.de leg.15.col.Item adde hic octo,uel 9. cõclusiones pulchras in materia iuramenti, quas ponit idem Bal.in c.& ſi Chriſtus in 4.& 5.col.ſup.eo.Qualiter autem ſe habeant leges ad canones in materia iuramenti,uide per Pe.de Anch.in d.rep.canonum, in 26.col.uer.quæro qualiter,de conſti.

b SEB. SAPIA. Alienationi.Vide Abb.in c cauſam matrimonii, col.2.ſup. de off.deleg.ubi Fel.col.2.Mod.an l.tranſactionem.C.de tranſa.

c Vel metu. Aduerte, quod licet iuramentum metu extortum non ſit ſeruandum,ut hic & dixi ſupra prox.ubi tamen præſtaretur metu pœnæ,eſt obligatorium,& ſeruandum,ita multum ſingulariter no.Bal. in l.ſi.§. filii,C. de bon.quæ lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tortum, non obligat, scilicet in effectu, quia potest peti absolutio. Sed certè hęc est impropriatio, & maxime, quia sic loquitur dictum cap. secundum, & cap. licet, infra eod, lib. 6. Ideo dicendum, & melius, quod aut iuramentum est metu extortum in casu a lege non prohibito, & est obligatorium: & sic loquitur, cap. verum, & c. si vero, supra eod. Aut in casu à lege prohibito & tunc non obligat ipso iure, quia propter legis resistentiam oportet, quod sit sponte præstitũ. Et iste est proprius casus istius cap. & cap. licet, & cap. secundi præalleg. & optime facit Auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendi. vbi dicitur, quod nullius est momenti, intercueniente metu, & est singularis limitatio ad iura in contrarium allega. & hanc opin. reperi tenuisse dom. Vincen. Mediolanensem, eximium Canonistam, & hanc opin. semper tenui. Et sic intellige & limita gl. in d. c. 2. Alia non colligo, quia veniunt infra examinanda. Sed antequam descẽdam ad glo. formo vnicam oppositionem contra literam, videtur enim quod respectu donationis propter nuptias, frustra q̃ratur de validitate iuramenti mulieris, quia soluto matrimonio dos redit ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum, vt in cap. fin. de dona. inter vir. & dore post di. restit. Sol. duplex est, forte ex forma statuti, vel pacti mulier superuiuens lucrabatur donationem propter nuptias, ideo volebat nunc venire contra illam alienationem. Vel dic. quod dicebat illam rem sibi obligatam pro restitutione dotis, & sic agebat hypothecaria & dicebat alienationem nullam per illam Authẽ. siue à me.

4 Reblicatur de iuramento, & respondetur, vt in litera. † Nunc attringendo glos. & intrinsecam materiam huius cap. opp. contra text. iuramentum contra legem interpositum est nullum, vt in l. non dubium, C. de leg. & c. si diligenti, de foro compet. Sed lex prohibet fundi dotalis, & rei donatæ propter nuptias alienationem, vt supra dixi, ergo & alienatio & iuramentum nullius sunt momenti, & corrobora contrarium hic, vt in principio glo. ex qua in effectu colliguntur tres solutiones. Primo, quod lex ciuilis irritauit talem contractum considerando id, quod erat vtile & honestũ corpori. Expedit enim mulieres saluas habere dotes, & c. l. 1. ff. fol. matrimo. Sed ea non hic considerat vtilitatem animæ. Anima enim præferenda est corpori, & cunctis rebus. 12. quæstio. 1. c. præcipimus. Hæc sol. est bona in se, & est sensus, quod licet lex ciuilis resistat huic contractui ob salutem corporum & conseruationem patrimonij, lex tamen canonica non vult resistere iuramento, ne propter bona temporalia detur via periurijs. Hæc sol. licet in se sit bona, vt prædixi, non tamen formaliter euacuat contrarium, cum hoc iuramentum sit præstitum contra legem fundatam super bona æquitate. l. 1. ff. solu. matrimo. Secunda solutio, quod aut mulier potest sibi consulere ex alijs bonis mariti vsque ad quantitatẽ dotis, & tunc iuramentum præiudicat mulieri, & ita loquitur hic alias secus, vt in dicta Auth. siue à me, & secundum hoc canon non corrigit legem, sed reducit ad terminos illius Authẽ, siue à me. Hæc solutio non videtur placere glo. & bene, quia in litera loquitur indistincte. Item contra hanc solutionem facit tex. in cap. 2. de pac. lib. 6. vbi tex. dicit, quod omnino debet ciusmodi iuramentum obseruari, ad idem cap. licet, eod. tit. lib. 6. vbi tex. loquitur indistincte, & tenet Archid. in d. cap. 2. Tertia solutia, quod aut lex prohibens habet perpetuam causam prohibitionis & inuariabilem, vt puta, quia prohibet ea, quæ in se turpia sunt, & iuramentorum nihil operatur, vt in contrarijs. Aut non habet perpetuam causam prohibitionis, & procedat iste text. Nam prohibitio huius alienationis non est perpetua, quia si mulier consentit iterum post biennium, etiam sine iuramento, tenet alienatio, vt dicta Auth. siue à me. Iuramentum

5 hoc igitur habet vim secundi consensus. † No. singulariter istã

a solutionem a in se, ex qua habes, quod vbi ad validitatem actus requiritur geminatus consensus, sufficit vnicus cum iuramento: tamen non satisfacit hæc solutio ad text. nostrum. procedit enim solum respectu donationis propter nuptias, & sic loquitur illa Authen. siue à me, non autem respectu fundi dotalis. Et quanquam glo. hic in fine adducat vnum simile in pacto legis commissoriæ, quod est in pignoribus reprobatum, tamen si in teruenit iuramentum, non auditur volens contrauenire, vt in cap. significante, de pign. attamen in veritate non est simile respectu istius vltimæ solutionis, sed potius contra, quia illa prohibitio habet causam perpetuam, phibitionis, & nihilominus iuramentum contrarium est seruandum. Sed potest dici simile respectu huius tex. generaliter intelligendo. Sicut enim hic valet iuramentum contra legem, ita & ibi, sed per hoc non soluitur formaliter contrarium, sed est multiplicare inconueniens. Dyn. in reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Archid. in c. quamuis, de pac. lib. 6. & multi alij dicunt, quod contraria procedunt, vbi iuramentum interponitur contra ius commune. Istud c. & c. quamuis, & Authen. sacramenta puberum, procedunt, vbi iuramentum interponitur contra ius singulare editũ fauore certarum personarum. Hæc solutio videtur multum colorata & exquisita, sed in contrarium facit cap. significante, de pig. vbi valet iuramentum contra ius commune: Nam pactũ legis commissoriæ, de quo ibi improbatur non fauore certę personę, sed generaliter improbatur quo ad omnes. Alij dicunt, q̃ aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico, & hæc solutio incidit in idem cum prima, sed non procedit per Auth. sacramẽta puberum. C. si aduer. vend. vbi valet iuramentum contra legẽ. Vnde formalius & clarius soluendo contrarium dico, q̃ quan

b que lex aliquid prohibet propter bonos mores b conseruãdos, & iusm in contrarium non valet, vt in reg. non est obligatoriũ, de reg. iu. lib. 6 Ratio, ga talis lex est fundata super æquitate naturali, quæ est indispensabilis, & incommutabilis maxime per istum iurantem, cum sit persona priuata, 5. dist. in prin. 7. dist. c. quæ contra mores. Et intelligo de bonis morib. naturalib. non autem de ciuilib. tantum, quia omnis lex est fundata super bonis moribus ciuilib. & æquitate ciuili. 1. dist. c. cum consuetudo, hæc autem æquitas ciuilis est variabilibis, in c. non debet, de cõsang. & affi. Nemo autem dubitat, quin lex, quæ reprobat pactũ legis commissoriæ in pignorib. sit fundata super bonis morib.

c ciuilib. & tamen iuramentum in ℨrium valet, c vt d. c. significãte. & in hoc casu potest procedere ℨrium. Quandoque lex fundatur super bono publico principaliter, & idem dicendum, q̃d supra, quia pactis & iuramentis priuatorum ius publicũ remitti non potest. Ratio naturalis, quis non põt ei renũciare, quod pro se non est introductum, in c. ad Apostolicam, de reg. & hoc casũ possunt intelligi iura in contrarium allegata, ad hoc l. ius publicum, ff. de pac. & c. contingit, de sent. exc. Quandoque lex est fundata non super bonis morib. naturalib. nec super publica vtilitate principaliter, sed in odium aliquorũ. & tunc cũ nulla turpitudo reperiatur in iurante, ita q̃ põt duntaxat cum dispendio reiũ temporaliũ iusm adimplere ℨ legem, obligat iurantem ad implementũ & iste est proprius casus c. significante, de pig. & facit c. debitores, supra eo. Sed non firmat ℨctum, secũdum Bar. & bene in l. si quis pro eo, de fideiuss. vbi taliter iurans habet omnia remedia competentia ei, qui iurat soluere vsurã. Potest enim a principio ante solutionem petere absolutionẽ a iuramento, vel inflare vt creditor compellatur relaxare iuramentum, vt plene dixi in c. 1. supra eo. vel post solutionem repetere. d. c. debitores, & hoc in odium ipsius creditoris, arg. c. si vero, supra eo. & hoc est de mente Barto. in d. l. si quis pro eo. Quandoque lex est fundata principaliter super fauore priuati, licet in consequentiam, & secundario sit fundata super publica vtilitate, vt in casu nostro, & casu cap. 3. de pact. lib. 6. & auth. sacramenta puberum, & iuramentum in contrarium obligat iurantem. Et est iste proprius casus capit. nostri, & iurium proxime allegatorum, nec hoc casu procedit contrarium. Ratio est hæc, quia cum lex non sit fundata super fauore publico, nec iuramentum cõtineat in se aliquam turpitudinem ex parte iurãtis, vel ex parte materiæ, super qua fuit præstitũ, non potest lex impedire, quominus quis se obliget Deo. Nam iuramentum principaliter dirigitur in Deũ, vt in d. c. debitores, & Deus præcepit, Redde Deo iuramenta tua, in cap. & si Christus, supra eo. Potest enim lex ad commodum subiectorum impedire obligationem quærendam homini, l. est lex ff. de fideiuss. sed non obligationem quærendam Deo, cum lex subijciatur Deo: ad hoc 24. quæstio. 3. cap. si habes. & 11. quæstio. 3. cap. Iulianus, & cap. si dominus, & c. qui resistit. Quinimo, etiam lex canonica non posset in fauorem priuatum impedire obligationem quærendam homini, l. est lex, ff. de fideiu. sed non obligationem quærẽ dam Deo. hoc probo per cap. ad Apostolicam, de reg. Non solum enim regula monachorum, sed etiam statutum Gregorij solemniter interdicit, vt ante annum probationis, quis non suscipiatur ad professionem, & hoc fauore ingredi volentis, & monasterij, vt d. capit. ad Apostolicam, & 19. quæstio. 3. cap. Monasteriis, & nihilominus, si antea fit professio, tenet, quia obligatio quæritur Deo, respectu autem Dei iste potuit renunciare fauori suo, non obstãte interdictione legis. Ad idem bo. text. in simili in c. qui post votum, de regu. lib. 6. Ad idem c. debitores, supra eod. Lex enim canonica & diuina interdicunt contractũ vsurarium, de vsur. capi. super eo. Adde, quod ex tali contractu nulla oritur obligatio, d. c. debitores, & tamen iuramentum de vsuris soluendis valet, ex quo ex parte iurantis nullum subest peccatum. d. c. debitores. Vnde lex humana, nec vult, nec potest

ADDITIONES.

a Istam solutionem. Vide do. Franc. Cur. in consi. 16. incip. super præmissa narratione, col. 20. & in consi. 44. incip. super contingentia, & in consi. 77. inci. dominus Ludouicus, col. 6.

b SEB. SAP. Propter bonos mores. Vide Alex. in consi. 157. col. pe. in 2. vol. vbi dicit, q̃ quando iuramentum effet contra bonos mores de iure naturali, vel induceret peccatum, non est obseruandum.

c Valet. Et idem, quod iuramentum validet contractum legis commissoriæ, tenet Imo. in repe. in 33. char. in 4. col. illius char. & in d. rep. in pe. col. ver. adde tamen vnam, &c. in ferendo. Io. And. in addi. Spec. in tit. de rest. ſpol. ver. quia videtur multum restringere, quæ hic dicuntur, sed ipse Imo. ibi non sequitur ipsum Io And. in addi.

test ex solo fauore priuato, vel odio, impedire obligationem quærendam Deo, ex quo nec ex persona iurantis, nec ex parte materiæ reperitur aliqua turpitudo contra bonos mores naturales, seu contra bonum publicum principaliter. Ex his habes clarum & verum intellectum huius c. & c. 2. & auth. sacramenta puberum, omnia enim veniunt contra ius singulare editum fauore hominum. Sed circa intellectum istorum iurium, dubitatur principaliter de duobus. Primo an indistincte valeat iuramentum contra legem humanam, fundatam principaliter super fauore priuato, seu odio. Secundo, an in casibus in quibus

6 valet, firmetur contractus per iuramentum. † Circa primum Bar. fuit in singulari opinione in d. l. si quis pro eo & auth. sacra

a menta puberum, & l. Seius & Augerius, a ff. ad l. Fal. dicens, q̃ aut lex b non dirigit verba sua ad personam, sed ad contractũ, vt quia prohibet alienationem fundi dotalis, seu rei donatæ p̃pter nuptias, seu rerum minoris, & iuramẽtum valet, & in hoc casu intelligit istum tex. & c. 2. & auth. sacramenta puberum, præalleg. Sed si lex præciperet personæ dicendo, quòd mulier non alienet, vel q̃ minor non vendat, seu q̃ aliquis non emat, iuramentum interpositum in contrarium nullius est momenti. Mouetur, quia sic iurans facit contra præceptum legis factæ ab habente potestatem, ergo peccat mortaliter, cum scriptum sit, Qui non obedierit Principi, morte moriatur, de maio. & obed. c. 2. Iuramẽtum autem super obseruatione peccati mortalis, est nullum, quia ita demum debet obseruari, si seruatum non vergit in dispendium salutis æternæ. Pro hoc adducit dictum Ioan. And. & Host. in c. licet. eo. titu. lib. 6. vbi glos. dicunt enim, quòd vbi mulier primo iurauit se non alienaturam fundum dotalem, si postea alienat, & iurat de non contraueniendo, non valet secunda alienatio. Et hoc dicit multum notandũ propter statuta diuersa, quæ sunt per mundum, vt semper inspiciatur, an statutum prohibeat personas contrahere, an contractum fieri rantum. Ego in hac materia feci solemnem disputationem, quæ incipit, stante statuto, & c. Et inter cętera attigi hãc differentiam Bar. quæ communiter non placet Canonistis. De ea enim nõ videtur eurasse Fed. de Sen. consi. 164. alias 272. Immo omni casu sentit, quòd agens contra legem, seu statutum, sit transgressor legis, & quòd iuramentum sit obligatorium, licet contrahens secum, quia peccat contrahendo cõtra legem, tenetur ad relaxationem iuramenti. Hoc tamen vltimum infra plenius discutiam. Hanc etiam differentiam Barto. impugnat hic Ioan. de Lign. & do Episcopus Vinc. quia, quanquam lex prohibeat simpliciter, tamen contrafaciens transgreditur legem, licet verba non dirigantur ad personam, d. l. non dubiũ. Nec est verum, secundum Ioan. de Lign. q̃ quilibet faciens cõtra legem, peccet mortaliter, etiam si lex sit prohibitiua, nisi sit causa perpetuæ prohibitionis, cum alias lex in casibus permittat, & sic non possit esse mortale, sed circa hoc plenius dico in

c. nam concupiscentiam, de consti. Domi. Anton. in effectu Barto. impugnat, concludens, quod si statutum, seu lex est fundata principaliter super fauore solius iurantis, iuramentum semper obligat, etiam si in consequentias remotas adsit prohibitioni fauor publicus, velut quod liberi procreentur, vel quod ciues diuites maneant, & non depauperentur, quia inquantum præceptum dirigitur ad personam fauore personæ, præceptum sa-

c pit naturam c consilij. ff. manda. l. 1. & l. cum pater, §. mando. ff. de leg. 2. & l. Titio, in prin. ff. de condi. & demonst. cum similibus Nam præcepta intelliguntur secundum materiæ subiectæ naturam. 11. q. 3. c. rogo. Idem voluit d. Pet. de Anchar. in sua solemni repetitione c. canonum. de constit. dicens hanc distinctionem Bar. esse verbalem: quia statutum annullando contractum, satis videtur prohibere contrahentibus, ne attentent cõtrahere. c. quia contra iura, de reg iur. lib. 6. Et verba collata in rem, concrenunt potius personas, quam res, de excess. præla. c. tanta, & nõ refert cum quo quis loquatur. l. cum pater. §. donationis, ff. de leg. 2. Vnde concludit iuramentum esse obligatorium, siue lex in prohibitione concernat p̃sonam, siue rẽ. Hãc opi. semper tenui, & ẽm eam decidi, licet d. Ang. de Perusio in quodã suo consilio q̃d incipit d. Catharina. fuerit secutus Bar. Moueor primo in istã istã, quia si res ,phibetur alienari, persona intelligitur prohibita, quia res se ipsam alienare nõ pt. Nõ enim dẽt inspici, cũ quo qs loquatur, sed in quẽ dispositionis effectus dirigitur, vt dicit tex. in l. cum pater. §. donationis, de leg. 2. Sicut enim vno prohibito vendere, alius tacite vẽ prohiberi emere pp naturam correlatiuorum: quia vnum nõ pt esse sine alio, vt l. 1. C. de cupressis ex luco. li. 1. no. Bar. in l. pe. C. de indi. vidui. tol. & l. si. de accepti. facit q̃d no. gl. C. ne fideiuss. do. den. l. 1. Ita re prohibita alienari, & personæ videntur prohibitæ, cũ sine eis non fiat alienatio. lex enim est imposita non verbis, sed rebus, de electio. c. commissa. li. 6. Idem in simili, si locus interdicitur, ne in eo celebretur, clerici videntur interdicti in eo loco celebrare, adeo, q̃ celebrans ibi, durante interdicto, incurrit irregularitatem, vt in c. is qui, de senten. excom. lib. 6. & dicuntur violare sententiam interdicti, vt in c. 2. de postula. præla. & despicere Petri claues, & ecclesiast. eam lædere potestatem, vt in c. fi. de excess. præla. Ex quibus patet, quod interdicta re inanimata, in terdictam dirigitur in effectu ad ipsos homines rem interdictam agitantes. Ad idẽ, illud c. 2. de maiori. & obed. quod allegat Bar. pro se. Nam ibi non fit differentia, an verba legis dirigãtur ad personam, an ad rem, sed simpliciter dicitur, Qui venerit contra decretum Episcopi, ab ecclesia eijciatur, & qui nõ obedierit Principi, morte moriatur. Non enim obseruat decretum Principis, qui alienat rem a Principe prohibitam alienari: immo committit contra legem & præceptum Principis, vt patet ex prædictis, & 12. q. 3. c. si Dominus, & c. Iulianus, & c. quire sistit. Et euidentius probo sic: lex dirigit præceptum ad rem, q̃ res minoris non alienetur sine iudicis decreto. C. de prædijs mino. sine decre. non alie. per totum. Tamen si minor alienet sine decreto, dicit lex, q̃ est factum ℨ legis prohibitionẽ, vt l. non solum, & l. si quidem, & l. si ad resoluendam, C. eo. tit. Hinc est, q̃ nulla oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis, vt no. Bar. in d. l. cum lex, ff. de fideiuss. Ergo sequitur, q̃ si minor. facit ℨ legem peccat mortaliter, & sic non teneretur ad obseruantiam iuramenti, quod est falsum, vt in præalleg. auth. sacramenta puberum. Ad idem c. 2. de pact. li. 6. vbi dicitur, q̃ lex ciuilis improbat pactum factum a filia, vt dote contenta, nullum regressum habeat ad bona paterna, vt habetur in l. pactum, C. de colla & de pac. l. pactum. Ergo filia paciscens, venit contra ius ciuile, cũ veniat contra vetitum per superiorem, & secundum opi. Bart. peccaret mortaliter, & non deberet compelli ad obseruãtiam iuramẽti: quod est falsum, vt in d. c. 2. Ad idem facit optime & clarissime tex. in l. qui contra senatusconsultum, ff. de fideiuss. vbi dicitur, q̃ mutuans filiofamilias, facit contra senatusconsul. & tũ verba senatusconsulti Macedoniani non diriguntur præceptiue, vel prohibitiue ad personam, sed tãtum dicitur, q̃ il li non detur actio. l. 1. ff. ad Macedo. ergo aperte patet, q̃ ex quo simpliciter aliquid prohibetur, ne fiat, satis videtur prohibita persona ne faciat, & si facit, dicitur facere cõtra legem: q̃ si creditor prohibetur mutuare, ergo filiusfamilias prohibetur accipere: quia dispositũ in vno ex correlatiuis extenditur ad aliud, vt supra dixi. & tamen si minor accipit & iurat reddere, obligatur ex suo iuramento, vt ipsemet Bart. vult in d. l. si quis pro eo, & l. Seius & Augerius, ad leg Fal. Ex quibus videtur cõcludendũ, q̃ istud capitulum procedat indistincte, vt ex quo lex aliquid prohibet principaliter fauore personę iurantis, licet in ꝑse quentiam & secundario in fauorem publicum, iuramentũ in contrarium præstitum est obseruãdum, vt hic, & in d. c. 2. & authen.

ADDITIONES.

a Augerius. Et Bar. hic in l. 1. per glo. ibi C. ne fi. do. den. & ita consuluit in consi. incip. quæro, quid si statutum, & c. cum Bar. tenet Ange. in d. l. si quis pro eo, in princi. & consi. 194. inci Domina Catharina, quod alleg. iste infra eo. proxi. vbi fortius concludit, quod quando statutum prohibet personam minoris, vel mulieris contrahere, etiam si iurauerit, non potest minor iurans compelli ad obseruantiam iuramenti, nedum in foro ciuili, sed nec etiam in canonico, propter peccatum, quod ex iuramẽto resultat, & credo quod hoc fuerit satis de mente Bar. Et dicit Do. Ant. & Alexan. in authen. sacramẽta, quod ista est communis opin. & Legistarum & Canonistarum, & alleg. plures Docto. ita tenere, maxime Ange. in l. Seius, ff. ad leg. Falci. & Bald. in plerisq; locis, qui nihil penitus tãgunt, nec est verum, quod apud Legistas aut Canonistas sit communis & vera opi. Et istam distinctionem Bar. sequitur Per. de Ancha. in c. licet mulieres, in 5. col. de iureiur. in 6. & vide hic late per Ioan. de Imo. in 14. char. in vlti. colum illius char. ver. circa tertium, quod difficilius, cum duabus seq. Et adde hic, quod no. Inno. in clemen. 1. in 8. col. ver. quæro tertio.

b SEB. SAP. Aut lex. Idem dicit Bar. in consi. incip. quæro, dicit statutum, & Ange. in consi. 153. incip. Dom. Catharina, sed in contrarium est communis opi. vt per Moder. in d. authen. sacramenta puberum, vide Paul. de Cast. in l. legis virtus, ff. de legi. & in l. is cui bonis, ff. de verbo. obliga. vide etiam aliquid per Feli. in capitu. 2. colum. 2. supra de maior. & obedien. vbi dicit, quod tale statutum non potest inducere peccatum mortale, prout præsupponit Bar. & sequaces.

c Naturam Idem dicit in simili D. Alexan. & Imo. in l. is cui bonis, ff. de verbo. obliga. & ad hoc optime facit quod no. Bar. in l. 1. in 3. colum. versicu. item oppo. voluntas, C. de pact. & in terminis dixit Paul. de Cast. in l. si constante, §. quoties, in 3. col. ff. fol. matrimo. & vide Imo. hic in repetit. in 15. char. in 2. col. illius char. Et per hoc clare tollitur fundamentum Bart. in locis supra alleg. quod quando lex, vel statutum præcipit aliquid, quod contrafaciens peccat mortaliter, istud est verum, quando præcipit aliquid, quod respicit vtilitatem publicam, sed quando statutum præcipit aliquid, quod principaliter respicit priuatam vtilitatem, hoc casu censetur potius consilium, quã præceptum, tunc contraueniens non dicitur peccare, immo tenetur iuramentum seruare. Ita respondent hic cano. & Bal. in l. si §. filijs autem. C. de bon. quæ liber. Paul. de Cast. & Moder. in d. l. si quis pro eo, & contra Barto. etiam tenet Do. Alex. in consi. 126. visis & ponderatis statutis, in 10. colum. vbi dicit, quod opi. Bar. hic est communiter damnata. Idem tenet late & plenius, q̃ alibi in consi. 27. inci. viso libello producto per procuratoré Petri de Nola, & sit in antedi. col. & duabus seq. vbi contra Bar. adducit decem principalia fundamenta, quæ tamen si recte considerentur, reducuntur ad vnũ vel duo. Et istam phantasiam Bar. qui semper dissonxit, an lex loquatur in rem, vel in personam, reprobat communiter cano. hic secundum Bart. de Bel. hic in addi & reprobat Bal. in l. iurisgẽtium. §. & generaliter, ff. de pac. & in rubr. ff. de iureiu. Salic. Fulg. in d. auth. sacramenta.

Universidad de Deusto
Biblio

then. sacramenta puberum & ita supra summaui. Et posset attẽ tari, ꝙ si iste, de cuius fauore principaliter agitur, iurauerit con trarium, non peccat, & si in aliquo peccat iurando, non peccat obseruando, immo peccaret in ℑueniẽdo. Primũ ꝙ non peccauerit iurando probatur, quia cum lex prohibuerit primũ prin cipaliter in fauorem personæ & eius commodum, non intendit ipsam personam illaqueare ex transgressione ad peccatum, sed potius ipsam priuilegiare, ne quod statutum est in fauorem & cõseruationem rerum temporalium, tendat in damnum & interitum vitæ æternę, contra l. quod fauore, C. de legi. & regu. quod ob gratiam, de regu. iur. lib. 6. Cuique enim licet renun ciare priuilegio suo. C. de pact. l. si quis in conscribendo. & d. c. ad appstolicam. nec ex hoc dicitur in effectu contemnere Prin cipem priuilegiantem, vel consulentem. 3. distin. cap. denique. §. hæc & si legibus. ad hoc text. optimus, in l. 1. §. inde quæritur, ff. de no. oper. nuncia. vbi dicitur, quod si post nouum opus nũciatum, conueniat quis cum aduersario, vt opus fiat, valet conuentio. Nec periculum est, ne pactio priuatorum iussui prætoris antepositа videatur. Quid enim aliud agebat prætor, quam hoc, vt controuersias eorum dirimeret: a quib. si sponte recesserunt, debet prætor hoc ratum habere. Ex quibus satis luculen ter probatur, quod veniens contra ius suum, seu præceptum, fa ctum fauore sui, non peccat. Hoc idem clarius vꝫ probari in d. cap. ad Apostolicam, inducendo, vt supra patet, quod verba di rigebantur ad personam: tamen si contra fit, tenet, quia viden tur renũciasse eorum fauori. Item pone, quod in hoc reperitur aliquod peccatum, non tamen debet permitti, vt veniat iste cõ tra proprium iuramentum, ex quo in eius obseruantią peccatũ aliter non nutritur, ne iterum peccet contraueniendo, vt aper te probatur in cap. & si Christus, supra eod. & c. monet. 22. q. 1. vbi patet, quod præceptum est diuinum, & relatum ad perso nam, ne quis iuret per creaturam, & tamen dicitur, quod si iu ratur, licet iurans peccauerit, nihilominus tenetur ad obseruã tiam iuramenti, ex quo potest obseruari sine peccato. Idem vi detur in alijs iuramentis temerarijs non habentibus comitem discretionis: obligant enim iurantem, ex quo possunt obseruari sine peccato, licet temere iurans peccauerit iurando, vt pro batur in d. c. & si Christus. iuncto c. innocens. §. illicitum. 22. q.
7 4. † Ex quibus potest dari hæc theorica, quod quantumcunque
a iuramentum sit temerarium, seu illicitum, a ex quo tamen nõ est contra bonos mores naturales, nec in eius obseruantia im minet peccatum, semper est obseruandum, vt probatur in iuri bus supra allegatis. Iuramentum enim debet habere tres com tes, scilicet vt omnino sit licitum: non autem, vt sine eis nõ ob liget iurantem, vt plene dixi supra eod. c. & si Christus. & hæc
8 sufficiant quo ad primam quæstionem. † Venio ad secundam, scilicet, an contractus talis firmetur iuramento, an solum obli getur ex suo, iuramento, non ex contractu? & est subtilissimus punctus, & etiam magni effectus, secundum Bart. in d. l. si quis pro eo, & Cald. inter vtrunque casum. Nam si contractus firma tur iuramento, non licet amplius contrauenire per se, vel suc cessorem: secus autem si non firmatur. Nam hoc casu statim, cum obseruaui, ergo possum repetere, cum sine causa incipiat esse apud creditorem. Item possum a principio petere absolu tionem a iuramento, vt in c. debitores, supra eo. Item hæres iu rantis potest contrauenire, cum iuramentum sit personale, &
b non transeat in hæredem, b seu alium successorem, supra eod. c. veritatis. Bar. tenet ꝙ hoc casu, f. cum lex prohibet principaliter fauore personæ, seu fauore reipublicæ secundario, iuramẽtum firmet contractum; quia iurando licet alienare, vt hic, & d. authen. sacramenta. in gl. super verbo, custodiantur. Dom. Ant. te net contractum non firmari iuramento, nisi vbi lex canonica, vel ciuilis hoc exprimit, quia potuit lex ex causa prohibere con tractum, & sic impedire obligationem naturalem & ciuilẽ: lex autem canonica secundum eum, nihil dicit de cõtractu, sed di cit iuramentum inuiolabiliter obseruandum propter peccatũ; vnde nihil cogitat, vt contractus validetur. Non obstant absur ditates, quæ possent sequi secunddm illam differentiam Bar. & Cald. de qua supra, quia secũdum eum, ex quo nulla agitur tur pitudo ex parte tenentis, non habet locum cap. debitores. Nec ob. si dicatur, ꝙ adest turpitudo, ex quo contrahitur contra le gem, quia ex hoc nihil peccat in Deum, licet temere agat, & suf ficiat, si adest pœna nullitatis contractus. Item recipiens iurm, non peccat quo ad legem Dei, quæ permittit, illum fauori tem porali propter votum renunciare. Nec obst. ꝙ postquam iura mentum est impletum, teneat sine causa, ga cãm habet a iuran te respectu secundariæ obligationis ex iuramento, quæ ad Deũ dirigit, vnde habet ius tenendi. Nec obstat, ꝙ non transeat iura mentũ ad hæredes, ga licet personaliter non obligent ad petiu rium, seruare tamen tenent, ne lędant animam defuncti, de se pul. c. si. de rap. c. in literis, Non ob. ꝙ cessionarius poterit con trauenire, quia nõ poterit, habens cãm lucratiuam, vel vbi ces sio fiat cum fraude. Vbi vero habeat onerosam, & non appareat fraus, dicit, ꝙ licet contractus non validetur iuramento, iurgit tamen obligatio, quæ prætendit vinculum in partem super obseruantia ℑctus, qui produceret obligationem similem, & illius naturæ, cuius contractus est & obligatio. & proficit omnibus, q bus obstaret & proficeret contractus, & sic firmiter & inuiola biliter obseruabitur iuramentum. Vult ergo in effectu. ꝙ ℑctus non firmetur iuramento, tamen iuramentũ habet illũ effectũ in retentione rei, quem produceret contractus, vnde putat ad uersus infrm, nisi alia arguatur deceptio, ꝙ non dabitur reme dium. D. Car. dicit tutius tenendũ, vt hoc casu cõtractus firme tur iuramento, & sic vitabunt prædictæ difficultates, tamen te nendo, ꝙ non firmetur, tene, ꝙ hæres non poterit contrauenire, & multo fortius nec ille, qui iurauit, licet semel adimpleuerit Fed. consi. 272. tenet ꝙ firmetur iuramento in casu huius c. & in c. 2. de pac. lib. 6. & auth. sacramenta puberũ. Et sic, ꝙ hæredes non poterunt contrauenire, quia licet iuramentum nõ ex tendatur ad hæredes, vt eos obliget ad periurium, tamen cõtra ctus extenditur, cum sit validatus iuramento, ad hoc tex. cũ gl. in d. auth. sacramenta, alias secundum eũ prohiberet lex, & de ciperet ℑhentem cum interpositione iuramenti. Item Arch. in d. c. 2. & Cald. hic dicens, ꝙ sicut iurans non potest contrauenire, ita nec eius hæres, quia ius, quod quis non habet, non põt in alium transferre, vt in reg. nemo põt, de reg. iu. lib. 6. Et conclu dit, ꝙ in casu huius c. & similib. in quibus solo iure ciuili cõtra ctus improbatur, hæres, vel successor non potest contrauenire. Adducit d. cap. 2. Item quia hoc iuramentum nullam continet turpitudinem, & est præstitum de eo, quod spectat ad iurantẽ, ergo debet actum validare, facit supra eo. c. si vero, & l. cum qs decedens. §. codicillis, ff. de leg. 3. & infra de insti. c. cũ veniſſent, per quæ iura probatur, ꝙ vbi quis renunciat iuri suo, licet ex cã possit cõtrauenire, tamen si iuramentũ interceſſit, quod factũ est, amplius rescindi non potest. Concludit ergo iurm validare contractum, & ita refert Io. Mo. Arch. & Io. And. in d. c. 2. & sic hæc opi. ꝙ in casu huius c. & similibus, contractus validetur iu ramento, est cõis, & eam semper secutus sum, & videt de hoc casus in d. c. 2. vbi expresse dr illud pactum iuramento firmari: vnde sicut in casu illius c. firmatur, pari ratione & in casu huius c. & in auth. sacramenta puberum, cum eadem sit vtrobique ra tio, arg. c. cum dilecta, de confir. vti. vel inuti. Item facit ratio D. Anto. quam retuli in prꝫced. q. scilicet, ꝙ cum lex principaliter concernit fauorem iurantis, videtur potius consultoria, quam præceptoria, & obligatoria. Vnde cum lex hoc casu nõ resistat nec resistere possit iuramento, vt dixi in prædenti q. videtur superueniente iuramento, tollere prohibitionem suam, vt ex presse colligitur ex verbis illius authen. vbi mandat iuramen ta inuiolabiliter obseruari, quod non faceret, si staret in prohi bitione sua, arg. in d. l. si quis pro eo, & quod ibi no. Barto. & sic conualidatur contractus, cum non reperiat resistentiam. Insu per adduco aliam rationem fere concludentem, si iuramen tum non firmaret contractum in casu authen. sacramenta pu berum, & similium, Imperator non mandaret iuramẽtum ser uari, quia iuramentum extraiudiciale non inducit obligatio
c nem c de iure ciuili, secundum opin. Legistarum, per l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. vbi per Bart. Loquitur ergo authen. sacra
menta

ADDITIONES.

a ZACH. Seu illicitum. Adde quid si fit contra legem, uide gl. Cy. & Doct. in l. non dubium, q. 16. C. de leg. Dy. in reg. non est obligatorium, lib. 6. & quot modis dicatur illicitum, no. Arch. in 22. q. 4. in fum. & quando licitum, not. Inno. in c. venerabilem, supra de elect.
Illicitum. Vide Alex. in consi. 59. in 2. vol. & in consi. 54. col. 5. ver. Item sta tutum, in 3. vol.

b SEB. SAP. Hęres iurantis. An hæres iurantis possit contrauenire, quãdo sta tutum infringit contractum in fauorem iurantis, vide Alex. in consil. 59. in 1. vol. col. 3. ubi dicit, ꝙ hæres tenetur obseruare, quia in spiritualib. ius na turale positiuo præfertur. Et idem voluit Alex. in consi. 59. in 4. vol.

c Et vide per Bar. & Moder. in authen. sacramenta. C. si aduer. vendi. & Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, de pa. iura. fir. in vlt. colum. vbi assignat rationem diuersitatis, & Vltramon. in l. 1. C. de oper. lib. Et de hoc vide quæ plene no. supra in prin. huius Decret. & de hoc vide per Bal. in authen. sacramenta pu berum, in 4. colum. & Bart. in l. omnes populi, ff. de iustitia & iure. Et adde hic Dom. Anto. in cap. si quis venerit, in princi. de iniorijs. & obedien. vbi dicit illum rex. indaci per Barto. ad q. quod si statutum annullat contractũ facti a muliere vel minore sine certa solemnitate, non valebit cõtractus absque illa solemnitate, etiam si interueniat iuramentum. Et de quæstio. hic posita, uide Ange. in consi. 155. 2. lib. ubi ponit quædam alia circa iuramen tum, & ni. le latis. ne per istum in disputat. sui incipien. stante statuto com muniter in Italia, ui. le Bald. in repetit. l. 2. ff. de iureiuran. ubi in hoc passu se quitur dictum Bart. in d. l. omnes. & uide de hoc per Bal. in cap. 1. §. item sa cramenta, de pace iura. fir. & in consi. huo. 21. & in §. si vero, in fi. Institu. de cura. furi. in vlt. colum. & in cap. & si Christus, in fi. 6. colum. supra eod. tit. vbi dicit, quod si statutum ciuitatis dicat, quod nulla mulier contrahat sine consensu duorum propinquorum, non valebit contractus mulieris sine propinquis, etiam si interpositum sit iuramentum. Item de quæstione hic posita per Dom. Anto. inde Bald. in capit. ad nostram, il 2. supra eod. in vlti. colum. uerte. quæro nunquid statutum, & Per. de Anchar. in repetit. regu. ea quæ, in 5. quæstio. princ. ad fi. & plenissime per Imo. hic in repet. 17. char. cum duabus leg. & in eadem repet. in 23. char. in 2. & 3. colum. illius char. cum quatuor alijs leg.

menta puberum, de iuramento confirmatorio. Placet tamen mihi opin. D. Ant. ꝙ præsupposito, ꝙ ℑctus non firmaretur, ta men hæres, vel successor singularis non poterit contrauenire, & multo fortius nec ipse iurans post adimplementum, per d. c. 2. vbi dicitur omnino esse seruandum dictum iuramẽtũ: vnde per illam dictionem, Omnino, voluit excludere omnem con trauentionem, vt sentit ibi Archid. ad idem tex. in d. authen. sa cramenta puberum, in fin. dum dicit, Inuiolabiliter. Item facit issud cap. & c. licet infra eo. tit. lib. 6. vbi nulla fit mentio de dece ptione alicuius, sicut fit in casu c. debitores, sup. eo. Secus tamẽ puto, vbi lex inhibet contractum odio creditoris, vt in ca. debi tores, & in c. significante, de pign. vt dixi plenius supra, quia in odium ipsius habo cap. debitores, & c. 1. supra eo. tit. licet Fed. in d. consi. 272. sentiat idem, quod in casu huius cap. sed minus
9 bene, per ea, quæ supra dixi. † Sed ultra prædicta aduerte ad il lam difficultatem, quæ oritur, an contractus firmetur iuramẽ to, vel ne. Dicit enim Ang. de Peru. in d. consi. ꝙ vbi actus iura mento firmatur, licet quis absoluatur a iuramento, non propte rea potest venire contra actum, quia actus est validus de se pro pter iuramenti interpositionem, & absolutio hoc solum opera tur, vt contraueniens non incidat in periurium, non autem an nullat contractum, vnde nullus diceret, secundum eum, ꝙ mi nor, qui iurat super contractu, aut minor, qui iurat, & fuit dece ptus vltra dimidiam iusti pretij, si absoluitur a iuramento per superiorem, possit propterea venire contra actum, quia con tractus est aliquis & irreuocabilis, vbi vero actus non firmatur iuramento, sed solum iurans adstringitur ad non veniendum contra iuramentum, immediate cum est absolutus, obtinet. Non enim obstat iuramentum, quia est absolutus a superiore, non actus, quia nullus, vnde qui iurat soluturum vsuras, aut nõ venire contra actum pignoratitium factum in forma venditio nis, immediate, cum est absolutus, prosequi potest ius suum, ga tale iuramentum non firmat promissionem, sed solum obli gat eum ad non contraueniendum, quod est no. dictum, & mẽ ti commendandum perpetuo. Sed Ioan. Calder. & Paul. in quo dam consi. videntur sentire contrarium in eo, quod dicunt, ꝙ petens absolutionem a iuramento confirmante contractũ, de bet facere citari partem, quia tractatur de eius præiudicio, cum sublato iuramento, sequatur rescissio cõtractus. Sed mihi plus placet hoc dictum Ang. quia, vt sup. dixi, per interpositionem iuramenti, lex tollit prohibitionem, & sic contractus remanet validus sine alia prohibitione. Non ergo debet rescindi per ab solutionem iuramenti, quia contractus assumpsit vires ex con sensu partium iuramento vallato, vnde non cessat nunc ex to to causa confirmans, arg. C. quãdo li. ab emp. disce. per totum, & l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. & in c. 1. eo. titu. & hoc te neas. Vnde merito dicit text. in d. authen. inuiolabiliter, &c. & in d. c. 2. omnino seruandum, & c. quasi de cætero debeat vale re, vt contractus. In contrarium tamen faciunt multa, quæ se quuntur. Item secundum opin. Angel. inutilis esset semper hęc solutio, si contractus postmodum foret irreuocabilis, contra cap. si vero, sup. eo. vbi bonus text. Vnde potest distingui, ꝙ aut contractus sustinebatur solo iuramento, & tunc eo sublato, dũ modo legitime, tollitur contractus, quia tollitur illud vinculũ, quo solo sustinebatur, arg. opti. l. Stichum, §. naturalis, ff. de so lu. & c. cum cessante, infra de appel. Aut sustinebatur etiã alio iure, & tunc sublato iuramento, datur facultas interpellandi aliud remedium prius competens ad rescissionem contractus. Exemplum, quando quis in contractu fuit deceptus vltra dimi diam iusti pretij, quo casu contractus non est ipso iure nullus, sed sublato iuramento potest agi condictione l. secunda. C. de rescind. vendi. cap. pen. & cap. cum dilecti, de emptio. & ven di. vel quando in contractu inito per metum interuenit iura mentum, & sic potest intelligi cap. si vero, prællega. hoc de 2.
10 quæstio. † Nunc ad prædicta applico duo dubia quotidiana & multum no. quæ disputaui, & continentur in prælleg. dispu. & veniunt ad limitationem prædictorum. Hic enim patet & in iuribus prælleg. valere iuramentum contra legem ciuilem emanantem principaliter in fauorem priuatum. Pone enim, quod lex seu statutũ irritet etiam iuramentum, vel, forma non seruata, disponit quod contractus habeatur pro ficto & simu lato. Ecce in terminis statutum disponit non valere contra ctum minoris, vel mulieris sine cõsensu duorum agnatorum, etiam si interponatur iuramentum; vel dicit, quod talis con tractus habeatur pro ficto & simulato: nunquid iuramentum, forma statuti non seruata, præstitum obliget iurantem? Et ad hos duos articulos multa adduxi pro & contra in dicta dispu tatione, quæ causa breuitatis omittam, & solummodo veniam ad decisionem. Et primo præmittam opiniones principalio res, quas in materia reperio. Et primo sciendum, quod Iacob. de Beluis tam in filiosamilias, quam in minore prohibito con trahere sine certa solemnitate, disputat vnam quæstionẽ, quid iuris, si contraxit cum iuramento non seruata solemnitate sta tuti? Et concludit in filiosamilias, ꝙ iura[illegible]ẽtum dicto casu nõ dat robur contractui, tum quia est accessorium ad contractum nullum, ergo nihil valet dicta l. nõ dubium, C. de leg. tum quia contra bonos mores. Nam talis contractus præbet causam de linquendi, & parentes depredandi. l. 1. ff. ad Maced. & regu. non est obligatorium, præalle. De minore dicit idem de iure ciuili: sed de iure canonico dicit eum obligari, per istum text. & d. c. 2. & incipit quæstio: Lege Perusina cauetur, quam etiam recitat Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de sent. prola. §. vt autem. ver. sed pone, & similiter transit Fede. de Sen. consil. 272. tangit pri mum articluum, s. quando lex irritat contractum, & annullat iuramentum, & loquitur in filiosamilias, & concludit iuramẽ tum valere, quia obligat in casu fortiori, vt in authen. sacramẽ ta puberum, & hic, & in c. significante, de pign. & dicto c. 2. de pact. lib. 6. Nec obst. quod statutum non annullet iuramentum, quia hoc non potest facere, cum nõ pertineat ad forum suum, sed ecclesiæ, vt in c. venerabilem, de elect. Bart. in l. omnes po puli, ff. de iusti. & iu. in 8. seu 9. col. dicit, quod aut statutum sim pliciter annullat iuramentum non seruata solemnitate, & non valet. Aut disponit, ꝙ contractu aliter celebrato, præsumatur dolus, seu quod minores dolo præsumantur inducti, & valet. Mouetur, quia statutum præsumere potest dolum, sed iuramẽ tum dolo extortum non valet, vt hic, cum simi. Do. Bal. tangit in d. authen. sacramenta, & dicit, ꝙ etiam si statuta non fingãt dolum & simulationem, tamen si habent rationem, & æquita tem, puta, quia malitia illius loci erat multum prompta ad de cipiendum minores, talia statuta annullantia iuramentum va lent, nec iuramentum est obligatorium. Nam cum habeant æquitatem & rationem naturalem, non possunt dici iuri con traria. Fatetur tamen bonam esse cautelam, quæ in multis lo eis seruatur, vt contractus contra statuta gesti præsumantur do lo, seu metu extorti. Sed idem Bald. in l. non dubium, C. de ll. vi detur aliam theoricã tradere. Dicit enim de iure canonico esse dicendum, ꝙ interdum iuramentum tollit causam prohibitio nis iuris fictione, & tunc seruandum est iuramẽtum. V. gratia, si causa prohibitionis est minor ætas, iuramentum figat ma iorem, & ideo tenet contractus: secus si non tollit causam pro hibitionis. Exemplum, statutum prohibet minorem contrahe
a re, quia fingit dolum: certe, secundum eum, iuramentum a nõ tollit causam doli præsumpti. & ideo nihil operatur iuramen tum, arg. l. si quis inquilinos, ff. de leg. 1. Tantum ergo iuramen tum operatur in causato, quantum operari potest in causa, nõ plus. Nec obst. secundum eum, c. 2. de pact. lib. 6. & c. licet, infra eo. titu. & li. & istud c. quia in istis causa prohibitionis erat de iustitia positiua & mutabili & non de immutabili, & ideo in istis potest iuramentum operari. Illa autem iustiria est mutabi lis, cuius transgressio non inducit peccatum de iure diuino. Il la vero est iustitia immutabilis, cuius trãsgressio inducit pecca tum, quia ius diuinum est immutabile, & in hoc fundatur, se cundum eum, regula non est obligatorium, lib. 6. Hæc sunt ve ra, secundum eum, quando agitur de efficacia iuramenti respe ctu iurantis, sed quando prohibitio concernit alium, quam iu rantem, iuramentum vnius, alteri obesse non potest, vt not. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. filijs autem. Et ex prædictis breuiter con cludit, ꝙ aut iuratur contra ius iurantis, aut contra ius tertij. Pri mo casu aut ratio prohibitionis fundatur super æquitate natu rali, & non valet iuramentum, aut fundatur super quadã æqui tate positiua, & tunc valet iuramentum. Tertio casu non valet iuramentum, quæ omnia dicit bene no. Ad c. debitores, respõ. ꝙ iuramentum super vsuris est prohibitum in altero extremo, scilicet in recipiente, sed non est prohibitum in promittente, & ideo promittens debet obseruare iuramentum non in fauo rem hominis, sed respectu diuini nominis, quia Deo iuratur, potest peti tamen absolutio, vt ibi, & in c. 1. supra eod. titu. hæc Bal. & de hac materia aliquid per eundem in l. fi. C. de non nu pecu. & in l. pactum, quod dotali, C. de colla. & in l. Seius & Au gerius, ff. ad leg. Falcid. Do. Ant. hic tenet iuramentum in casu nostro valere, licèt statuta annullent iuramenta, vel prohibeãt, quia prohibere iuramentum non spectat ad iudices seculares, nec ad legem ciuilem, vt no. Hostien. in c. quemadmodum, su pra eod. vbi dixi, & Fede. vbi supra idem dicit, si annullarent in strumenta, vel fraudem præsumerent, alia non apparente cau sa præsumendi, vel si imponerent pœnam venientibus contra contractum, quia omnia talia contingi possent ad excludendã iuramentalem obligationem via indirecta, vbi directa fieri nõ potest, contra regu. cum quid, lib. 6. d. c. quanto, de priui. Nec obst. secundum eum, quod dicitur de voto, l. 2. ff. de polli. vbi
ius

ADDITIO.

a Iuramentum. Vide tamen, quod immo iuramentum faciat cessare præsum ptionem doli præsumpti, quia per iuramentum præsumitur deliberata vo luntas, & omnia præsumuntur facta ex certa scientia, ut per Alex. in rub. ff de uerb. obli. circa fi. & in consi. 233. incipiẽs super quæsitis, col. 2. in 5. volu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius ciuile diſponit ſuper voto, quia non valent leges illę, inquãtum infringunt votum, ad hoc quod not. glo. in capit. mulier 32.q.2.& hoc eſt dictum Feder. in d. conſi. 272. Sed ego intelligo ſecundum no. per Innocen. in c. ſcripturæ. de vo. non enim
11 derogatur ex toto illis legibus, vt ibi ſentit Innocen. † Et per hoc patet, q̃ alio extrinſecus non apparente, iuramentum obliget prodigum, dum tamen ſit conſenſus capax, licèt aliud voluerit Feder. conſil. 32. & Bart. 2 in l. is cui. ff. de verbo. obligat.
a Ad hoc, quia in acquirẽdo æquiparatur pupillo pubertati proximo, vt no. in d. l. is cui. & ex delicto obligatur, vt ibi not. ergo ex iuramento, de deli. pue. c. 1. & 2. Nec ſecundum eum ob. q̃ interdicta ſit ei adminiſtratio: quia per hoc non eſt ei interdictum iuramentum, nec interdicti potuit. Nec obſt. quòd lex æquiparet eum furioſo: quia non attenditur in hoc æquiparatio legis, & quia totum hoc ſit fauore ſuo. Nec obſt. q̃ legis reſiſtẽtia impediat naturalem obligationem, ff. de fideiuſ. l. cum lex, & l. ſi non ſortem, §. 1. ff. de condi. indeb. ergo pari ratione iuramentum. 22. q. 5. c. iuramenti, quia illud verum, quando illi, q̃ hibitioni conſonat ius diuinum, vt in vſuris. Item licèt poſſint infringere naturalem obligationem, inquantum obligat partẽ & etiam iuramentalem quoad ſecundariam obligationem, q̃ dirigitur in partem, non tamen infringit, nec infringere poteſt obligationem iuramenti, inquantum principaliter dirigitur in Deum, nec in hoc tunc ſunt paria ſimplex loquela & iuramentum, quia iuramentum principaliter dirigitur in Deum, loquela in partem. Videtur ergo in effectu concludere D. Ant. quoad vtrunque articulum, q̃ iuramentum obliget, & ſit obſeruãdum, niſi quando lex ſeu ſtatutum præſumit dolum, ſeu fictionem, & habuit legitimã cauſam hoc præſumendi: ſecus ſi hoc fecit mero fauore minoris. Do. Card. refert hic ſe conſuluiſſe ſtatutum valere, & impedire iuramentum, cum præſumit dolum, ſeu aliam iuſtam cauſam, & quia tunc contrahentes ſatis videntur in dolo eſſe. He ſunt principaliores opiniones, quas in materia reperiri potuit, & vt habeas rem clariorem, ſubijciam per bimembrem diſtinctionem, quod mihi in hac materia vr. Et dico ſic, aut ſtatutum ſine alia præſumptione fraudis prohibet obligationem, ſeu alium actum, etiam annullando iuramẽtum, niſi certa ſolemnitate ſeruata, aut præſumit fraudem, deceptionem, dolum, metum, vel quid ſimile. Primo caſu dico iuramentum obſeruandum, ex quo principaliter fauore ipſius iurantis emanat ſtatutum, vt probatur hic, & in c. 2. & capit. licet, & in auth. ſacramenta puberum, præall. Nec facio vim, an ſtatutum dirigat verba prohibitiua in perſonam, aut ad rem, vt ſupra plenißime dixi. Hæc pars ſatis ſupra probata eſt in intellectu huius capit. Nunc reſtat reſpondere ad iuramentum impugnatum per ſtatutum. Dico enim vt ſ. dixi, ſatis dictum eſt, ſtatutum non poſſe impedire ex mero fauore alicuius, obligationem iuramentalem, quę acquiritur Deo, quia inferior nõ poteſt imponere legem ſuperiori, in clemen. ne Romani, de elec. & ſupra latius dixi. Item facit dictum Innoc. in capit. 2. de
b reg. vbi dicit, q̃ in iſtis ſpiritualibus b ius naturale præfertur poſitiuo. vnde concludit, q̃ quoad offerendum filium monaſterio non eſt differentia inter patrem & matrem, facit c. ſi annũ, de iud. lib 6. Vnde, cum contractus minoris vel mulieris, habeat ſuum eſſe ſecundum naturalem æquitatem, & ſecundum ius gentium, & interuenit iuramentum, non eſt eurandum de omiſſione ſolemnitatis iuris ciuilis, vt probatur in l. j. eodem titu. & in dicta auth. ſacramenta puberum, & ad idem facit quod le. & no. in l. 2. C. de ſacroſanct. eccl. vbi concluditur, quòd in concernentibus animam, attendimus ſolum ſolemnitatem iuris gentium, & non iuris ciuilis, & not. in capit. relatum, de teſtibus. Nec potuit ius ciuile, ſeu ſtatutum, reprobare iuramentum, etiam ſi minores erant ſoliti in tali loco decipi, quicquid dicat Bald. in dicta authen. ſacramenta: quia hoc non ſpectat ad legem ciuilem, ſed ad Papam, vt in capitu. venerabilem, de elec. ad idem 96. diſtin. capit. ſi Imperator. vbi expreſſe dicitur quòd in iſtis ſpiritualibus etiam Imperator debet habere re-
12 curſum ad Eccleſiam. † facit quod ponit Feder. conſi. 96. vbi dicit non valere ſtatutum laicorum, quòd ex aliquo facto, ſiue geſto, præſumatur contractus vſurarius, puta ſi apparet ſolutio de minore quantitate, quam contineatur in inſtrumento, intelligatur contractus vſurarius, & habeatur pro plena probatione. Mouebatur, quia cognitio, vtrum debeat cenſeri contractus vſurarius, neceſſario tangit ſpiritualitatem, ideo non poſſint laici ſuper hoc conſtituere, capit. fina. de rebus eccle. non alienan. & capitu. eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitutio. & capit. tuam, de ord. cog. & capit. lator, qui filij ſint legit. facit etiam quod not. Ioan. And. in cap. ſtatutum, de hære. lib. 6. vbi concludit conſimile ſtatutum non valere, etiam reſpectu pœnæ, vt ſi apponatur pœna contrahenti matrimonium ſine conſenſu parentum. Sic dico in propoſito, quod licet ſtatutum laicorum poſſit prohibere contractum, non tamen poteſt decernere inualiditatem iuramenti, ex quo non præſtatur ſuper re turpi: quia non eſt de foro ſeculari, ſed eccleſiaſtico, de iud. c. nonit, cum alijs ſuperius alle. Nec in hoc habet authoritatem Apoſtolicam: imò mitteret falcem in meſſem alienã. Nec deceptionem, ſeu læſionem minoris curat Imperator, vt in d. auth. ſacramenta puberum. Nec Papa in c. 2. de pact. li. 6. & hic. Nam propter fragilitatem ſexus & ætatis multis deceptionibus expoſitam, emanauerunt illa iura in fauorem minoris & mulieris, vt ff. de mino. l. 1. & ad Velleia. per totum: & tamẽ iuramentum in contrarium valet, quia habetur potius reſpectus ad animam, quam ad fauorem rerum temporalium, vt hic & in ſimili, & hoc quoad primum membrum. Secundo membro principali, quando ſtatutum non ſeruata ſolemnitate præſumit dolum, vel aliam illicitam cauſam, dico, quod aut nulla apparet ſpecifica & veriſimilis coniectura præſumendi fraudem, & non ſufficit quoad euacuandum iuramentum: ga non apparente cauſa vrgente, non debet, nec poteſt impediri obligatio quærenda Deo, argu. 25. q. 1. c. ſunt quidam, & quod no. Innocen. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & melius in c. quia plerique, in fi. de immu. eccle. & per legiſtas in l. fi. C. ſi contra ius, vel vti. publ. eſſet enim tale ſtatutum cauſa perfidiæ & periurij, contra l. 1. C. ſi aduer. vendi. & iſtum tex. cum ſimi. Aut ſubeſt cauſa præſumendi, vt quia communiter in loco minores decipiebantur, & inducebantur dolo ad contrahendum, & ſæpe fingebantur contractus obligatorij contra minores, vn de ſtatutum arguendo à communiter accidẽtibus, quod licet, in cap. 1. de cler. non reſi. vbi per Cald. & Cyn. in l. neque nateles, C. de proba. induxit quandam ſolemnitatem, qua omiſſa, præſumit ſimulatum contractum, ſiue doloſum, & tunc conſtat in foro animæ per ipſum minorem contractum eſſe verũ, & non fictum, aut doloſum, & puto ipſum adſtrictum ad obſeruantiam iuramenti: quia in foro animæ creditur confitenti in
13 præiudicium ſuum, de homi. capitu. ſignificaſti, no. in clem. 1. de pœ. & ceſſat ratio ſtatuti. Nam, ex quo ſtatutum eſt contra obligationem diuinam, ceſſante cauſa ſtatuendi, ceſſat diſpoſitio, vt no. ſentit Innocen. in capitu. quia plerique, de im. eccle. in fin. facit quod no. glo. in capitu. non eſt, de voto. Et idem opinor dicendum quoad forum contentioſum, vt ſi aperto ore poſtmodum confiteatur contractum verum eſſe, & non ſimulatum, ſiue doloſum, quod teneatur ad obſeruantiam, cum ceſſat ratio & cauſa ſtatuendi. † Nam & contra præſumptionem iuris & de iure, admittitur probatio in contrarium per confeſſionem eius, de cuius fauore agitur, vt probatur in auth ſed iã neceſſe. C. de do. ante nup. & in capitu. is, qui fidem, de ſpon.
14 † Et in d. capitu. quia plerique, de im. eccl. per Innoc. c ſing. dici-
c tur, quod poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſi cõſtat de eius iniquitate per confeſſionẽ partis, pro quo lata fuit, debet reuocari: quia ceſſat præſumptio iuſtitiæ, quæ operabatur tranſitum in rem iudicatam, multo ergo fortius debet hoc dici in iuramento, quod principaliter obligat Deo, vt in d. c. de bitores, & c. & ſi Chriſtus, ſup. eo. Et hoc intelligo, quando confeſſio habet ſuas ſolemnitates requiſitas, & per hoc habes bonam practicam in locis, vbi ſunt talia ſtatuta, vt facias iurãtem interrogari iureiurando, an interceſſerit ſimulatio, vel dolus, q̃
d bene no. Aut minor d ſeu mulier allegat fraudem præſumptã per ſtatutum, ſed non dicit contractum licitum, & poterit ſeruari opin. Barto. & Bald & aliorum, vt iuramentum tunc non ſit obligatorium, quia non tollit præſumptionem ſtatuti legitime inductam. Ad hoc tex. ſing. in l. fina. C. de non nu. pec. vbi patet, q̃ ſimpliciter cõfitens ſe recepiſſe mutuum, tamen intra bien-

ADDITIONES.

a Et Barto. Sed contrarium tenet Bal. in recolle. in l. ſi ſciens, ff. de contraha. emptio. dicens idem tenere Iaco. de Are. in l. qui habet, ff. de rut. cuius opin. tenent Ange. & Pau. de Caſt. in d. l. is cui, ſequendo Barto. ibi, quem ſequitur Rayne. & Ange. in l. ſi quis pro eo, in princ. ff. de fideiuſſo. & Barto. in l. 1. in 4. colum. C. de ſacroſanct. eccle. in lect. & in l. ſi. §. filijs autem, C. de bonis quæ liberis, & in rubr. ff. de iureiuran. & in d. l. qui habet, & authen. ſacramenta, C. ſi aduerſ. vend. Sed opi. Do. Ant. in hoc paſſu ſequitur hic Imo. in ſua repetit. in 3. membro prin. & Rom. in d. l. is cui. De hoc artic. vide etiam per Bal. in l. pactum, in 8. col. C. de col. & melius per eundem diſtinguentem, in l. 1. in fi. ff. de cur. furi. Et de iſta q. in terminis vide Bal. in §. furioſi. in vlti. col. ver. ſed iuxta prædicta poteſt eſſe dubium, Inſtitu. de curat. per Bal. in c. ex parte. in 1 col. de conſuet. & vide iſtum infra col. 3. in verſ. in contamen, quod D. Ant. reprobauit, &c.

b SEB. SAP. In iſtis ſpiritualibus. Hoc dictum refert Alex. in conſi. 59. col. 3. in 1. vol. & in conſi. 39. in 4. volu.

c Per Inno. Iſtud dictum Inno. etiam refert pro ſing. idem d. Abb. Panor. in d. c. is, qui fidem, c. fi. de ſpon. & in c. quanto, de præſump. & in diſput. ſua incipien. ſtante ſtatuto, in 18. colum. vbi multum commendat hoc dictum Innocen. quod etiam pro ſing. tenet idem Domi. Abb. in capitu. 2. de purgat. vul. & in capitu. fraternitatis. de frigi. & in capitu. 1. circa med. de conſtit. vti. vel inuti. & in cap. cum inter, in 2. colum. de re iud. & ibi vide quæ circa hoc addidi.

d SEB. SAP. Aut minor. Adde, quod indiſtinctè, ſi minor alienauit ſine decreto iudicis, non obſtante iuramento, poteſt contrauenire. Ita dixit ſigna ter Bal. in conſi. 9. incip. factum, col. 4. in 1. parte. refert Bauaria Bononien. in tract. de virtute iuramenti, in 30. effectu.

a biennium a excipere poteſt confeſſionem emanaſſe ſpe futurę enumerationis, etiam ſi iuramentum a principio fuiſſet interpoſitum, vnde præſumptio iuris non operatur effectum ſuum, etiam ſi interceſſit iuramentum, vnde ſing. ibi probatur, quod omnis præſumptio, quæ eſt n ℈tu, vel conditio tacita intelligitur in iuramento ſuper eo pactito, quod etiam no. ibi Bal. & p Inno. in c. veniens ſupra eo & in c. per tuas, ſupra de arbi. & ſu-
15 pra dixi in c. Quintauallis, & hoc de ſecundo. † Vnum tamẽ nõ omitto, quod eſt in hac materia ſingulare, q̃ in illis caſibus, in quibus dixi iuramentum ligare, non debet iudex ſecularis dicens contrarium de hoc cognoſcere, quia cum ex rationum & opinionum conflictu, reddatur ſaltem probabile, dubium de validitate iuramenti, non poteſt iudex ſecularis de hoc cognoſcere, ſed debet referre ad iudicem eccleſiaſticum, de ord. cog. c. tuam, de ſent. exc. c. ſi iudex laicus, lib. 6. de in. c. nouit. no. de foro compet. c. cum ſit generale, & per Io. And. co. tit. c fi. lib. 6. & per Bar. in l. Titia. ff. ſol. mat. & l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & vr aperte, p̃bare tex. in c. venerabilẽ, de elec. q̃ ſolus Papa de hoc cognoſcat, ex quo oritur p̃babile dubium. Sed Specu. in titu. de lega. §. nunc oſtendendum. ver. item Papa, ſing. dicit, q̃ etiam inferior a Papa põt interpretari iuſm, quãdo dubitatur de eius validitate. Ad c. venerabilem, reſpondet dupliciter. Primo q̃ p-
d cedit in negotio arduo, & inter perſonas magnas, vel quando vult dare licentiam cõtraueniendi ſine permutatione & cõmutatione aliqua, & hoc dictum Specu. ſequitur do Ant. ſupra eo. c. quanto. Ego adduco ad hoc, dictum Innoc. ſup. eo. c. debitores, vbi pater ipſum Epiſcopum poſſe ſuper iuſo diſpenſare, & ſic fortius interpretari, q̃mo ẽt de interpretatione expreſſe ſentit in exemplis per eum ibi poſitis, & per hoc habes deciſionem illorum dubiorum. † In eo tamen, q̃ do. Anto. reprobauit opin Fed. in prodigo, plus mihi placet opin. Fede. duplici ratione, ga, ex quo erat ſibi interdicta adminiſtratio, iuſm nõ poterat habere efficaciam, ar. ſup. eo. c. ſicut ex literis. Item, & melius iudex interdicendo adminiſtrationem, tanquam prodigo, videtur ex iuſta cauſa præſumere dolum & fraudem ſecum cõtrahentis, ergo iuſm non obligat rõne fraudis præſumptę, arg. hic, & ex ſupradictis. Et hanc opin. Fed. ſequitur Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. dicens, q̃ ex ℈rio interdictio eſſet fruſtratoria, & hanc opin. dicit etiam tenere Iaco. de Are. in l. qui habet, ff. de
7 tute. † Ex prædictis poteſt inferri b ad deciſionem talis q̃nis, an
b donatio facta vltra legitimum modum ſine legitima inſinuatione, cõfirmetur iuſo, vel ſaltem tale iuſm ſit obſeruandum? Bal. in l. id quod pauperibus, C. de epiſ. & clc. tenet q̃ non, quia pp fraudem, talis donatio ſine inſinuatione a iure eſt prnhibita, vt l. data, C. de do. vide latius per Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtr. edi. §. porro, ver. q̃ ſi. Nam ibi ſentit ℟rium, & poſt multa vr concludere iuſm ſeruandũ, niſi dolo, vel metu fuerit præſtitum, q̃ plus mihi placet, ga lex ciuilis non præſumit firmiter dolum in tali donatione, ſed induxit illam prouiſionem, vt vitaretur fraus, quæ poſſet interuenire ſine inſinuatione, vt lex adſtringit in d. l. data, de do. Emanauit ergo prouiſio illa, vt ſub ueniret deceptionibus priuatorum, ergo valet iuſm in ℟rium, quia quis præſumitur informatus veniens ad iuſm, facit c. 2. de pact. lib. 6. iuncto eo, quod no. Bart. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. ad idem c. iſtud, & c. licet, eo. tit. lib. 6. in auth. ſacra puberũ, C ſi aduer. vend. & propter vitandam deceptionem & læſionẽ fuit introductum, vt in contractu minoris interueniret authoritas tutoris, ſeu præſidis, C. de præ. mino. ſine decre. non alie. p totum, iuncta l. 1. ff. de mino. & tamen iuramentum a minore præſtitũ, ſupplet defectum omnium ſolemnitatum, vt in d. authen. ſacramenta puberum. Præterea raro contingit, q̃ in donatione, præſertim a minore facta, interueniat dolus, ergo durum eſt indiſtincte impediri iuramento obligationem.

ADDITIO Nic. Abb. † Annecto nunc aliud dubiũ quotidianum, & difficile, quod etiam diſputaui. Pone retentis ſupra dictis terminis, q̃ is, qui iurat ſeruare ℈tum, maxime, ſi iurat omnia & ſingula fore vera, vult probare ſimulationem vetam contractus, & ſic contrauenire inſtro iurato, nũquid poſſit, nec petita prius abſolutione a iuſo? & hanc q̃nem ſatis arduam vidi in facto, q̃ debeat audiri, probatur ſic: Iu.m obligat iurantem ex intentione ipſius iurantis. 22. q. 5. c. humanę aures, & §. ſi ergo, & § ex his, & ſup. eo. c. quanto, ſed qui ſimulatie iurauerit, alleg. turpitudinem ſuam, videlicet, q̃ Dei nomen & eius religionem in vanũ & deceptorie aſſumpſerit. 22. q. 5. c. quacũque. ergo non eſt audiẽdus maxime cũ iurauit omnia in ℈tu contenta eſſe vera. Nam alleg. p̃rium periurium, allegando ſimulationem, & ſic nõ eſt audiendus, arg. c. cum impoſitionib. inf. eo. ti. lib. 6. multa alia adduxi in d. diſp. ſed cauſa breuitatis omitto, retuli enim prædicta, vt appareat difficultas q̃nis. Nunc veniendo ad ſolu-
c tionem, ſciendum eſt, q̃ reperitur glo. c in l. emptione, C. plus va-

ADDITIONES.

a Biennium. Et ſi eſſet minor, qui iuraſſet ſoluere mutuum ſub ſpe futuræ numerationis, poterit excipere etiam poſt biennium, ita no. dicit Do. Bald. in d. l. fi. in fi. C. de non nu. pec. quod no. ad limitationem d. auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. & ad limitationem titu. Inſti. de lit. obli. vt iſto caſu minor propter iuramentum non reputetur maior, nec ipſi minori curat dicta præſcriptio biennij. Et ratio eſt, quia cum iſto caſu deficiat conſenſus eo quia pecunia nõ ſit numerata, iuramentum nihil operatur. Et ad limitationem d. l. fi. adde hic, quod ſcribit ipſemet Abb. Panorm. in col. 4. uer. & utrobique bene facit, quod no. Cyn. &c.

Circa iſtum paſſum, an minor accipiens pecuniam mutuo ſub ſpe futuræ numerationis, poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſi iurauit. Dicas, quod per eum qui eſt confeſſus pecuniam mutuo accepiſſe in inſtrumento cum iuramento, non poteſt opponi: ſecus ſi eſſet confeſſus in contractu, etiam cum iuramento, quia poteſt illam opponere, ſi fit illi ẽt renunciatum cum iuramento, ut plene declarant Bar. & Bald. in l. fin. C. de non nume. pecu. hic alleg. Et adde, quod exceptio non nu. pecu. contra cõfeſſionem factam in ſcriptis, datur intra biennium, ſed contra confeſſionẽ factam, viua uoce, datur etiam poſt biennium, ut eſt glo. in l. ſi non ſinguli, C. ſi cert. pet. & no. Guil. de Cun. & Bald. in l. qui pecuniam, eo. titu. ſi cert. pera. Et uide gl. in auth. rogati, C. de teſti. & omnino Bar. in l. ſi ex cautione, ubi limitat illam glo. C. de non nu. pecu. & uide Alex. in l. ſi ita ſtipulatus, in §. Chryſogonus, de uerb. oblig. in 5. char. ubi ponit, an contra confeſſionem ſine ſcriptis factam coram teſtibus, detur exceptio ultra biennium. Anto. Franc.

b Poteſt inferri. De hoc art. vide Alexan. in conſi. 4. incip. circa primum, col. 5. in 1. volu. Sebaſt. Sap.

c In l. ſi ex cautione. Adde quod idem tenet Bartol. in l. fina. ff. ad Velleia. quod mulier de iure non poteſt renunciare Velleiano, cum ſit introductum propter fragilitatem, tamen dicit Bart. quod de conſuetudine ſeruatur, quod poſſit renunciare non de iure, de quo plene diſputatur per Ludo. Rom. & Moder. in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig.

d Doloſa. Hoc uerum, quando tanta ſimulatio, ſeu dolus interueniſſet, quod remouiſſet conſenſum, alias matrimonium doloſe contractum valet, & tenet nec poteſt reſcindi, vt eſt glo. no. & ibi idem Paul. in ult. col. in c. cum dilectus, quod met. cau. Et per eam dicit ibi Imo. in ſpecie in ult. colum. quod ſi aliqua mulier doloſe induxit aliquem, ut ſecum contraheret matrimoniũ ſimulans, & afferens doloſe eſſe multum diuitem, oſtendendo multas pecunias, quæ non erant ſuæ, quia in ueritate nihil habebat, ſi contrahit matrimonium, habebit uires, nec talis dolus uitiat matrimonium.

e Reperitur glo. Illa glo. eſt communiter approbata, ut atteſtatur Alexand. & Iaſ. in dicta l. nemo poteſt, in 1. lectu. colum. 8. ff. de lega. 1. Angel. Aret. Inſtitu. de excep. in prin. col. 19. & Barth. Veronen. in tract. de ſimul. contracti. in 7. præſu. opt. Sebaſt. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

va.quod agi.firmans iuramentum non obstare,quin possit opponi de simulatione,quasi actum sit contra l. C. de legi. l. non dubium,& l.si ancillam.C.de contrahen.emp.Ex qua glo.colligit ibi Cyn.quod pœna adiecta simulato contractui,ex conuentione non committitur, quod dicit proculdubio esse verum,cum in locum reprobati contractus vere agitur alius simulatus.Dom.Angel de Per.in dicto consi. quod incip. domina Catherina,videtur sentire simpliciter, quod quando iuratũ est super contractu simulato,debet prius peti absolutio, loquitur,tamen, quando vnus contractus simulatur loco alterius. Dicit enim quod qui iurauit se soluturum vsuras, aut non venire contra contractum pignoratitium factum in forma venditionis,immediate cum est absolutus,prosequi potest ius suũ, quia tale iuramentum non firmat promissionem. idem sentit Fede.consi.28 .do.Anto.loquitur hic multum intricare,& vix potest elici perfectus sensus. Sed expediendo omnia, clare procedam ad enumerationem casuum qui possunt in materia contingere.Primus casus est, quando intercessit simulatio ex parte vtriusque contrahentis,& actum fuit inter partes, vt tam contractus quam iuramentum essent simulata, & intercessit simulatio ex iusta causa, puta propter iustum timorem,vel debitor anxius inueniendi mutuum, concepit pignus in forma venditionis,vt creditor lucraretur fructus,& tunc siue subrogetur in locum alterius contractus, siue non , iuramentum non obligat,quia deficit consensus,& fuit iusta causa simulandi, ad hoc cap. 1. quod met.cau.l.fina.C. de non nume. pecu. Secundus casus,quando interueniunt omnia, quæ ponuntur in præcedenti casu,sed causa simulandi fuit iniusta & prava. Puta, vt fraudaretur gabella,finxerunt alium contractum,& iurauerũt, vel ad deceptionem alterius,& tunc est maius dubium. Sed di-
a co hoc casu aduertendum ad formam iurandi. a Aut enim iurat singula contenta in instrumento esse vera,& tunc incontinenti fuit periurus,licet in mente conciperet illa esse falsa,quia simulatio intentionis ex iniusta causa non excusat, vt no. in ca. quod interrogasti, 27. dist. sicut contingit in illo, qui prece vel pretio corruptus depositi falsum,de crim.fal.c.2.vnde non debet audiri allegans simulationem, cum fatetur turpitudinem suam,scilicet periurium,dicto cap.inter dilectos, cum simi. Si vero iurauit non venire contra illum contractum,quem simulabat, & tunc puto,quod licet grauiter peccet, quoad Deum, assumendo religionem iuramenti in vanum,maximè ad deceptionem alterius,tamen si transgreditur, non incidit in periurium,quia non affuit intentio se obligandi,vnde respectu Dei non exigitur absolutio, argumen. in dicto cap. tua, de spon.& quod not.glo.in cap.tuarum,de priuil.& Archid. in d. c. quod interrogasti. sed quoad forum contentiosum compellitur iste seruare iuramentum,quatenus venit in sui præiudicium,& nõ imminet animæ periculum,quia non debuit confundere ordinem rerum, maximè spiritualium , & abuti iuramento , maxime ad alterius deceptionem, vnde non debet audiri hanc turpitudinem,alleg.ad hoc opti.d.c.quod interrogasti,& quod ibi no.& per g'os.in d.c.tua. Tertius casus, quando simulatio contractus intercedit ex parte vtriusque, & iuramentum fuit præstitum super tali contractu & actum fuit tacitè,vel expressè, vt non veniret cõtra apparentem contractum, sed in veritate conseruaretur cõtractus verus,puta pignoratitius, & tunc absque dubio non potest contrauenire non petita absolutione, & hoc casu intelligo dictum Angel.& Feder. Hoc enim iuramentum secundum intentionem vtriusque obligat, vt non detegatur simulatio,& vt reseruetur verus cõtractus pignoratitius, forte vt sub isto velamine accipiat fructus loco vsuræ, vnde perinde est,ac si iurasset soluere vsuras, quo casu licet contrauenire,nõ petita absolutione,vt in cap. .& c.debitores , supra eo. Et iste casus iudicio meo non habet dubium , quando constat, quod iuramentum ad hoc fuit interpositum, vt contractus simulatus seruetur,quoad apparentiam, & sic vt non detegatur simulatio.Sed dubium est,quid si iuramentum fuit simpliciter præstitum,& non apparet,quid senserint contrahentes circa iuramentum? & no.de hoc in sequen. casu. Quartus casus, quando contractus fuit simulatus,& iuramentum fuit super eo præstitum, & quamquam possit constare de simulatione contractus,non tamen constat de simulatione iuramenti. Et hunc casum reputo dubium,puto tamen dicendum, quod quoad talem obseruantiam contractus simulati, non obligatur ex iuramento,quia non est præsumendum , q incontinenti ex interpositione iuramenti voluerit contractum valere, de quo actũ erat, vt non teneret, nisi ex interuallo iurasset , vt in simili dixi post Bartol.supra in argumen. Sed quoad obseruantiam contractus in apparenti,donec seruetur,quod licitè fuit inter contrahentes actum, puto in foro animæ standum intentioni iurantis,per ea,quæ notat Innocen.in cap.veniens supra eod. facit cap.significastis,de ho.In foro vero contentioso, vbi fit interpretatio secundum ius,& ex variis circunstantijs, vt no. Innoc. in d.c.veniens,arbitror iuramentum ligare, quia dec.mus præ-

sumere, quod noluerit abuti iuramento,arg.c. estote , infra de
b reg.iur.Item iuramentum b habet vim clausulæ, si non valet q ago vt ago,valeat,vt valere potest,in cap.ad vestram,il 3. supra cod.& l.cum pater.§.filius mattem,ff.de legat.2. & vtrobique facit quod no.Cyn.in dicta l.si ex cautione,C.de non nume. pe-
c cu.vbi concludit, q iurans non opponere exceptionem c non numeratæ pecuniæ , obligatur, licet simplex renunciatio non valeat. Ergo in proposito,si iuramentum non obligat ad totalem obseruantiam contractus simulati, propter contradictionem,quæ inde oritur,saltem obligat quoad obseruantiam apparentis contractus, & maxime, quia hoc tenere tutius est, & verisimilius.Et hunc casum not.quia contingit quotidie,& prædictum casum intelligo,quando ex iusta causa,& non ad decipiendum tertium facta fuit simulatio, aliàs seruetur quod supra dixi.Item nisi aliæ circunstantiæ suadeant oppositũ. Quintus casus, quando simulatio est de vno contractu ad alium cõtractum,qui non potest seruari sine interitu animæ,vel est contra bonos mores, puta agitur contractus simoniacus, sed aliud concipitur, & iuratur, & tunc ex tali iuramento non tenetur nec ad obseruãtiam totalis contractus, nec quoad apparentiã, ex quo in obseruatione imminet peccatum , licet enim peccauerit tunc iurando,non tamen peccat contraueniendo, vt 22. q.4.per totum,facit cap.fin.de pact.Sextus & vltimus casus est, quando simulatio intercessit ex parte iurantis tantum, vt quia gerebat aliud in corde,aliud in ore, vel vsus est verbis duplicibus & callide iurando, & tunc intelligitur secundum intentionem recipientis,& sic Deus videtur recipere,vt est text. 22.q.5. cap. quicunque arte,& §.ex his omnibus.Ex prædictis remanet
21 clare dubium supra formatum, decisum.†Consequenter subijcio quæstionem quotidianam,& valde vtilem, nunquid in casu huius cap.& simili. vbi iuramentũ additum tringit cõtra legis vel statuti dispositionem interpositum, audiatur petens ab illo se absolui? Hanc etiam articulum dispuraui in themate præalleg. & omissis arg. quæ formant ad vtranque partem , solum inseram solutionem.Et primo sciendum est,quod Feder.de Sen. dicto consi. 272. formans punctum quasi in terminis nostris, q statuto cautaris cauebatur, quod certa confessio,seu promissio facta a filiofamilias sine contentu patris non valeret ipso iure, etiam si iurata fuerit,& quidam filiusfamilias hoc non obstante promisit & iurauit,concluxit iuramentum fore obligatorium, sed quia iuramentũ recipiens, fecit contra formã statuti ciuitatis ex causa edicti,cui obtemperare debuerat, & non contrauenire.8 distin.cap.quæ contra,& 11.qõ.3.cap.qui resistit, nec ex transgressione debet reportare cõmodũ, sed potius puniri, q potest cõpelli ad relaxandũ iuramentum, nec in hoc venit iurans contra iusm,imo petendo relaxationẽ iuramenti, fatet se esse obligatũ iuro,sicut accidit in eo,q fatetur se iurasse soluere vsuras,q obligat iuramento , & tamen potest petere relaxationem iuramenti, supra c. 1. Sicut ergo ibi recipiens iuramentũ super re illicita,quoad se,cogit relaxare iuramentũ: ita hic fm eũ iuramentũ erat illicitũ ex parte recipientis propter prohibitionẽ legis municipalis,cui debet obtemperare. Idem videt tenere hic Vinc.dicens,q in termino huius cap. iuramentũ obligat mulierem ad obseruantiam contractus licet debeat instare,vt absoluatur.Contrariũ tenet Archid.in c.q vis, de pac.lib. 6.per verbũ,Omnino,ibi positũ Do. Anto. hic aliter sentit, dicit enim q si nõ arguitur aliqua deceptio,quæ habeat in se dolum annexum,saltem præsumptũ, cõpetit remediũ contra iuramentum per quæcunque verba loquatur statutũ. Sed vbi deceptio argueret ex contractu,tũc haberet remedia , si deceptio esset enormis,ad hoc q no.glo.supra in c.veniens, cũ iurib. ibi alleg.Et hoc,qa est enormis,præsumitur dolus, & subest causa sic præsumẽdi,vt l.omnes § Lucius,ff.de his,quæ in fraud.credi.& l.qui testamentũ.ff.de probat.& quod ibi no Et idem dicit,si contractus fieret cũ veritimiliter consumpturo, vbi hoc pstaret cuidẽtia facti,qa notorie esset ꝓdigus, vel sibi vt ꝓdigo bonis esset interdictũ, qa hic aliqualis esset turpitudo ex parte ꝯhentis,q materiã dat cõsumpturo ad ꝓpriũ ꝯsumendũ,& lex ex cã legitima,f audeat in talẽ præsumit,vt ff. pro empt.l. fi qs cũ sciret,ff.de mino.l.q si minor.§.pen.ff.mand.l. si vero nõ re munerãdi.§.si adolescẽs. Idem dicit, si mutuaret, vel ꝯheret cũ

parato

ADDITIONES.

a Formam iurandi. Vide Alex.in l.Seius Augerius,col.6.ff.ad leg. Falcid. & in consi.36.incip.viso themate,in 2.col.in 2.volu.& in consi.132.incip.viso instrumen.eod.volu. Seb.Sap.

b Iuramentum. Iuramentum importat clausulam , si non valet quod ago, ut ago, &c. idem dicit infra, in pen.colum.in uersic.ad vnum tamen dicit aduertendum, &c.

c Exceptionem Idem do.Ioan.de Lig.in c.fi.de fol.uer.sed quæro. Vide de hoc per Bart.in l.si quis cum sciret,ff.pro emp. & in l.si filio.§. 1.ff. quarum rerum actio non datur.& in l.fi. ff. de alea. & Ioan. And.in addit.ad Spec.in tit.de ac.& fol.in prin.& Bar. in l.is, cui bonis,ff. de verb.obli. vbi tenent contractum non valere,falsa limitat.l.uerum,ff.de min.

a parato ad ludum, a vel corrupto notorie in actu ludi, & in vanitatibus mulierum:tunc enim foret remedium aduersus huiusmodi iuramenta per iura superius alleg.& hæc verba satis placent,vt supra latius dicam.D.Pet.de Anch.in repet.c. canonũ, de constit.aperte nõ exprimit,quid sentiat in casu,quo minor , seu iurans non esset læsus,sed attingit casum,in quo interuenit deceptio,& concludit illud,q Do.Ant.Et quia est casus quotidianus,recitabo prius verba sua.format enim punctum , super quo consuluit in hac ciuitate Senarum . Cauetur enim hic statuto, q nullus contractus finis & quietationis , si fieret per minorem 25.annis,valeat,nec de eo ius reddatur, nisi intercederet certa solẽnitas . Hoc statuto præmisso contingit,q patruus tradidit nuptui neptem suam, datis sibi in dotem quingentis, & ipsa neptis minor renũciauit dicto patruo,omni iuri sibi cõperenti in paterna hæreditate,quæ valebat plus in quadruplũ , & iurauit nõ contrauenire.quærebatur, an esset aliquod remedium rescissiuum huius contractus finis & quietationis?Et cõ-
b suluit ipse q poterit peti absolutio iuramenti, b siue relaxatio. Ad hoc primo inducebat regulam, q iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. c.inter cętera. 12.q.4.quod verbum, iniquitatis, multũ ponderabat. Item iuramentũ debet habere tres comites, veritatem, iudicium,& iustitiam,in c.animaduertendum. 22.q. 2. & c.fi Christus,super eius alleg.In quæstione autem prædicta euidens paret iniquitas,cum pro modico quis renunciat hæreditati paternæ, & ita alterum contingit locupleta ri.Paria enim sunt in dispositione dolum adesse ex proposito, vel re ipsa,vt in l.si quis cum aliter,ff.de verb.oblig.& l.2.ff. de do.excep.hic enim in hærebat dolus re ipsa, saltem propter grue damnum.Nedum enim vsque ad quadruplũ , sed etiam vltra dimidiam veræ æstimationis iura subueniunt deceptis,etiã maioribus.l.2.C.de rescin.ven.& c.cum dilecti,de emp.& ven. In casu autem proposito est cum enormi lesione cõiuncta minor ætas,& sexus fragilitas,quibus iura multipliciter subueniũt & medenter propter naturalem æquitatem , & deceptionẽ verisimilem,tam in contrahendo,quàm in solemnitatibus adhibendis.l. 1.ff. de mino.Ex qualitate autem personarũ, & ipsius facti,arguitur contrahens cum tali sua nepte de dolo. ad hoc.l. 1.& quod ibi nota.ff.de do.excep. Ratione ergo euidentis iniquitatis & doli, saltem re ipsa inhærentis illi renunciationi, videbatur,secundum eum,iuramentum relaxandum.Sicut cum Per metum quis renunciat bonis suis cum iuramento, sup.eo. C.si vero.Paria.n.sunt ista quoad rescissionem contractus, dolus,& metus,c.Abbas,& c.pe.quod me.causa.ad hoc etiam ad ducit præal.dictum Vinc.Si enim in casu huius cap. potest mulier petere absolutionẽ, ergo multo fortius in casu proposito, vbi concurrũt sexus fragilitas,& minor ætas,& enormis læsio , & etiam reuerentia,quam puella,seu fœmina debet habere ad patruum suũ,in cuius dominio , & sub cuius gubernatione remanserat post mortem patris,ad hoc l. 1.§. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur,& quod no. 22.q.4.c.vnusquisque.Et secundum prædicta dicit debere limitari auth.sacramẽ ta puberũ,vt non habeat locũ in casib.in quib.non põt contra
c ctus,seu distractus argui de euidenti iniquitate, c & dolo re ipsa ex perspicuis indicijs.l.dolum,C.de dolo.hęc sunt sua verba quæ satis placent.ideo seriatim recitaui. Est aduertẽdum , quia in quantum supra recitauit opinio. Vin.videtur eam approbare,& per consequẽs sentire,q etiam nulla data læsione, ex quo contraxit contra legem, potest petere absolutionem, & idem sentit etiam recitando præalle.dictum Fede. & cũ eo transeundo.Sed quatenus dixit auth.sacramenta puberum, limitandã, quando contractus non potest argui de euidẽti iniquitate,&c. aperte sentit,q in casu illius auth.nõ competit absolutio: aliàs non esset limitatio , & per consequens videtur idem sentire in casu huius cap.vt non competat absolutio,non data enormi lesione in contractu;& sic videtur recedere a Vin. & vide quasi consimilem q.per Fede.consil. 119.Bart.in d.l.si quis pro eo, ff. de fideiuss.satis sentit , licet non aperte,q ex solo contractu cõtra legem nõ competit absolutio . Dicit enim primo,quod qñ contractus reprobatur odio creditoris, non firmatur iuramento: sed ipsum iuramentum est seruandum:competit tamen absolutio.Sed quando contractus reprobatur fauore debitoris, tunc dicit,q firmatur iuramento:& tunc nihil dicit de absolutione; vnde sentit,q hoc casu non competit absolutio.Ego autem ad totalem materiam euacuandam procedam per casuũ enumerationem : sicut feci in præcedenti quæst. & primo ponam casus minus dubitabiles. Primus ergo casus sit,quando iu
d ramentum ex omni parte est licitum,tam scilicet, ex parte iurantis,ac etiam recipientis,quàm ex parte materiæ, super qua Præstatur,& tunc absolutio non est impendenda, sed compellendus est iurans ad eius obseruationem,supra eod.c.& si Christus,& cap.ad nostram,il 1.quinimmo nulla causa intrinseca apparente, etiam Papa a tali iuramento absoluere non posset: de quo tamen dicendum, vt plene dixi in c.quanto, & c. 1.& c. de
ditores,supra co.Secundus casus, quando iuramentum ex par-

te iurantis potest seruari sine interitu salutis æternæ, seu dispendio;& tunc nulla competit absolutio.Peccatum enim fuit in iurando,non in contraueniendo,supra eod.c.quanto, & 22.q. 4.per totum . Tertius casus, quando per partem iuramentum potest seruari sine interiru,seu dispendio salutis æternæ, sed est contra bonos mores,tunc etiam nulla requiritur absolutio, vt in regula,non est obligatorium, de reg iur.lib. 6.& intellige de bonis moribus naturalibus, vt supra dixi . Quartus casus est, quando iuramentum processit calore iracundiæ,potest tamen seruari sine dispendio animæ, & de hoc dic, vt supra dixi in dicto capit.sicut ex literis. Quintus casus , quando iuramentum est a principio super materia indifferenti , sed postea deuenit ad casum,de quo si cogitasset a principio, non fuisset licitum, seu non iurasset,& tunc not.dicit Archidia.in d.c. animaduertendum. 22. q. 2. quòd potest propria authoritate contrauenire,nec requiritur absolutio,puta,si iurauit non negotiari , vel non recipere feudum a tali domino,& deuenit casus,quòd nisi negotiator sit , vel recipiat feudum , aliter viuere non possit, & vide de hoc,quod plenè dixi in prælleg.capit.si vero,supra. Sextus casus,quando iuramentum fuit dolo aduersarij extortum,& tunc considera,quòd si contractus,super quo præstatur est a lege reprobatus, fauore ipsius iurantis, tale iuramentum non est obligatorium. Casus est hic a contrario literæ,vt supra dixi in vlt.not.nam tex.c. 2. de pact.lib.6.& c.licet.infra eo.ti.& lib.& in auth.sacramenta puberum, communiter excipiunt casum,in quo dolus interuenit,& idem quãdo interuenit metus. Ex quo enim talia iuramenta sunt contra legem,non ligant,ni si sint omnino voluntaria,quod sentit etiam Bart.in d. auth.sacramenta puberum.in fi.Fateor tutius esse , q his casibus petatur absolutio,vt sentiunt multi doct.sed primum verius,& notabilius.Si vero iuramentum non venit contra dispositum a iure,& interuenit dolus:& tunc subdistingue,q aut tantus est dolus,q excludit mentem iurantis , vt puta , quia cessante dolo, nullo modo se obligasset,& iuramentum non ligat , & potest conuenire,nulla facta absolutione,argu.opti.in l.tres fratres,ff. de pac.& in l.si soror,C.de colla.& quod no.Ioan. And. in c.1. de commod.Et sic intelligo Feder.consi. 190. vbi expresse hoc sentit,ponendo terminos in minore 25.ann. quæ seducta a fratribus hæred tati paternę renunciauit,quæ valebat longè plus, quàm quod habuit in dotem, quod est notãdum pro limitatione c. 2. de pact.lib.6.vt nõ procedat,qñ dolus dedit causam cõ-
d tractui.Nam vbi dolus,ibi excluditur voluntas.d l. 1.ff. de dolo, & iusm non obligat vltra intentionem iurãtis,vt in c.veniẽ, &

c.Quin-

ADDITIONES.

a Ad ludum.Circa hoc,an ludens teneatur ex contractu, vel ex mutuo sibi facto in ludo a sciente,vide Barto.in l.si filio,in §. 1.ff. quarum rerum actio. non datur, hic alleg.vbi dicit, quòd non tenetur, si scienter fuit factum mutuum,quod etiam voluit Barto.in l.is,cui bonis,ff.de verb.oblig.& vide Spec.in titu.de ac.& fol.in prin.& ibi per Ioan.And.in addit.Secus autem, si mutuans vel contrahens ignorauit illum velle ludere,l.verum,in §. pen. ff.de mino.quia tunc possent repetere,nisi mutuans esset colluſor: & vide plene per Imo.in l.si quis cum sciret,ff.pro emp.& vide Imo.in c.pen.de vita & honesta cler.Et adde,q lusori,sicut prodigo, & furioso potest interdici administratio bonorum, ita Bart.in l.ea lege,C.de condi.ob cau.& vide Bal.in auth.quod locum,C.de coll.vbi dixit,quòd ludens præsumitur dilapidare bona,& dicitur male vti substantia sua . Et quis ludus sit prohibitus,& quis permissus,vide glo.in l. 1.C.de spectat.lib. 11.& in c.cum decorem,de vita & honesta.cler.& in auth.alearum vsus,C.de rel.& sum. fu. & auth.interdicimus,C.de Epis.& cler.Et concludo, q omnis ludus , in quo versatur fortuna,est prohibitus:secus si ingenium tantum , vt est ludus scacorum , qui est permissus clericis,vt est glo.in c.pen.de vita & honest.cler. & vide Inno.in c.ator,de hære.& Abb.& Imo.post Ioan.And.in c. clerici, de vita & honest.cler.vbi dicunt q clericis non est permissum ludere , ne cessent a diuinis.Immo dixit Imo.in d.c.cler.in 19.colum. quòd etiam laicis est prohibitum ex causa auaritiæ in foro conscientiæ, sed quia ludus in se est permissus,nõ tenetur restituere quod vicit,aut dare pauperib. in ludo scacorum,sed debet agere pœnitentiam de cupiditate . Tamen d. Abb. ibi dicit,q omnino tenetur dare pauperibus. Et quare ludus alearum sit prohibitus,vide per Archid.in c.Episcopus.31.dist. Ant. Fran.

ANT. FRAN. An,& quando,& a quo possit indici duellum, vide Spec.in ti.de accusa.in §.6.in ver.quod si,& vide Alex.post Bar.in l.ex hoc iure, ff. de iustit.& iure.Et quibus casibus permittatur de iure canonico, vide Bal. in c.1.in 3.col.de pac.tenen.in vsi.feud.nu.16.Et adde quod duello non debent interesse clerici, quia sunt irregulares,si faueant alteri ex partibus:vide Cardi.in cle.1.in §.porro,de statu monac.& Bald.in l.ius postliminij,C. de postli.vbi dicit, quod duellum non dicitur illicitum, quando id permittit consuetudo generalis.

---

possunt habere recursum ad superiorem, cũ illũ non habeant in temporalibus. Hoc videtur de mente Inno.in d.c.olim.sed clarius tenet Bar.in d.l.hostes,vbi dicit vnum dictum mentiri tenendum, quod hodie ex consuetudine inter Christianos non seruamus iura captiuitatis & postliminij,vndè capti nõ efficiũ
a tur serui, [a] sed quantum ad bona obseruamus;cui consuetudini stãdum est,sm cum,vt l.postliminium,de capti. & postlimi.
9 reuer.& hoc de bello propriè sumpto.† Quoddam est bellum impropriè sumptum,vt illud,quod non est indictum per Principem modo prædicto,sed per inferiores recognoscentes superiorem,& si non habent iustam causam pugnandi,vt quia non pugnant ad eorum,seu rerum suarum defensionem,hoc est in iustum bellum,& dicuntur isti potius latrũculi.d.l.hostes. Nec bona nec personæ efficiuntur capientium,sed tenẽtur ad restitutionem,vt hic. Si vero habent iustam causam pugnandi,vt quia non pugnant,nisi ad defensionem, & prosecutionem iuris eorum,& tunc refert secundum Innocen.vtrum is,qui bellum agit,habeat iurisdictionem vel nõ.Si enim habeat iurisdictionem super illis,quibus guerram facit, & cõtumaces ei sunt & rebelles,potest statuere & concedere, q̃ liceat vnicuiq; res eorum inuadere & capere,& suas facere, & liberos etiã hoies rebelles capere & detinere,quousq; domino fuerint assignati, vt no.infra de sent.excom.c.à nobis,& secundum Inno. hic,& tales potius possunt dici obsides,q̃ captiui,& secundum hoc ẽt potest intelligi,ff.de leg.3.l.1.primo respo.& §.1.Sed etiam sine aliqua constitutione potest tales rebelles,si terram suam inuaserint, & in ea damnũ dederint, punire & damnare, C. vbi de cri.agi oportauth.qua in prouincia,& patet ex eo, quod legi.&
10 no.in c.1.de rapto.secundum Host.† Si autem is, qui tale bellũ gerit,nullam iurisdictionem habeat super eo, super quo bellũ gerit,& tamen pugnat iuste,puta,quia alius inuadit ipsum, & ipse se vel res suas defendit,& tunc licet ei vim vi repellere, & in defendendo & in repellendo hominem percutere, & etiam occidere,sed cum moderamine inculpatæ tutelæ,de quo no.in d.c.olim. Tunc tamen nec bona aduersarij,nec ipsum aduersarium licet capere,nec capiendo sua facere,nec etiam inuasorẽ detinere:cui tamen inuasori,si in ipsa inuasione spolietur, vel verberetur,actio vi bonorum raptorum, & etiam iniuriarum denegatur:qa exceptio partis criminis obstat ei, infra de adult. c.intelleximus:sed bene potest res,quibus spoliatus est, vendicare, quarum remanet dominus,sicut prius, ff. de rei ven.l.in rem act.secundum Innocen.hic,quæ sunt verba notanda. Et q̃ supra dixi de hostibus habẽtibus iurisdictionem, vt possint ad suorũ,& eorum defensionem bellum mouere, dicit Innoc.d. c.olim,procedere etiam in prælatis quibuscunque iurisdictionem temporalem habẽtibus;ad hoc c.dilecto, & quod ibi no. de sent.excom.li.6.Possunt tamen interesse bello, sed non pugnare propriis manibus: sed voce possunt pugnare & capite: sed caueant,ne dicant occidite,vt no.in c.significasti,il 2.de homic.& c.ex literis,de excess.præla.de quo vide bo.glo.in c.scisci
11 taris,7.q.1.& quod leg.& no.in c.ex multa,de voto.& 13.q.8.c. hortatu.& c.igitur.Et si clerici sunt non habentes iurisdictionẽ, tunc dic,vt supra dixi,vt liceat se & bona defendere; etiam inijciendo manus in clericos,sed cum moderamine inculpatæ tutelæ:de quo plene le.& no.in palle.c.olim. non tamen debent pro defensione rerum procedere ad occisionem,vel alia sæua, vt in c.suscepimus,de homi.de quo dicendum,vt no.in c.olim Quando autem bellum non indicitur à Principe, non dicitur proprie bellum,secundum Inno.& bene, sed potius defensio.
11 † Sed circa prædicta quæro:dixi supra propriè bellum indici ex Imperatoris edicto:quid si Imperator mouit bellum nunc cõtra Papam,nunquid dicitur iustum?& pone in terminis, prout ponunt Ioan.And.& Host.in d.c.olim. Imperator est iniquus & peccator,monitus se non corrigit,sed peiora committit, & tandem excommunicatur per Papam, & omnia contemnit: mouens tandem bellum & indicens propter hoc contra Ecclesiam,dicetur ne iustum bellum ex parte ipsius,cum ab Imperatore sit indictum?Et primo secundum illos,qui dicunt duas iurisdictiones scilicet temporalem & spiritualẽ sic à Deo immediate procedere,vt vna non subsit alteri, & nihil ad ecclesiam de temporalibus,oportet fateri, q̃ sic,sed absit hoc, secundum Ioan.Afid.& Host.a fidelium cordibus. Imperator enim ex officio est aduocatus Ecclesiæ: vnde non debet eam impugnare, sed potius a malignorum oppressionibus liberare, de na. exlibe.ven.c.vno.& adde bon.tex.in cle.ne Romani.infra eo.ti.qui nimo tanta pertinacia,secundum eos, vix carere potest labe hęreticæ prauitatis,ad hoc quod no.ff.de hæretica.c. excommuni
camus.& in tanta iniquitate,etiam si Papa in temporalibus esset inferior,fieret superior propter peccatum ipsius,arg.50.dist. c.multi,in fi.tamẽ certum est,q̃ Papa est superior, vnde ipsum electum examinat,approbat,& improbat,de elect.c.venerabilem,& circa hoc vide,quod plene dixi in c nouit, de iudi.Et finaliter in hac quæstione concludit tale bellum esse iniustum, & q̃ in hoc casu contra iniquum Principem tenentur omnes fideles,& catholici Ecclesiæ adhærere,quos,etiam si vasalli Im
12 perij sunt,potest Papa ex causa absoluere ab obseruantia præstiti iuramenti super fidelitate,vt patet 25.q.6.c. nos sanctorum, & c.iuratos,cum sim. † Ego amplius dico,sic scilicet, quòd Papa potest ex causa ardua priuare Imperatorem,& alios Reges, & contra eos indicere bellum publicum,vt no.in d.c. venerabilem,de elec.& c.nouit,de iudi.& 15.q.6.c.alius,& in c. pro humani,de homic.lib.6.no.glos.iuncto tex.in c.ad Apostolicæ,de re iudi.lib.6.& Do.in c.ex gestis,de cler. non resi.& hodie optime facit,quod habetur in extrauag Bonifacij,quæ incipit: vnã sanctam.Potest enim Papa ex causa ardua iurisdictionem in tẽporalibus,quam a Deo suscepit in habitu,deducere ad actum q̃ tra quoscunque,vt plene dixi in d.c.nouit,vbi videas. Idem dico,q̃ non eo ipso, q̃ Imperator vel Papa indicit bellum contra aliquem etiam inferiorem,dicitur iustum.Nam & ipsi peccare possunt,40.dist.c.si Papa.& 9.q.3.c.aliorum,& d.c.ad Apostolicæ,& cle.pastoralis,de re iudi.Habent enim summi Principes a Deo potestatem pascendi & recte iudicandi subditos,nõ autẽ delinquendi,seu opprimendi.47.dist.c.1.& d.c.alius. Oportet ergo,q̃ subsit legitima & naturalis causa,vt puta, quia sunt contumaces & rebelles Ecclesiæ,seu Imperio.Posset tamen admitti,vt in dubio præsumatur legitima causa in Principe,iuxta no.per Legistas in l.præscriptione,& in l.fi.C.si contra ius, vel vtl.publi.& per aliquos in c.quæ in ecclesiarum,de consti. Puto etiam,q̃ ex causa legitima & notoria posset Imperator indicere bellum contra personam Papæ:non dico contra Ecclesiã, vt si Papa esset hæreticus,& non posset iudicari per Ecclesiam, vel scismaticus,vel alias incorrigibilis,& Ecclesia nõ habeat qd faciat,de quo remitto ad ea,quæ habentur in c. Principes, & c. Regum.23.qõ.5.& in c.in nomine Domini.24.dist. & c.nec licuit.17.dist.& ad hoc no.in c.cũ non ab homine,de iud.& in c. non vos,& c.de Liguribus,23.q.5.& vide glos.in c.tua,de decim.
13 † Ex his infero ad aliam quæstionem, an in dubio bellum præsumatur iniustum, vel iustum?facit iste text.quod iustum, quia dicit,Si constiterit,quod iniuste mouerit, &c. & sic onus probandi incumbit asserenti iniustum.Host.hic tenet contrarium dicens,q̃ regulariter omne bellum præsumitur iniustum & damnatum,C.de glad.l.1.lib.11.& de pur.ca.c.1.& 2.cum suis concor. Ad istum tex.rndet dupliciter:primo q̃ verbum, Constiterit,poterit referri ad verbum, Iniustum, & tunc dicit cõstare de iniustitia eo ipso,q̃ non constat contrariũ,alle.in fi.C.q
mili.

ADDITIO.

a Vide pulchre Bal.in l.1.C.de sacrosan.eccle.in 11.col.in 14.q. eodem modo capti in bello ciuili,nunquam efficiuntur serui capientium,secundum Barto.in l.43.in prin.C.de cadu.tollen.

ZACHARIAS. Adde Cardina.in clemen.2.in 3.rubric.de re iudic.Alexan.in l.si quis in bello,ff.de capti.& postli.reuer.& in l.fina. per Barto. & Alexan.eod.titu.

mili.non pos.l.super seruis,lib.12.Ex quo not. q̃ istud verbum, Si constiterit, positum in aliqua dispositione,non immutat ipsius naturam.Sed satis dicitur constare,ex quo ius cõmune fundat intentionem agentis in illo casu. Secundo hoc verhũ,Cõstiterit,põt referri ad verbum,Mouerit,& tunc tex.non facit,vt bellum præsumatur iustum,& est tunc sensus literæ, Si constiterit,q̃ H.mouerit bellum contra Ioã.Nam facta non præsumũ
17 tur,de offic.dele.c.cum in iure,& secundum Host.hic,cũ quæritur de restitutione damnorum datorum in bello,debet quęri quis fuerit bellum mouens, quasi illi sit imputandum totum commissum in illo conflictu,C.de vi publi.vel priua.l. quoniã multa facinora,ff.ad leg.Aquil.l.si ex plagis.§.1.Et ideo in littera Papa mandat inquiri,si iste mouit bellum. Dic tu procedere respectu restantionis damnorum,sed respectu eorum,quæ fuerunt occupata in bello,distingue,vt supra in q.præced.dixi. Itẽ dico primum dictum Hostien.procedere in bello indicto a recognoscẽte superiorem,vt tunc in dubio præsumatur iniustũ, si autem fuit indictum à supremo Principe,puto ꝫrium,vt dixi supra in 2.q.per ea,quæ no.in d.l.fi.& l.præscriptione,C. si con
14 tra ius,vel vtili.public.† Quarto principaliter quæro:pone,q̃ tu tenes equum meum,& quia mihi repetenti denegas,aufero tibi aliquid violenter,nunquid dabitur tibi actio,vi bono.rapt.ꝫ me.Videtur primo,q̃ sic,arg.in l.extat.ff.quod met.cau. Sed in contrarium facit,quia adeo delinquis tu, qui quod meum est, mihi reddere denegas,sicut & ego,qui te spolio, quia non multum interest iniuste detinere,vel inuadere alienum, vt in c. sæpe,de resti.spol.Et dicit Aug.q̃ si quid inuenisti, & non reddidisti,rapuisti.14.q.5.c.si quid inuenisti.ergo videtur,q̃ si in hoc casu agis ꝫ me, obstat tibi exceptio paris criminis, vt dictũ est. Solu.dicit Inno.hæc delicta esse circa diuersa:ideo non compẽ santur. Itẽ quamuis inuadere & detinere alienum,parificẽtur: hoc verum in foro animæ,vt dicitur in c.sæpe, secus in foro iudiciali. In illo enim non punitur detinens ex sola detentione, nec ẽt cogitur restituere rem alienam, nisi ꝑbanti intentionẽ suam,l.fi.C.de rei vend.Inuadens vero ex ipsa inuasione punit, & restituere tenetur,l.si quis in tantam,C.vnde vi. & 16.q.6.c. 1.Sed is,qui detinet,in contentioso foro potius negligens, vel
culpabilis iudicandus est,q̃ delinquens:is vero,qui inuadit, vere delinquens,& criminosus est.De culpa autem siue negligẽtia non admittitur ꝓensatio ad delictum, q̃ culpæ præponderat,ff.ad leg.Aquil.l.fi ex plagis.§.1. secundum Host. & sm Innoc.exceptio culpæ non impedit ꝓsecutionem actionis de dolo,vel de crimine,ff.solu.matri.l.fi mora.Alij dicunt & melius
a dolus cum dolo ꝓensatur,a & q̃ paria crimina mutua ꝓensatione tolluntur,de adult.c.pen.& vlt.de dolo, c.si duo. adeo, q̃ non solum pecunia ꝓensatur,sed ẽt redditio coniugalis debiti,vt in iuribus præalleg. Quo autẽ ad pœnas temporales, seu ad spirituales,siue etiã pecuniarias,quæ applicantur fisco,nulla fit ꝓensatio,imo omnes qui delinquũt,debent luere pœnas suas, vt patet C.de modo mul.per totum,& no.in d.c.intelleximus, de adult.quæ verba not.Et primum dictum dico procedere,qñ quis põt res suas recuperare per iudicem: aliàs autem in defectum iudicis,põt dominus rem suam etiam violenter, si aliter facere non põt,recuperare,arg.l.nullus.C.de iudic.& l. ait præ
b tor.§.si debitorem,b ff.de his quæ in fraud.cred.no.Inno.in d.c.
15 olim, & Bar.in d.§ si debitorem.& gl.dist.1.c.ius gentium.†Di
c cit etiam notabiliter Innoc.in d.c.olim,q̃ si rem meam nõ possum aliter recuperare,licitum est mihi illam furto subtrahere,c duntamen aliter a detentore iniusto scandalum non oriatur, non tamen licet eam recuperare per fraudem, seu mendaciũ.
d Et no.hoc vltimum.Facit quia non licet mentiri,d etiam ꝓpter salutem alterius. 22.q.2.c.nec quis,& c.super eo,de vsuris.Et sic limita glo.no.in c.cupientes,de elect.lib.6.in ver. malignantiũ.
16 † Quinto quæro,an vocati ad bellum iustum,vel iniustum, age re possint contra vocantem,ad expensas,& damna,quæ ꝓpter hoc passi sunt? Solu.Hostien.& Inno.latè hic prosequũtur.Cõclusio eorum est,q̃ si bellum erat iniustum, non habent actionem mandati,vel aliam ꝫ mandantem,seu vocantem, quia in re turpi non contrahitur obligatio,Instit.manda.§.illud quoq;, & ff.co.l.si remunerandi.§.rei turpis.Aut erat bellum iustũ, & ff.co.l.si remunerandi.§.rei turpis.Aut erat bellum iustũ, & tunc habent actionem mandati ꝫ vocãtem, nisi causa pietatis, vel humanitatis,siue parentelæ hoc faciat,arg.ff. de nego. gest. l.Nesennius.23.q.3.c.non inferẽda.& c.si quis: Vel nisi ad hoc ex debito teneantur.11.q.3.c si Dñs,& c.Iulianus. Et nota bene istos casus,de istis,q̃ tenentur ex debito,dicit Inno.q̃ excusant̃, si inimicis damnum dederint,nisi notorie esset bellum iniustũ vt in d.c.Iulianus,quia in dubio obedire tenentur.11.q.3.c. quid ergo 23.q.1.c.quid culpatur. Adueneintelligo enim,q̃ isti, qui tenentur,ẽt in dubio excusantur. Nam & alij excusantur, si certum est bellum esse iustum,vt in c.dilecto,de sent.excom.lib.6. & quod no.glo.34.dist.in summa.& Inno.in d.c.si vero,de sententexcom.quasi in dubio isti non excusarentur, ex quo ex debito non tenebantur,arg.c.iuuenis,de sponsa.& quod no. glos. in c.vno,de scru.& sic intelligo hoc dictum Innoc. sed subditi in dubio excusantur,quia tenentur obedire.d.c. quid culpatur.
17 † Dicit etiam Innoc.q̃ vocati,qui non tenebantur,possunt agere ꝫ vocantem actione mandati,etiam ad damna,quæ contingunt casu fortuito,dummodo verisimiliter ꝓtingere potuisset, quasi vocans,hoc debuit cogitare a prin.& sic dicit intelligendam l.inter causas.§.non omnia, & §. impendia, aliàs l. si quis. §.impen.ff.mand.secus,vbi damna contigissent ex casu fortuito,qui verisimiliter non fuit cogitatus, vt d.§. non omnia, quæ sunt verba valde notanda,maxime in materia fideiussionis, licet sit secus in commodato,quia commodatarius non tenetur de casu fortuito,vt in ca.vno, de commo.Sed hoc contingit ex natura mandati, quia mandatarius regulariter agit ad omnia impendia,cum non intendat facere de suo beneficium, d.§.impendia,& de fideiussor.in c.peruenit,& c.constitutus. Et circa hoc latius instat hic Innocẽ. quod supra dixi in vlt.summario. Et intelligo prædicta in eo,qui gratis suscipit mandatum. Nam si aliquid mercedis recepit,non dicitur mandatarius, sed locator. Mandatum enim debet esse gratuitum, vt in l.1. ff. manda. Vnde puto,q̃ isti qui veniunt pretio, seu mercede ad bellum, vt sunt hodie stipendiarij,nõ possunt agere ad damna, quæ cõtingunt sine culpa,saltem leui,mandatarij,arg.in l. contractus, ff.de reg.iur.Nam ibi ꝫctus perficitur gratia vtriusque,sed mãdatum explicatur gratia mandantis tantum'. Et circa prædicta Innoc.format aliam quæstionem notabilem de eo, qui mandauit alicui,vt faceret sibi aliquod ædificium in insula circundata mari, propter q̃ mandatarius ex casu naufragij incurrit multa damna,nunquid possit contra mandantẽ agere, & in hoc multum instat.Tandem concludit,q̃ potest,dummodo casus talis sit,quem non incurrisset,si mandatum non habuisset, argu.l.si pecuniã,ff.de ꝓdi.ob cãm.Mihi vr̃ hoc dictũ ꝫ d.§. non oĩa. vbi dr̃,q̃ vbi mandatarius fuit spoliatus in via a latronib.non agit ꝫ mandantem,ideo placet mihi plus distinctio facta ꝫ.aut verisimiliter,aut nõ,&c.& vr̃ sentire Ioã.And.in regu. damnum.de
18 reg.iur.in Mercu.† Sexto quæritur,ex quo mãdator tenetur vocatis ꝓ damnis,vt sup.dictum est, nũquid vocans possit agere, vi bon.rap.ꝫ illos,qui vocatos per eum spoliauerunt.Inno.concludit,q̃ non,quia res ablatæ non erant de bonis suis, nec erat ipse detentor,ad hoc l.2.§.in hac actione,ff. vi bono.rap.sed ipsi homines spoliati,singuli agere possunt. In his aũt casib.& simi libus dat Inno.bonum ꝓsilium,vt mãdator satisfaciat spoliatis, sed ante satisfactionem cedi sibi faciat actiones, sic.n.agere poterit ꝫ spoliatores.C.manda.l. pen. & fi. Post solutionẽ aũt non prodest facta cessio,nisi de ipsa facienda antea cõuenisset, vt ff.
19 de solu.l.Modestinus,quod not. † Vltimo quæro, an vasalli seu
c milites vocati e teneantur ire ad bellum: Dicit Inno.q̃ de iure est,q̃ vasalli licet teneantur esse in ꝓsilio & auxilio,q̃ dominus non lædatur.22.q.5.c. de forma, non tamen milites debent ire cum armis in seruitio domini,nec aduocati tenẽtur pro eo aduocare,vel alia seruitia ei exhibere,nisi ex pactis ad hoc teneantur ad onera ꝓsonalia cum sumptu, vel sine sumptu, vel nisi in casib.q̃ ponuntur in vsib.feud.vel nisi ea ꝓsuetudine debeãtur. Hæc sunt verba formalia Inno.satis generalia & obscura, & in eadem forma hic recitatata p Doct.De materia Io.And. remittit ad no.in c.1.de feu.& ad sum.Host. eo.tit.§.quid sit ꝑfidelitas, & ibi specifice nõ tangitur de militib.& aliis ꝛnbditis.Ego sic dicerem,q̃ sub vno dño quidam sunt vasalli,ꝑprie, vt puta tenẽtes ab eo feuda. Quidam sunt vasalli ꝛproprie, vt quia sunt dũ taxat subditi rõne originis,vel domicilij, nihil tñ tenent ab eo, sed subijciuntur ratione nudi exercitij iurisdictionis. Accedat
ad

ADDITIONES.

a Compensatur.Pondera,quia in contrarium est text.in l.1.§.1.ff. de alea. vbi si rapinam fecerint inter se competit actio, vi bon.rapto. licet indigni sint. And. Barb.

b §.Si debitorem. Istud est contra l.si quis in tantam.C.unde ui. Non obst.§.si debitorem,quia loquitur in alio casu. And.Barbat.

c Furto subtrahere. Ego puto opin.Innocen.de qua hic, non esse ueram, per ea, quæ not.Bartol.in l.si ex stipulatione, & Alexand.post Bartol. in l.eum qui,ff.de furt.ubi tenent & alij Docto.quod hoc casu tenetur actione furti, ut fur,& prædo. Zach.

d Licet menturi. Istud uidetur contra l.cum pater.§.Titio fratri, ff. de legat.2. ubi cum dolo potest quis excludere alium. And.Barba.

Licet mentiri. Ex hoc Bar.inuehitur contra aduocatum mentientem pro clientulo,nel pro fideiussore in l.& eleganter.§.fina.ff.de dolo.& ibi etiam Bal.inuehitur contra Cardinales,qui dicunt aliquem esse idoneum ad beneficium,cum sit indignus.Quod autem sit licitum furari rem suam, tenet Feli.in c.2.col.fi.infra de spon.in c.quoniam.col.fi.infra de fimo.Seb. Sap.

e Vocati.Vide Bal.& alios in c.1.quib.mod.feud.amit.& in c.1.de prohi. feud. alienatione,per Fede.ubi dicit,quod uasallus sequi tenetur dominum, etiã si foueat causam iniustam. Sebast.Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hanc distinctionem, quod no. Bart. in l. 1. de iudic. & melius in l. 1. §. & post operis. in fi. de noui ope. nunc. vbi hāc distinctionem in alia materia sentit, & vide quod no. Hostien. in c. proxi. vbi dicit, q̄ nō eo ipso, q̄ quis habet possessionem intra aliquā prouinciam, tenetur domino ad fidelitatem præstandam, quia res non præsumuntur feudales, nisi probentur, quod latius ibi dicam. Quidam sunt milites veri, vt illi, qui iurāt ea, quæ ponūtur per glo. 1. in l. pen. ff. ex quib. causis maio. & inter cætera nō cuitare mortem pro republica, & isti olim habebant salaria de publico. Quidam enim sunt milites non veri, sed tantum respectu honoris, qui ista non promittunt, sed viuūt vt alij ciues, de quibus per Cyn. in l. 1. C. de iuris & facti ignoran. His præmissis distinguerem sic, q̄ aut dominus vult alios pro libito volūtatis inuadere, non fauore reipublicæ, & non tenentur ex debito aliqui eum sequi ad bellandum, etiam si sint vasalli, arg. c. de forma. 22. q. 5. nisi aliud habeat consuetudo, vel pactum, & sic potest intelligi, quod dicit Innocen. de militibus. Potest enim de militibus generaliter intelligi, idest de militātibus, seu aptis ad pugnam. Aut dominus inuaditur, & tunc, si timor est subitaneus & improuisus, credo q̄ omnes apti ad pugnam, seu custodiam, teneantur, fauore reipublicæ. Nam & clerici hoc casu tenentur ad custodiam, vt in cap. peruenit, & quod ibi no. de immunita. eccle. facit 23. q. 8. cap. omni timore, & ca. si nulla. Aut talis timor non subest, & tunc puto, quod vasalli proprie dicti, teneantur, per d. cap. de forma. Idem de militibus propriè sumptis, dicta l. pen. Alios vero non puto compellendos, dum modo dominus sufficiat de per se ex redditibus, quos habet a laico. Nam propter hoc honorant dominum in redditibus, galbellis, & similibus, vt eos necessitatis tempore dominus defendat. arg. 23. q. 5. c. Principes, & cap. Regum. Si autem non sufficiat per se, tūc puto omnes teneri pro salute Domini & patrię, d. c. si nulla. & c. omni timore, & hæc sufficiant. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici tunc præstant iuramentum laicis, quando ab eis habent feudum.*
2 *Concessio generalis totius prouinciæ facta ab Imperatore uni, non præiudicat habenti castrum in illa prouincia ex concessione Imperatoris, nel præscriptione.*
3 *Ius canonicum potest dici ius diuinum.*

CAP. XXIX.

a NImis. a Clerici non habentes temporalia a laicis, non tenentur eis præstare iuramenta fidelitatis. Primo ponit factum reprehensibile, cui secūdo prouidet, ibi, [Quia,] Casus literalis loco ponitur illud, quod sequitur, per Ber. l. Clerici iuramenta fidelitatis seruare non debent, cum nihil temporale teneant ab eis, quia
c seruus suo domino stat, aut cadit. Bernar. † Quæro primo, quid si clerici tenent temporalia a laicis, nunquid tunc teneantur eis præstare iuramenta fidelitatis? Solu. tex. hic a contrario, videtur, q̄ sic, & sentit glos. 1. dicens, q̄ tunc in illis temporalibus clerici essent inferiores, de maiorita. & obedien. cap. solitæ. Aduerte, non intelligas hoc ruditer in omnibus temporalibus, qualitercunque a clericis possessis, quia essent contra ca. nouerint. 10. quæst. 1. Sed intelligas in temporalibus, quæ tenentur in feudum a laicis, ita q̄ laici sint domini feudorum, & hoc videtur iudicio meo, velle litera, ibi, [Obtinentes ab eis, &c.] Nō ergo sufficit, q̄ obtineant temporalia in prouincia laicorum, nisi obtineant ab eis, & hoc voluit Innoc. in c. solitæ, de maiorita. & obedien. Sic intellige hic text. hoc etiam videtur velle Hostien. hic dicens, q̄ non hoc ipso, q̄ aliquis tenet temporalia intra regnum, vel prouinciam alicuius, debet illi fidelitatē, nisi ipsa se habere in feudum cognoscat, quia non præsumitur feudatarius, nisi probetur. Nam a primæuo iure omnis persona, & omnis terra libera erat. 1. dist. cap. ius gentium. Et facit authoritas Genesis, quam ponit glos. in cap. quanquam, de cen. si. lib. 6. per quam patet, q̄ non omnis res temporalis est feudalis. Et no. hoc dictum, quia loquitur non solum in rebus temporalibus possessis a clericis, sed etiam à laicis quibuscunque, & facit quod supra dixi in cap. proxi. Hoc etiam voluit Inno. etiam respectu infidelium, & vt ipsi sine peccato possideant ex dispositione iuris naturalis, & gentium, vt pulchre per eum videre poteris in cap. q̄ super his, de voto. Ex quibus collige, q̄ Reges & alij domini Terrarum non fundant intētionem suam super singularibus rebus & possessionibus ipsarum prouinciarū, seu Terrarum, nec super vtili, nec super directo dominio, vnde illarum rerum possessores, b non possunt dici respectu illarum, vasalli. Nec obstat, si opponatur de capitu. omnes Basilicæ. 16. q. 7. vbi dicitur, quod omnes ecclesiæ existentes in diœcesi, sunt sub potestate Episcopi, quia subsunt quoad iurisdictionem, nō autem quoad dominium. Nam bona spiritualia non sunt in alicuius dominio, in cap. 2. de iudic. & Institu. de rerum diuisio. §. nullius. Et ita potest dici secundum Hostien. quoad bona temporalia, vt quoad iurisdictionem subsint dominis locorum. Et idem videtur in incolis, & sic potest intelligi. ff. ad municipa. l. incola, & ff. de censi. l. forma. § si vires, & ff. de publi. l. Imperatores, & C. vbi in rem act. l. fina. ff. de offic. præfec. vrba. l. 1. §. cū vrbem. Non autem subsunt quoad dominium directum, vel aliam seruitutem, nisi probetur imposita, vel annexa, infra de censi. cap. licet. facit 10. quæst 3. cap. quia cognouimus, & 18. q. 2. cap. Eleutherius, & cap. seq. Hæc vera secūdum Hostien. vt. l. dominus prouinciæ habeat ius in tota prouincia: nisi aliquis præscripserit omne ius in aliqua ciuitate, vel castro intra prouinciam, maxime si nomine alterius superioris hoc possedit, & præscripsit, argumen. de præscrip. cap. cum ex officij, potest. n. tale castrum cum territorio ad alium dominum pertinere, & sic facere per se territorium a prouincia, arg. ff. de verb. signifi. l. pupilli. §. territorium, & infra de verbo. significa. cap. cum in partibus, & ff. de verbo. significa. l. 2. Tu vide quod in simili no. Ioan. And. in cap. si Episcopus, de offic. ordina. lib. 6. & quod dixi in cap. cum contingat, de foro comper. de eo, qui præscripsit iurisdictionem Episcopalem in certa parte diœcesis, & dic, vt ibi, & no. hoc dictum Hostiē. Sed quatenus dicit istum præscribere omnem iurisdictionem in castro, maxime si possidet nomine alterius, videtur velle per istam dictionē, Maxime, q̄ nomine suo posset præscribere contra superiorem. Ego dicerem, q̄ si iste, qui vult præscribere, erat aliàs subditus domini prouinciæ, tunc licet possit præscribere iurisdictionem in castro, non tamen potest præscribere quoad personam, nisi passiuè, iuxta ea, quæ leguntur & notantur infra de præscrip. cap. cum non liceat, & facit quod dixi post Hostien. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, qu ia non potest esse acephalus, nec se ipsum præscribere, facit quod not. glo. in cap. nulla. 93. distin. secus autem, si erat non subditus. Quam autem iurisdictionem de iure communi habeat in se prouincia, ciuitas, vel castrum, vide pulchre per Bar. in l. j. ff. de dam. infe. Vide de castro, quod dixi in cap. cum ad sedem, de restit. spolia. Vnde autem dicatur iuramentum fidelitatis, cum omne iusm contineat in se fidē, & quid contineat in se, vide per Io. de Lign. in clem. Romani.
2 inf. eod. titu. & 22. q. 5. cap. de forma. † Sed circa prædicta quæro: pone, q̄ aliquod castrū vel ex prescriptione, vel ex Imperatoris cōcessione ptinet ad aliquem: postmodū Imperator concessit totam prouinciam alicui, intra quam situm est illud castrum, nunquid fit isti preiudicium circa castrum? Hostiē. dicit, q̄ nō, quia id facere intelligitur sine alterius præiudicio. ff. ne quid in loco publico, l. 2. §. si quis a Principe, facit optime c. super eo, de offic. deleg. quod maxime procedit, secundum Host. q̄si vterq; habet ab Imperatore Nam tūs valet speciale quo ad quædam, quantum generale quoad multa, de offic. legati. ca. studuisti, & ff. pro socio. §. renunciare. l. actione. Imo generaliter species derogat generi, infra de regu. iur. cap. generi. lib. 6. Secundo quæro principaliter, nunquid clericis a clericis sit hoc iuramentū præstandum? Glo. 2. dicit, q̄ non. Tu de hoc dic, vt notatur in regu. fina. de regu. iur. & in cap. nullus, sup. eod. & cap. tua. glo: si est in se clara, & facit ad propositum hæc authoritas, iungendo, quod dicebatur in prima parte ipsius authoritatis, vbi dicitur, [Tu quis es, qui alienum iudicas seruum? seruus suo domino stat, &c.] quasi dicat, cum clerici non subsint laicis, non de-
3 bent præstare hæc iuramenta fidelitatis. † Nunc extra gl. oppo. contra princip. in eo, quod dicitur, istos laicos nimis detrahere de iure diuino. Nam nullum ius diuinum prohibet aperte hæc iura præstare laicis. Solu. metu, vt arbitror, contrarij. Hostien. exponit ius diuinum pro ecclesiastico, vel canonico, per quod colligit hic, ius canonicum esse diuinum, remittit ad notat. in cap. primo. de iuramen. calum. Sumptum enim est ex diuinis scripturis, infra de accusatio. cap. qualiter & quando, il secundo, in princi. Et ius quod Papa, vicarius Dei promulgat, ipse Deus promulgasse videtur. facit cap. secundo, de translatio. Epis.

ADDITIONES.

a Nimis. De uerbo, Vsurpauerit, in tex. posito, uide Do. Ant. in uer. no. de uerbo, Vsurpare, quod denotat uitium, &c. Aliquando tamen sumitur in bonā partem, ut est bon. tex. in l. si solemnibus. C. de fide instrum. sicut dicimus de verbo, Occupare, de quo est glo. ord. in c. generali, de elect. in 6. Et uide Archid. in c. prædia. 12. q. 2. ubi dicit, quod uerbum, Vsurpare, aliquando sumitur pro re illicita, ut ibi. Aliquando sumitur pro frequenti usu, ut l. 2. ff. de usur. Et uide Archid. in c. priuilegium. 11. q. 3. ubi dicit, quod uerbū, Abuti, & uerbum, Præsumere, & uerbum, Vsurpare, sumuntur in bonam partē, ad unumquodque alleg. iura. & est differentia inter uerbum, Vsurpare, & Occupare, ut l. naturaliter, ff. de usucap. quod no. ad practicam.

De hoc verbo, Vsurpare, quid significet, dicas, quod usurpatio est interruptio usucapionis ex frequenti usu, ut in l. 2. ff. de usucapio. Et dicas, quod licet uerbum, Vsurpare, vt plurimum, capiatur in malam partem, tamen quandoque etiam in bonam, ut hic per istum, & uide Dom. Card. in clem. 1. in prin. & in l. 114. q. de dec. ubi dicit, quod usurpare & detinere differūt. Nam detentio refertur etiam ad ea, quæ cum aliquo titulo detinentur, saltem colorato, ut ibi late per eum. Ant. Franc.

b Possessores. Vide Bart. in l. 1. §. per hanc actionem. ff. de rei uendi. ubi declarat, quomodo Imperator dicatur dominus totius mundi. Seb. Sap.

Episcop. Nec obstat etiam, secundum eum, quòd leges sunt per ora Principum promulgatæ diuinitus, l. fina. C. de præscript. long. temp & 16. q. 3. in fi. quia illud procedit largo modo, sed strictè de solo Papa est intelligendum, quia solus est Christi vicarius generalis secundum eum. Sed contra oppo. de c. non debet, de consang. & affini. vbi constitutiones etiam totius concilij dicuntur leges humanæ, hoc est, quod possunt pro tempore reuocari, vt hic, sed ius diuinum est immutabile. 5. dist. in prin. Item modica sunt in iure canonico, quæ sunt extracta ex nouo & veteri testamento, maxime respectu huius compilationis, & Sexti, & Cle. Ideo ego intelligerem istum tex. proprie, vt loquatur de ipso mero iure diuino. Nam clerici eximūtur a iurisdictione laicorum de iure diuino, vt in ca. si Imperator, iuncta glo. 96. dist no. Inno, in c. 1. de maio. & obed. facit glo. in c. quanquam, de censi. li. 6. merito isti detrahebant iuri diuino, exquirentes hæc iuramenta a clericis, & a non subditis. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum clerici præstitum laico in dependentibus à potestate sua, est obligatorium.*
2 *Conspiratio quid sit.*
3 *Iuramentum extortum, an obliget?*
4 *Generale iuramentum de non essendo contra aliquem, an extendatur ad causas suas, consanguineorum, ecclesiæ, vel patriæ suæ?*

CAP. XXX.

PEtitio vestra. Qui iurat non esse contra aliquem, potest in causis proprijs & ecclesiæ suæ, esse contra eum. Ita communiter summatur. Et procedit hæc summatio secundum intellectum glo. Sed habito respectu ad glo. Inno. summo sic: Qui timenti conspirationem iurat de non essendo cōtra eum; potest tali iuramento non obstante, in proprijs & ecclesiæ suæ causis stare contra eum. Sed limita hæc duo summaria, vt infra dicam. Communis diuisio. Secunda, ibi, [Interpretatione.] Casus literalis. Antiochena ecclesia vacante, Princeps Antiochenus, timens conspirationes contra ipsum, iuramentum ex torsit a canonicis Antiochenis, quòd non essent canonici de cætero contra ipsum. Canonici habebant postmodum causas cōtra ipsum pro ecclesia Antiochena, & etiam proprias, quæsiuerunt à domino Papa, qualiter super hoc sibi & ecclesiæ prouiderent propter iuramentum prædictum: Papa interpretatur iuramentum prædictum, canonicos illos non teneri huiusmodi iuramento, quominus libere stare possint contra ipsum Principem pro defendendis iuribus & honoribus ecclesiæ suæ, & pro suis proprijs, coercendo se a machinatione solummodo, per quam Princeps deberet incurrere læsionem personæ, vel amis-
1 sionem sui principatus. Ber. † No. primo, q̄ licet clericus nō debeat præstare laico iuramentum fidelitatis, supra c. prox. nec in manibus suis aliter iurare sine sui superioris licentia, 22. q. 5. c. nullus, de quo tūs dic, vt plene dixi in c. 1. de iuram. calum. tūs si illud præstat in dependentibus a potestate sua, tale iuramentū est obligatorium, quod tene menti. Ex quo no. q̄ trāsgrediens mandatum iuris in iurando, tenetur nihilominus seruare iura-
a mentum, a si illud seruare potest sine animæ dispendio, & facit contra Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fideiussor. vt dixi in c. cum
b tingat, b supra eo. No. secundo, q̄ iuramentū de non essendo cō-
a aliquem, est obligatoriū. † No. vltimo ex fine literæ fm Abb. q̄ conspiratio est proprie confœderatio facta in præiudicium personæ alicuius, vel ipsius dignitatis. Sed tu dic hoc procedere in conspiratione illicita: nam conspiratio quandoque est licita, de quo vide per Inno. in c. cum l. & A. infra de re iud. & quod ibi dicam. Opp. vf enim q̄ hoc iuramentum non sit obligatoriū, cum fuerit metu extortum, vt innuit litera, & ad hoc supra eo.
3 c. cum contingat. † Glo. 1. in effectu soluit dupliciter. Primo, q̄ hic allegabatur extorsio, sed de ea non constabat, Secundo q̄ iuramentum extortū, non obligat quoad negotia propria, vel ecclesiæ, vt in litera patet, sed vt nullam conspirationem faciant contra statum Principis, sic. Vnde ad hoc de honestate, & ex
c debito tenebantur, c ideo non curandum de extorsione, & sic arguit iuramētū, p parte valere, & pro parte nō. Aduerte, q̄a gl. nihil boni dicit. vnde dico, q̄ tex. potest intelligi dupliciter. Primo, q̄ loquatur de extorsione per importunas preces, & tunc
d talis extorsio non excusat, d supra eo. c. ad nostrā, il 3. Et credo q̄ de tali extorsione loquatur tex. iste, quia de metu nulla fit mentio in litera. Secundo potest intelligi, q̄ fuit extortum per metum, qui cadit in constantem, & tunc respectu iurium proprio rum esset obligatorium, licet posset peti absolutio, vt in c. si vero, supra eo. Sed in tex. nostro non requiritur quoad negotia p pria, vel ecclesiæ aliqua absolutio ratione metus, sed quia iuramentum istud non extendebatur ad hunc casum, vt patet in interpretatione Papæ, & ex his, quæ infra dicam. Sed quoad machinationem non fiendam, vel respectu causarum extraneārū iuramentum ligat, vt in litera, & in d. c. si vero. Et puto. q̄ licet alias respectu machinationis non fiendæ isti teneantur ex debito iuris; tamen ex quo iurarunt per metum, possent petere absolutionem a iuramento, quia tale iuramētum aggrauat factū eorum, ne ex contrauentione incidant in periurium, ad quod alias non essent adstricti. Et hoc videtur in simili sentire Io. An. in d. c. ad nostram. & vide quod ibi dixi, hic tamen non petebā-
4 tur absolutio. † Sed contra prædicta, & contra tex. opp. videtur enim q̄ ex quo iuramentum fuit generaliter præstitum, generaliter debuit intelligi, vt in c. solitæ, de maio. & obe. & c. si Romanorum 19. dist. Sol. colligitur ex glo. fin. In generali sermone persona loquens intelligitur excepta. Item in qualibet alia persona, quæ debet adiuuari & promoueri, sicut persona propria, vt est ecclesia ipsius loquentis, seu iurantis. Item prouria patria vt in glo. ex qua elicitur prima lect. secūdum quam summaui, vt promittens, seu iurans, q̄ non erit contra aliquem, nō potest esse contra illum ēr in iudicio, nisi pro negotijs proprijs, vel ecclesiæ suæ, vel patriæ. Et in eo, q̄ glo. dicit de patria, videtur extē dere tex. sed satis potest dici propria, ex quo patriæ suæ, argu. 33. q. 8. c. si nulla, & c. omni, & secundū hūc intellectū exponit tex. ibi, pro specialibus vestris, scilicet iuribus. Pet. exponit magis large, videlicet, idem personis coniunctis, vt sit sensus, quod etiam pro personis coniunctis potuerint esse cōtra istum Principem. alleg. c. 3. de postulan. C. de excusatio. tuto. l. humanitatis. Abbas sequendo hunc intellectum, exponit adhuc magis large, s. pro amicis. Inn. vero ponit alium intellectū, intelligendo tex. magis stricte. Dicit enim, q̄ Papa interpretat hic stricte iurm pp verba p̄cedentia: Nā timore conspirationis hoc iurm fuit interpositū, & ideo non dēt extendi ad causas proprias, vel ecclesiæ, secus aūt, si gñaliter ageretur, vt in nullo negotio esset p̄ ipsum; tunc enim in negotijs ecclesiæ non tenetur iurm seruare, supra c. 2. Sed in proprijs debet obtinere absolutionem, si iustus metus interuenit, vel alia causa iusta, quare fuerit iurm extortum, vt no. supra quod metus causa. c. ad aures, fm Innoc. & sic vult Innoc. vt persona loquens non intelligatur excepta, qñ iurm fuit generaliter præstitum, ex quo non apparet extrin secus de causa restringendi, quæ lectura est prorsus contraria præcedenti. Do. Anto. tranfit simpliciter eundem. recitando. Ego autem sic distinguerem, q̄ aut verba præcedentia, & materia subiecta possunt dare intellectum ad generaliter præstitum iuramentum, & fiat interpretatio larga & stricta secūdum præcedentia. sic intellige hic Inn. & in c. veniens. supra eo. Præcedētia enim informant sequentia, & econtra, per sequentia qñque declarantur præcedentia, vt in l. si seruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & l. numis, de leg. 3. & c. sedes, de rescrip. & l. fina. §. cui dulcia, ff. de vino triti. & oleo lega. Et ideo, si præstiti iuramentum, q̄ per conspirationem non ero cuntra eum, non videtur actum, vt in iudicio, vel extra pro rebus meis, vel eccle
a siæ, non fim contra eum. Iuramentum c enim generale non extenditur ad verisimiliter non cogitata, supra eo. capit. veniens, & in c. Quintauallis. Si autem præstiti iuramentum de non essendo contra te, eo quia cum in iudicio tecum agerem, inimicitiam conttaxerimus, tunc procedit etiam lectu. Innocen. vt videatur actum, vt etiam, in causis proprijs non fim contra te, quia hoc videtur actum propter præcedentia, vnde tunc necessaria est absolutio, si interuenit metus, vel alia rationabilis causa, vt dicit Inno. Et limitarem ego hoc dictum respectu eorum, quæ inter nos erant agēda de præterito: Nam respectu eorum, quæ de nouo accidunt, non puto iuramentum generale obligare, argu. in eo, quod legi. & nota in c. cum inter. supra de renun. per Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verbo. obliga. & in l. quæro. §. inter locatorem, ff. de loc. facit l. si vnus. §. illud, ff. de pact. Nam in tali iuramento generali, debet intelligi conditio, si res in eodem statu permanserit, sup. eo. c. quemadmodū, & q̄ ibi no. Si enim sumus in dubio, quia non apparet de præce dentibus, vel possunt ad vtranque partem deduci, tunc profecto casus est dubius, sed credo faciēdam interpretationem hic contentā. Rō duplex. Prima, quia in dubio non dēt quis p̄sumi, q̄ ius suum voluerit negligere. Esset enim q̄dam donatio, q̄ iura in dubio non præsumunt, l. cum de indebito, ff. de probatio. c. super hoc, de renuncia. & quod no. glo. no. in l. cum quid, ff. si cert. pet. facit optime tex. cum glo. in Auth. si quando, C. de cōsti. pe-

ADDITIONES.

a Seruare iuramentum. Tu pondera, quia istud iuramentum emanauit ad finē licitum, & etiam tenebatur iurare, vt non conspiraret contra Principem, vt in c. si quis laicus, 22. q. 5. And. Barb.

b Contingat. In 6. colum. cum seq. maxime in versi. ex quibus videtur concludendum, &c.

c Tenebantur. Facit quod dixit Bar. in l. 1. C. de sum. Trin. q̄ statuta laicorum honesta ligant clericos. And. Barb.

d Non excusat. Pondera, quia considerata qualitate extorquentis, inducit ius stum metum. c. cum inter R. seniorem, de elec. & l. 1. C. si rector prouincię. And. Barb.

e SEB. SAP. Iuramentum. Vide do. Ias. in l. si conuenerit, col. 4. ff. de iurisd. omn. iudi. Et quæ conditiones subintelligantur in iuramento, ponit Ange. Aret. in [illegible] aque. Insti. de except. col. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti. pecu. & l. qui insulam. § fin. ff. loca. Secunda ratio, quia in dubio debet fieri interpretatio contra stipulantem, l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obliga. & regu. contra eum, de regu. iur. lib. 6. Sicut in simili dicimus in eo, qui promisit emptorem defendere de iure & de facto ℈ omnem personam. Illud n. verbū, De facto, restringitur fm naturam ℈ctus, de quo no. in l. fi. C. de act. empt. & per Bar. in l. stipulatio ista, in prin. ff. de verb. oblig. & sic limita omnia prædicta. Non tamē placet in hoc casu opi. Per. & Abb. vt veniant causæ coniunctorum, quia esset nimis restringere iurm, sed illæ causæ duntaxat, quæ verisimiliter videntur includi in iuramento generali, vt quia ad eas habet affectionem iurans, tanquam ad proprias, arg. C. quæres pign. obliga. possl. 1. & c. veniens, & c. Quintauallis, sup. eo. ita vt possint dici speciales, prout tex. exigit, sed sic posset persona esse coniuncta cognatione, vel amicitia, maxime vt etiam illorum causæ excludantur, sicut in simili no. in c. nonnulli, & c. ex parte Decani, de rescri. & l. sed & hę, ff. de procu. & l. exigendi. C. eod. Vltimo glo. ista in fin. opponit de multis iuribus, in quibus persona loquens includitur in generali prolatione verborum, sed dico, ꝙ non pōt dari certa & inuariata doctrina, sed secūdum varietatem casuum vario modo decisio sequitur. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Debitor agens ad relaxationem pignorum, quasi sit satisfactum forti ex fructibus pignorum, habet probare quantitatem sortis & fructuum.*
2 *Fama in minus se habet, quàm notorium.*
3 *Fama etiam diuulgatissima, non facit plenam probationem.*
4 *In causa usurarum, & in causa, in qua imminet peccatum, deficientibus aliis probationibus & eminentibus indiciis, potest iudex deferre iuramentum de ueritate dicenda.*
5 *In omni causa indirecte, mediantibus positionibus, hodie potest exigi à parte iuramentum de ueritate dicenda.*
6 *Si probatur contrahentem esse usurarium, & per famam, probetur quosdam suos contractus usurarios, est locus delationi iuramenti in defectum*
7 *Iuramentum in defectum defertur repetenti usuras, si probabit aduersarium suum fuisse usurarium, ante & post, & tempore contractus.*
8 *Si per iuramentum de ueritate non potest de uera sorte liquere, iudex ex coniecturis iudicabit.*
9 *Debitore repetente usuras, ad probandum, quod creditor ipsas receperit, an sufficiat probare, quod creditor sit usurarius, & quod tanto tempore duraverit obligatio.*
10 *In iuramento de calumnia respondetur per uerbum, Credo, & Non credo, in iuramento ueritatis per uerbum, Scio & Nescio.*
11 *Confessio de credulitate æque præiudicat, sicut confessio de ueritate.*
12 *Respondens per uerbum, non credit, non incidit in periurium, licèt probetur contrarium, secus si respondet de ueritate.*

C A P. XXXI.

